GEORGII DAVIDIS KYPKE

PHILOSOPHIAE ET LINGVARVM ORIENTALIVM PROFESS. EXTRAORD. IN ACADEM. REGIOMONT.

OBSERVATIONES SACRAE

IN

NOVI FOEDERIS LIBROS

EX AVCTORIBVS POTISSIMVM GRAECIS ET ANTIQVITATIBVS.

TOMVS II.

ACTA APOSTOLORVM, EPISTOLAS ET APOCALYPSIN COMPLEXVS.

WRATISLAVIAE

SVMTIBVS IOH. IACOBI KORNII.

1755.

ILLVSTRISSIMO, GENEROSISSIMO
ATQVE
EXCELLENTISSIMO

DOMINO

GVILIELMO LVDOVICO DE GROEBEN

AVGVSTI BORVSSORVM REGIS
ADMINISTRO BELLI ET STATVS INTIMO,
SVPREMAE IN BORVSSIA APPELLATIONVM
CVRIAE PRAESIDI EMINENTISSIMO
ACADEMIAE REGIOMONTANAE PRO-
TECTORI GRAVISSIMO,

NEC NON

COLLEGII STIPENDIORVM DIRECTORI
GRAVISSIMO,

HEREDITARIO DOMINO TERRARVM
THARAV, CARSCHAV,
RELIQVA

MAECENATI MVSARVM INDVLGENTISSI-
MO, PATRONO SVO DE LITTERIS ET LIT-
TERARVM CVLTORIBVS IMMORTALI-
TER MERITO

DEVOTA MENTE

D. D. D.

GEORGIVS DAVID KYPKE.

VIR ILLVSTRISSIME
ET EXCELLENTISSIME

DOMINE ET MAECENAS
GRATIOSISSIME.

Ad communem quasi Albertinae nostrae arcem et praesidium studiorum meorum veluti ex vmbra in lucem prorumpentium confugere mihi videor, quum hunc TIBI libellum meum publice consecratum cupio. Quis enim ignorat, quam excelsa sis mente praeditus, quam insigni litterarum, scientiarumque in communem reipublicae fructum redundantium apparatu ipse sis in-

 structus,

structus, quanta denique gratia, animique propensione, indefessos litterarum cultores et amatores foueas et tuearis. Euexit TE et immortalia merita TVA Augustissimus Borussorum Rex in tam altum honoris fastigium, dignitateque tam ampla TE ornauit, vt vel inuidiam infra fortunam et amplitudinem TVAM iacentem conspicias; tradidit quasi in sinum TVVM Musas nostras, quarum commodis atque felicitati nonnisi TVA prudentia longo rerum vsu explorata, TVIS consiliis, TVO in litteras studio consuli posse iudicauit. Deus vero eam TIBI inspirauit mentem, vt conatus litterarios bono publico accommodatos, auidus fronteque benigna excipias et hominibus litteratis, quibus haud raro fraudi est nosse litteras, solatium praebeas et auxilium. TE igitur Maecenas gratiosissime maiorem in modum rogo, vt libellum hunc, ingenii et

vigi-

vigiliarum mearum foetum, veluti summae obseruantiae meae et mentis erga TE reuerentissimae testimonium accipias, meque dignum iudices, quem valido patrocinio suffulcias et sustentes. Nouem iam effluxerunt anni, ex quo Professoris in hac Academia publici expleui officia. Docui scientias philosophicas, linguas et quas elegantiores vocant litteras, numerosis discentium stipatus agminibus. Scriptis quoque in vulgus editis, aliisque laboribus ad publicam quandam famam dimanantibus, reipublicae inseruire studui. Tandem tot curis, casibus, rebusque aduersis iactatus et fractus et in hoc stadii academici itinere defatigatus TVAM tutelam, TVVMque praesidium etiam atque etiam imploro.

Quod superest supplex summum precor numen, neque, dum vita suppetet,

precari

precari desinam, vt TE per longam annorum seriem, sospitem, incolumem, rebus omnibus florentem, omnique felicitatis genere cumulatum conseruet, quo TE statore et studiorum Amplificatore respublica cum ciuilis, tum litteraria, inter noua in dies prosperitatis suae incrementa diu exsultet, et insignium meritorum TVORVM memoriam nunquam interituram, grata praedicatione circumferat. Dedi Regiomonti mense Aprili anno MDCCLV.

OBSERVATIONES
SACRAE
IN
NOVVM FOEDVS.

ACTA APOSTOLORVM.

CAP. I. v. I.

Τὸν μὲν πρῶτον λόγον ἐποιησάμην, περὶ πάντων, ὦ Θεόφιλε, ὧν ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς.

Voculа *μὲν* eleganter a ſcriptoribus Graecis ponitur, ſi in libris poſterioribus, ad libros priores a ſe ſcriptos prouocant, eorumque ſumma capita breuiter repetunt. Fit hoc ab Herodiano initio ſingulorum librorum excepto ſecundo, et a Philone de *vita Moſis* initio libri ſecundi et tertii. Et ita *λόγος*, *librum*, *enarrationem*, *hiſtoriam* denotat, ſimili inflexione a *λέγω dico*: qua סֵפֶר a rad. סָפַר *enarrauit* deducitur. Adhibent ſcriptores voces, *σύγγραμμα*, *σύνταγμα*, *σύνταξις* imo et *βιβλίον* vt ſynonyma vocis *λόγος* hoc ſenſu acceptae, vti e citatis Herodiani Philoniſque locis videre eſt. Vocem ipſam habet Philo ſimillimo exemplo,

librum, *quod omnis probus liber* p. 865. his inchoans verbis: ὁ μὲν πρότερος λόγος ἦν ἡμῖν ὦ Θεόδοτε, περὶ τοῦ πάντα δοῦλον φαῦλον, *Prior noster liber egit Theodote, de eo quod omnis peccator sit seruus.* Λόγον pro *libro* vsurpat etiam Dionysius Hal. *ant.* l. 1. p. 56. vbi de sacris ab Aenea in Italiam translatis dicit, ὑπὲρ ὧν ἐν ὑστέρῳ λεχθήσεται λόγῳ, *de quibus in libro aliquo sequenti dicetur.* Ibid. p. 57. de viris illustribus gentis Iuliae dicit, ὑπὲρ ὧν ἐν ἄλλῳ δηλωθήσεται λόγῳ τὰ προσήκοντα. Integra phrasis λόγον ποιεῖσθαι est, *librum conscribere, narrationem contexere.* Habet illam Diogenes Laërtius l. 7. c. 1. §. 21. vbi Zenonem περὶ τοῦ καθήκοντος *de officio*, λόγον πεποιηκέναι, *librum conscripsisse* perhibet. *Historicos* inde λογοποιοὺς et λογογράφους a Graecis vocatos esse, notarunt iam alii. Vltima vox occurrit apud Lucianum in *Herodot.* p. 622.

V. 2.

Ἄχρι ἧς ἡμέρας ἐντειλάμενος τοῖς ἀποστόλοις, διὰ πνεύματος ἁγίου οὓς ἐξελέξατο, ἀνελήφθη.

Quocunque modo haec verba explices transpositio quaedam admittenda est. Durissima mihi videtur illa Elsneri, qui verba διὰ πνεύματος ἁγίου cum ἀνελήφθη construere iubet. Sic enim et haec verba a se inuicem, imo et οὓς ἐξελέξατο a voce ἀποστόλοις sine ratione et sine exemplo dimota viderentur. Facillima mihi videtur constructio, si vnicam voculam οὓς transpositam dicas, vt constructio ordinaria sit, ἀποστόλοις οὓς διὰ πνεύματος ἁγίου ἐξελέξατο. Similiter infra c. 3, 24. dicitur: Προφῆται ἀπὸ Σαμουὴλ καὶ τῶν καθεξῆς ὅσοι ἐλάλησαν, vbi vox ὅσοι statim post προφῆται poni debuisset. Ioh. 9, 40. ἤκουσαν ἐκ τῶν Φαρισαίων ταῦτα οἱ ὄντες μετ' αὐτοῦ, pro οἱ ἐκ τῶν Φαρισαίων ὄντες μετ' αὐτοῦ. Philo de *vita Mosis* p. 602. τῶν μὲν γὰρ νόμων τὸ κλέος οὓς ἀπολέλοιπε, pro νόμων οὓς ἀπολέλοιπε τὸ κλέος, *laus legum, quas reliquit.* Insolentem sic vocat phrasin Elsnerus Christum *per Spiritum S. elegisse Apostolos.* At non

non insolens est, Christum peregisse actus officii per Spiritum S. Matth. 12, 28. Vngebatur Christus insigniter huius donis cum baptizaretur Luc. 3, 22. sicque πνεύματος ἁγίε πλήρης officium propheticum exordiebatur Luc. 4, 1. Praecipua vero e primis Christi actionibus erat electio apostolorum.

v. 4.

Καὶ συναλιζόμενος παρήγγειλεν αὐτοῖς ἀπὸ Ἱεροσολύμων μὴ χωρίζεσθαι, ἀλλὰ περιμένειν τὴν ἐπαγγελίαν τε πατρὸς, ἣν ἠκέσατέ με.

Verbum *συναλιζόμενος* verto, *congregans illos* ita, vt *congregare* et v. 6. *συνελθεῖν* sibi inuicem responde- ant. Sic Herodianus l. 6. p. 239. *πάντες ἐς τὸ αὐτὸ συναλισθέντες*, *omnes in vnum locum congregati*. Lucianus de *luctu* p. 429. *ἐπειδὰν συναλισθῶσι πολλοὶ*, *postquam multi fuerint collecti*. Iosephus *ant.* l. 8. c. 2. p. 263. *τὰ δὲ λοιπὰ σκεύη πάντα συναλίσας*, *reliqua vero vasa omnia congregans*. *Idem bell. Iud.* l. 3. c. 12. p. 840. Ibid. c. 23. p. 855. Heraclides Ponticus *allegor. Homeri* p. 491. Proteum ab Homero *ἅλιον* vocatum esse dicit, *τὸ δ' ἐκ πολλῶν καὶ παντοδαπῶν συνηλισμένον, ὅπερ ἐςὶ συνηθροισμένον*, *veluti aliquid e multis variisque rebus συνηλισμένον id est congregatum*.

Ἀπὸ Ἱεροσολύμων μὴ χωρίζεσθαι, *ne Hierosolymis discederent*. Integram constructionem habet Heraclitus de *incredib.* c. 8. p. 72. meretrices quasdam dicens Phineo omnibus opibus exuto, *κεχωρίσθαι ἀπ' αὐτε*, *ab illo discessisse*. Polybius l. 2. c. 8. p. 133. *ἀπὸ τε ςόλε χωριζόμενοι*, *a classe discedentes*. Idem *excerpt. Vales.* p. 154. *ἡ συνέβαινε κεχωρίσθαι μὲν ἀπὸ τε Λευκίε*, *quae a Lucio separata erat*.

In verbis, *ἣν ἠκέσατέ με*, *quam ex me audiuistis*, Knatchbullus et post illum Whitbyus vocem *με* cum antecedenti *πατρὸς* construendam esse putant, quasi id a linguae Graecae rationibus alienum esset, vt dicas, *ἀκέειν τινὸς*,

ex aliquo audire. Sic ergo Theophrastus *charact. eth.* c. 9. p. 584. ὃ φησὶν ἀκηκοέναι, *e quo se audiuisse dicit.* Xenophon *Cyrop.* l. 1. p. 18. μέμνημαι γὰρ ἀκέσας ποτὲ σε, *memini enim ex te olim audiuisse.* Ibid. paulo post, ταῦτα ἀκέσας σε. Idem *dict. et fact. Socr.* l. 1. p. 452. et in *Hierone* p. 581. Demosthenes *Olynth.* 1. p. 4. ἤκεον δ' ἔγωγέ τινων, *audiui vero ego a nonnullis.* Idem de *fals. legat*, p. 201. ἐμε τὸν δῆμον ἀκεσαι τἀληθῆ. Idem adu. *Macartat.* p. 662. ἀκέειν τε πατρὸς τε ἑαυτε. Paulo post, ἀκέειν ἀρχιλόχε. Idem in *Euergum.* p. 687. Subaudire potes ἐκ siue ἀπό. Ita infra Act. 9, 13. dicitur, ἀκήκοα ἀπὸ πολλῶν. Euripides *Iphig. in Taur.* v. 239. ἄκεε καινῶν ἐξ ἐμε κηρυγμάτων, *audi nouum ex me praeconium.*

v. 5.

Ου μετὰ πολλὰς ταύτας ἡμέρας.

Verte: *haud multo post hos dies.* Singularis his verbis inest constructionis mutatio. Posita enim sunt, pro: ε πολὺ μετὰ ταύτας ἡμέρας, vel pro: ε πολλαῖς ἡμέραις μετὰ ταῦτα. Similiter tamen profani. Achilles Tatius, l. 5. p. 301. ὡς ὀλίγων πρὸ τέτων ἡμερῶν ἔρχεται Διόφαντος, *paucos circiter ante dies venit Diophantus.* Iosephus *ant.* l. 1. c. 20. p. 34. ε μετὰ πολὺ τῆς ἀφίξεως τε υἱε, *non multo post filii reditum.* Ibid. l. 13. c. 12. p. 447. μετ' ε πολὺ δὲ τῆς αἰχμαλωσίας τε Δημητρίε, *non multo autem postquam Demetrius captus est.*

v. 6.

Κύριε εἰ ἐν τῷ χρόνῳ τέτῳ ἀποκαθιςάνεις τὴν βασιλείαν τῷ Ἰσραήλ.

Ἀποκαθιςάνειν, h. l. non est, *instaurare, rem in pristinum ac meliorem statum restituere,* quae notio locum haberet, si τὴν βασιλείαν τε Ἰσραὴλ dictum esset. Iam vero cum datiuo constructum notat, *reddere, pristino domino restituere.* Respicere mihi palam videntur

deutur Apoſtoli ad Mich, 4, 8. vbi *regnum prius* ad filiam Zionis et Hieroſolymae *rediturum* eſſe praedicitur. Nec negauerim tamen, eos per *βασιλείαν regnum mundanum*, *αὐτονομίαν* et imperium in alias gentes, quale Dauidis et Salomonis fuerat temporibus *praecipue* intellexiſſe. Putarunt forſitan coniunctum iri regnum Chriſti ſpirituale cum ſingulari Iudaeorum praerogatiua, ita vt republica eorum in ſtatum priſtinum reſtituta, et perdurante legis leuiticæ obſeruatione, gentiles qui Chriſto regi nomen dare vellent, Iudaiſmum antea amplecti cogerentur. Senſum phraſeos firmant Ioſephus *ant.* l. 14. c. 25. p. 497. *Timens vero Hyrcanum*, *μὴ τὸ πλῆθος αὐτῷ τὴν βασιλείαν ἀποκαταστήσῃ παραστάν*, *ne populus aſſiſtens regnum illi reſtitueret.* Diodorus Siculus l. 20. c. 32. p. 408. *τοῖς μὲν πολίταις τὴν δημοκρατίαν ἀποκατέστησε*, *ciuibus democratiam reſtituit.* Idem *excerpt. Valeſ.* p. 285. *Verebatur enim*, *ne quando puer*, *poſtquam adoleuiſſet*, *ἀποκαταστήσῃ τῇ πατρίδι τὴν ἐλευθερίαν*, *patriae libertatem reſtitueret.* Polybius l. 17. c. 9. p. 1042. *Ἀττάλῳ δὲ τάς τε ναῦς ἀποκαταστήσειν*, *Attalo naues redditurum eſſe.*

v. 7.

Χρόνους ἢ καιροὺς, οὓς ὁ πατὴρ ἔθετο ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ.

Non vituperandus videtur vulgatus interpres, qui vertit: *tempora vel momenta*. Καιρὸς enim *occaſionem*, *opportunitatem* denotat, quae moram plerumque non patitur, quam adeoque vt *ſpatium breuius*, vt *articulum temporis* Graeci conſiderant. Definit voces Hippocrates qui *praeceptiones* ſuas *ſect.* 1. p. 27. ſic incipit: *χρόνος ἐστὶν ἐν ᾧ καιρός. καὶ καιρὸς ἐν ᾧ χρόνος οὐ πολύς. ἄκεσις χρόνῳ. ἔστι δὲ ἡνίκα καὶ καιρῷ*, *tempus dicitur*, *cui ineſt occaſio*; *occaſio vero*, *cui temporis* (ſ. morae) *non multum ineſt*, *Medicatio in tempore fit*, *aliquando etiam occaſionem requirit.* Coniunguntur hae voces apud Diogenem Laërtium l. 5. c. 3. §. 7. vbi Arceſilaus pecuniam accipere iu-

betur, κατὰ τὰς καιρὰς καὶ τὰς χρόνας, *ſtatis momentis atque temporibus.*

Verba vltima vulgo vertunt, *quae pater poſuit, in ſua poteſtate*, eo ſenſu, vt verba hoc ſibi velint, quod pater ſolus horum temporum et ſcientiam et poteſtatem ſibi referuauerit. At valde dubito an vnquam phraſis haec eo ſenſu occurrat. Verto igitur: *quae* (ſc. tempora) *pater conſtituit* (ſ. determinauit) *ex ſua ipſiusmet poteſtate.* Τίθεσθαι h. l. eſt *conſtituere, determinare*, quod de tempore adhibet Dionyſius Hal. *ant.* l. 5. p. 323. vbi de ſenatu, feſtos dies ad agendas Diis gratias ſtatuente, dicit: καὶ τρεῖς ἡμέρας ἔθηκεν εἰς ταῦτα ἱερὰς, *tres dies feſtos ad hanc rem conſtituit.* Et Demoſthenes adu. *Phaenip.* p. 655. *Cum ſaepe legibus trigeſima dies praefinita ſit*, ἑτέραν ὑμῖν αὐτοῖς συγχωρήσαντες ἐθέμεθα, *aliam inter nos ipſos paciſcentes conſtituimus.*

Ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ verto: *ex propria poteſtate.* Sic Matth. 21, 23. et ſaepe in locis parallelis, ἐν ποίᾳ ἐξουσίᾳ ταῦτα ποιεῖς; *ex quanam poteſtate haec facis?* Senſus igitur eſt: *Deum ex propria poteſtate certa rerum omnium conſtituiſſe tempora, et in iis decernendis nemine adiutore et conſiliario vſum eſſe, non decere igitur, vt homines nimis ſolicite et curioſe illa rimentur, quae reuelare illis, diuinae nondum placeret ſapientiae.*

v. 9.

Καὶ νεφέλη ὑπέλαβεν αὐτὸν ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν.

Ὑπολαμβάνειν alias eſt *ſuſcipere*, quo ſenſu apud Plutarchum de *ſolert. anim.* p. 985. narratur, Telemachum in mare prolapſum ſeruatum eſſe, δελφίνων ὑπολαβόντων καὶ ἀνανηξαμένων, *quum Delphini eum ſuſcepiſſent et ſurſum nataſſent.* H. l. vero notat, *abripere, ſubducere*, ὑφαρπάζειν quam notionem *hebraiſmi* immerito accuſat Beza. Adhibetur enim vox de rebus, quas venti fluctus-

fluctusue abripiunt. Sic Arrianus in *Peripl. pont. Euxini* p. 116. nauem periisse narrat, *quam portum capientem, et latus ante tempus vndis obuertentem*, ὑπολαβὸν τὸ κῦμα ἐξήνεγκεν εἰς τὴν ἠιόνα καὶ συνέτριψεν, *fluctus abreptam in littus eiecerunt et colliserunt.* Eusebius scriptor Ionicus apud Stobaeum *serm.* 6. p. 79. ὥσπερ νῆα ἄνεμοι ὑπολαβόντες, τῇ καὶ τῇ φορέοντες συγκλονέουσι, *quemadmodum venti nauem abreptam huc illuc ferentes conquassant.* Vide et Raphelium *Annot. ex Herodot.*

Christus nube abreptus est, vt symbolo quodam diuina eius maiestas designaretur. Deus enim in V. T. hominibus cum maiestate quadam apparens, nube indutus esse solebat. Hinc Christus cum eodem maiestatis signo nube sc. redibit ad iudicium Matth. 26, 64. Marc. 14, 62. ad quod respiciunt angeli v. 11. quum *eum rediturum dicunt, eodem modo, quo discesserit.* Profani ex his Dei apparitionibus, in nube factis, ansam arripuerunt fabulandi, Deos quoque suos in nube apparuisse, et in coelum sublatos esse. Sic de Marte Rheae apparente et cum ea colloquente narrat Dionysius Hal. *ant.* l. 1. p. 63. ταῦτα δὲ εἰπόντα νέφει περικαλυφθῆναι καὶ ἀπὸ γῆς ἀρθέντα φέρεσθαι δι' ἀέρος ἄνω, *illum his dictis nube tectum et sublimem per aërem ablatum fuisse.*

V. 12.

Ὅ ἐστιν ἐγγὺς Ἱερουσαλὴμ σαββάτου ἔχον ὁδόν.

Vt satis certum supponunt interpretes ἔχον h. l. positum esse pro ἀπέχον, vt adeo oliuetum Sabbati itinere ab vrbe remotum fuisse dicatur. At ἔχειν Graecis vnquam pro ἀπέχειν, *abesse, distare*, adhiberi, nemo probauit hactenus; et elegans omnino est explicatio Cel. Alberti, qui ad Luc. 24, 13. magnitudinem ipsius montis per ἔχον exprimi coniectat, ita vt mons σαββάτου ἔχον ὁδὸν, *sabbati constans itinere* dicatur. Notio haec vocis ἔχειν vulgaris est. Iosephus *ant.* l. 8. c. 2. p. 259. πρόναον in templo Salomonis vocat, ἔχον δὲ πλάτους πή-

χεις δέκα, decem cubitis in latitudinem constans. Et ab Arriano *peripl. mar. Eryth.* p. 160. sinus quidam maris vocatur, *ςαδίȣς ἔχων ἑξακοσίȣς τὸ διαπέραμα, transitu constans sexcentorum stadiorum.* Eius vero significatus, quo ἔχειν pro ἀπέχον h. l. positum putant, in tot auctorum lectione attenta, nonnisi duo offendi exempla, quae huc referri posse videntur: in eodem *peripl.* p. 144. vbi insula Orine dicitur *τȣ̃ μὲν ἐσωτάτȣ κόλπȣ ςαδίȣς ὡς εἰς πέλαγος ἔχȣσα διακοσίȣς, ab intimo sinu pelagus versus ducentis circiter distans stadiis.* Qui tamen locus ambiguus est. Interpres enim vertit: *intimo sinu in pelagus circiter stadia ducenta protensa.* Ibid. p. 171. duo emporia vocat, *ἀπὸ Βαρυγάζων ἔχοντα ὁδὸν ἡμερῶν εἴκοσι πρὸς νότον, a Barygazis austrum versus viginti dierum itinere disiuncta.* Vbi tamen praepositio *ἀπὸ* adest nomini praeposita. Vtra igitur explicatio ex his potior sit non definio. Mihi prior magis se probat.

v. 18.

Καὶ πρηνὴς γενόμενος ἐλάκησε μέσος.

Verto: *et praeceps factus ruptus est medius.* De voce *πρηνὴς*, quae aliquem in vultum *pronum*, de locis vero adhibita, locum *procliuem*, *decliuem* denotat, in notis ex Polybio ad Matth. 27, 5. asserit Raphelius, eam de hominibus praesertim adhibitam, sine vllius scriptoris Graeci exemplo per *praeceps* verti, quam Raphelii opinionem ad h. l. approbat Cel. Alberti. Quum tamen Iudam medium disruptum eiusque viscera effusa esse, haud facile capi queat, nisi eum e sublimi quodam loco vtcumque *praecipitatum* esse statuas: hic non sufficere videtur: *pronus factus est*, sed verti debere: *praeceps factus est.* Obseruaui exempla ad notionem hanc probandam, vt puto, idonea. Iosephus *bell. Iud.* l. 7. c. 5. p. 946. de Sabino quodam milite Romano, qui culmen murorum Hierosolymae iam conscenderat, dicit: *καὶ πταίσας πρός τινα πέτραν πρηνὴς ἐπ' αὐτῆς μετὰ μεγίςȣ ψόφȣ κατέπεσεν, ad lapidem quendam allisus praeceps super*

super illa cum maximo crepitu decidit. In libro *Sapient.* c. 4. v. 19. cum de impiis antea dictum esset, ἔσονται εἰς πτῶσιν ἄτιμον, *turpiter cadent*, additur, ὅτι ῥήξει αὐτοὺς ἀφώνους πρηνεῖς καὶ σαλεύσει αὐτοὺς ἐκ θεμελίων, *quoniam disrumpet illos siue voce praecipites et funditus illos prosternet*; vbi de impiis aedificii instar corruentibus sermonem esse in aprico est. Parum quoque differt locus 3 Maccab. 6, 23. vbi Iudaei, πρηνεῖς ἅπαντες εἰς τὴν ἀπώλειαν, *omnes ad perniciem praecipites* s. *proni* vocantur.

Ἐλάκησε, *disruptus est*, *cum crepitu quodam dissiliit.* Aristophanes in *nubibus act.* I. *scen.* 4. p. 150. vtitur composito διαλακέω, de ventriculo afflato dicens: ἦδ' ἀὲρ ἐφυσσᾶτ'. εἶτ' ἐξαίφνης διαλακήσασα, *ille vero repente fuit inflatus et medius disruptus oculos| mihi polluit ambos.* Vbi Scholiastes vocem explicat per διαῤῥαγεῖσα, addens λακὶς γὰρ τὸ σχίσμα.

v. 25.

Πορευθῆναι εἰς τὸν τόπον τὸν ἴδιον.

Facile assentior cel. Heumanno aliisque interpretibus, qui phrasin hanc de successore Iudae explicant, ita vt infin. πορευθῆναι pendeat a verbo λαβεῖν et vertendum sit, *vt abeat ad locum suum*, s. *vt locum suum occupet.* Quo sensu per τόπον ἴδιον *munus apostolicum* intelligendum est. Non obstat explicationi, quod tum phrases, λαβεῖν τὸν κλῆρον τῆς διακονίας, et haec, πορευθῆναι εἰς τόπον ἴδιον, tautologicae esse viderentur; prior enim locutio de munere hoc *conferendo*, posterior de partibus his *sustinendis* et *peragendis* intelligi potest. Neque etiam premit hanc sententiam, quod obiicit Elsnerus, τόπον ἴδιον illius esse, qui πορευθῆναι dicitur. Nam *locus proprius* dicitur, non qui talis iam erat, sed fieri post electionem demum debebat, quo sensu Apostolus 1 Cor. 3, 8. quemlibet τὸν ἴδιον μισθὸν, *mercedem peculiarem accepturum* esse docet. In eo tamen Cel. Heumanno nequeo

assentiri, quum is vocem *τόπος*, pro *munere* per *latinismum* positam esse asserit. Sic enim Iosephus l. 16. c. 11. p. 563. de Antipatro Herodis filio fratribus insidiante dicit, *αὐτὸς δὲ πολλάκις ἀπολογȣμένȣ τόπον λαμβάνειν*, *illum saepe defensoris partes in se suscepisse.* Epictetus in *enchirid.* c. 54. *Absit illud etiam ne risum moueas, ὀλισθηρὸς γὰρ ὁ τόπος εἰς ἰδιωτισμὸν, procliuis enim est ex hoc loco lapsus in plebeium morem.* Frequentius tamen vox *χώρα* hoc sensu adhibetur. Arrianus *Differt. Epict.* l. 3. c. 24. p. 333. *τέταξαι ἐν πολλῇ ἡγεομνίᾳ καὶ ȣ̓κ ἐν ταπεινῇ τινι χώρᾳ· ἀλλ' ἀεὶ βȣλευτὴς, magnus tibi principatus attributus est, et locus minime humilis, tu perpetuus senator es.* Ibid. p. 341. Virum sapientem in eo solo elaborare dicit, *πῶς τὴν αὐτȣ̃ χώραν ἐκπληρώσῃ, quomodo stationem suam impleat decenter, et Deo obediendo.* Vide dicenda ad 1 Cor. 14, 16. et Elsnerum ad istum locum.

C A P. II. v. 1.

Καὶ ἐν τῷ συμπληρȣ̃σθαι τὴν ἡμέραν τῆς πεντηκοστῆς.

Res ipsa et loci paralleli Luc. 1, 57. c. 2, 21. cet. satis docent, verba haec vertenda esse: *quum aduenisset, dies pentecostes.* Pro *hebraisma* hoc habent, Vorstius, Wolfius in *Curis*, Cel. Heumannus aliique; me quidem iudice, absque necessitate. Sic Iosephus *ant.* l. 6. c. 5. p. 175. de Samuele ad quem Deus stato tempore Beniaminitam quendam mittere pollicitus erat, dicit: *Ipse in tecto sedens, ἐξεδέχετο τὸν καιρὸν γενέσθαι· πληρωθέντος δ' αὐτȣ̃, καταβὰς ἐπὶ τὸ δεῖπνον ἐπορεύετο, temporis aduentum exspectabat, quo ingruente, descendens ad coenam se contulit.* Homerus verbo *τελέειν* hoc sensu vtitur, *Odyss.* ε. v. 390. *ἀλλ' ὅτε δὴ τρίτον ἦμαρ ἐϋπλόκαμος τέλεσ' ἠώς, sed quando iam tertiam diem pulcricoma (impleuit) adduxit aurora.* Idem versus quoque *Odyss* ι. v. 76. repetitur. E latinis huc referri possunt

ſunt verba Taciti *annal.* l. 1. c. 6. *ne cunctaretur Agrippam morte adficere, quandocumque ipſe ſupremum diem expleuiſſet.*

v. 2.

Ἠχος ὥσπερ φερομένης πνοῆς βιαίας, καὶ ἐπλήρωσεν ὅλον τὸν οἶκον, ȣ̃ ἦσαν καθήμενοι.

Verte: *ſonus ſicuti venti vehementis lati*, ſ. *agitati.* Verbum φέρεσθαι enim ad violentum, quo venti mouentur, impetum notandum adhiberi ſolet. Aelianus *hiſt. anim.* l. 7. c. 24. *In Bosporo Thracio*, ἐπειδὰν τὸ πνεῦμα βίαιον ἐκφέρηται, *quum ventus ingruit violentus.* Diogenes Laërtius l. 10. §. 25. c. 104. διὰ τȣ̃ πνεύματος πολλȣ̃ φερομένȣ, *per flatum, qui vehemens fertur.*

Verbum καθῆσθαι h. l. *commorari* ſignificat. Notionem hanc verbo huic cum cognatis καθίζειν et καθέζεσθαι communem, vna cum notione *habitandi* inter *hebraiſmos* referunt Vorſtius, Cel. Heumannus ad Luc. 24, 49. aliique. Quibus praeter ea, quae largius protulit Cel. Georgi in *Vindic. N. T. ab Hebr.* p. 117. locos oppono ſequentes. Demoſthenes *de falſ. legat.* p. 220. *reliquis diebus omnibus*, καθήμεθα ἐν Πέλλῃ, *Pellae commorati ſumus ante reditum Philippi.* Idem de *corona* p. 317. *boni iſti legati*, καθῆντο ἐν Μακεδονίᾳ τρεῖς ὅλȣς μῆνας, *per tres integros menſes in Macedonia commorati ſunt.* Diodorus Siculus *excerpt. Valeſ.* p. 297. de Antiocho magno puellae cuiusdam amore capto dicit, ἐκάθητο τȣ̀ς ταύτης ἐπιτελῶν γάμȣς, *nuptias illius celebrans, commorabatur.* Xenophon *Cyrop.* l. 4. p. 74. οἱ ἐγγύτατα τῶν φίλων καθήμενοι, *qui proxime apud amicos commorantur.* Idem *exped. Cyri*, l. 1. p. 177. Cyrum dicit celerrime iter confeciſſe, καὶ ȣ̓ διατρίβων, ὅπȣ μὴ ἐπισιτισμȣ̃ ἕνεκα ἢ τινὸς ἄλλȣ ἀναγκαίȣ ἐκαθέζετο, *ita vt nusquam niſi commeatus, aut neceſſarii cuiusdam negotii cauſſa commoraretur.* Vbi διατρίβειν et καθέζεσθαι vt ſynonyma poni palam eſt.

v. 4.

v. 4.

Καθὼς τὸ πνεῦμα ἐδίδυ αὐτοῖς ἀποφθέγγεσθαι.

Emphatica vox eſt, ἀποφθέγγεσθαι, notans, *effari*, *effata proferre*, *oraculorum inſtar aliquid eloqui.* In primis vox de oraculis et vatibus gentilium occurrit, futura praedicentibus et agenda praeſcribentibus. Plutarchus de *Pythiae orac.* p. 405. de ſacerdotibus delphicis dicit, πρῶτον μὲν ὥσπερ εἴρηται, τὰ πλεῖςα κἀκεῖναι· καταλογάδην ἀπεφθέγγοντο, *primo enim, vt diximus, pleraque illae, etiam ſoluta oratione effatae ſunt.* Idem *quaeſt. rom.* p. 268. coniungit, ἀποφθέγγεσθαι λόγια καὶ χρησμῳδεῖν τοῖς ἐρωτῶσιν, *oracula eloqui et interrogantibus reſponſa dare.* Strabo l. 14. p. 945. narrat Aegyptiorum regem, μαντικῶς πως ἀποφθένξασθαι, *vatis inſtar pronunciaſſe*, quod Polycrati mors miſera immineat. Ioſephus *ant.* l. 17. c. 8. p. 597. tradit, morbum Herodis grauiſſimum pro poena laeſae pietatis habitum eſſe, ὑπὸ τῶν θειαζόντων, καὶ οἷς ταῦτα προαποφθέγγεσθαι, σοφία πρόκειται, *ab hominibus diuinitus inſpiratis et ſapientia talia praedicendi praeditis.* Philo de *Ioſepho* p. 543. quum is Pharaoni ſomniorum praeſagia interpretatus eſſet, hunc ad illum dixiſſe narrat: ὐ γὰρ ἄνευ θεῦ ταῦτ' ἀποφθέγγεσθαι μοὶ δοκεῖς, *non enim ſine numine haec elocutus eſſe videris.* Idem de *vit. Moſis*, p. 692. Moſen dicit, ἀποφθέγξασθαι λόγιον, τὸ περὶ τῆς ἱερᾶς ἑβδόμης, *oraculum de ſacroſancto ſabbato protuliſſe.*

v. 22.

Ἄνδρα ἀπὸ τῦ θεῦ ἀποδεδειγμένον εἰς ὑμᾶς δυνάμεσι.

Verba haec ita interpretanda eſſe puto, vt commate poſt vocem θεῦ poſito, vox ὄντα ſubaudiatur, *virum a Deo ſc. miſſum*, vti Ioh. 6, 46. ὁ ὢν παρὰ τῦ θεῦ, it. Ioh. 9, 16. Sequentia verto cum Cel. Alberti, *celebrem*, ſ. *inclytum inter vos.* Hac enim notione participio hoc

vtitur

vtitur Iosephus *ant.* l. 14. c. 12. *ἐν γοῦν Αἰγύπτῳ κατοικία τῶν Ἰουδαίων ἐστὶν ἀποδεδειγμένη*, *in Aegypto celebris est Iudaeorum colonia.* Arrianus *rer. Indic.* p. 559. in Syene Aegyptia inquit, tempore solstitii aestiui, *φρέαρ ἀποδεδειγμένον ἐστὶ* *puteus celebris reperitur*, *qui meridie nullam vmbram facit.* Est tamen vocabulum *μέσον*; nam apud Athenaeum l. 13. c. 5. p. 576. Myrtium *μία τῶν ἀποδεδειγμένων καὶ κοινῶν δεικτηριάδων*, *vna ex famosis et publicis prostibulis* appellatur. Et videtur Petrus de industria vocabulo ambiguo vsus esse, vt generatim significaret Iesum miraculis suis insignem sibi inter Iudaeos famam peperisse, siue illi permoti sint, vt verum prophetam illum esse crederent, siue increduli et blasphemi miracula illum ope diaboli aliisue modis patrasse opinarentur.

v. 23.

Τοῦτον τῇ ὡρισμένῃ βουλῇ καὶ προγνώσει τοῦ θεοῦ ἔκδοτον λαβόντες.

Durius mihi videtur, quod non pauci e nostratibus verba *ἔκδοτον λαβόντες* ad Deum referant, quasi is praefinita voluntate Christum Iudaeis *tradiderit*; mihi potius videtur *ἔκδοτον* ad Iudam proditorem referri. Acceperunt Iudaei Iesum a Iuda *traditum ἔκδοτον*, ex immutabili tamen Dei decreto id permittendi et dirigendi. Ἔκδοτος generatim est *traditus* in potestatem aliorum. Hinc Demosthenes *proscriptos*, *aqua et igni interdictos* aliquoties hoc nomine insigniuit. Adu. *Aristocr.* p. 434. *si qui illum occiderint*, *λαβόντες ἔκδοτον, πεφευγότα καὶ τῶν νομίμων εἰργόμενον*, *nacti proscriptum exsulantem et aqua et igni interdictum.* Ibid. p. 435. *abducet homicidam inuitum*, *ἔκδοτον λαβὼν*, *si proscriptum acceperit, in patriam occisi.* Ibid. p. 437. dicit *ἐκδότους ποιεῖν* *proscribere.* Ibid. p. 440. *ἐὰν μὴ τὸν ἱκέτην ἔκδοτον διδῶσιν*, *nisi supplicem tradiderint.* Dionysius Hal. *ant.* l. 8. p. 485. *ἔκδοτον παρὰ τῆς βουλῆς ἠξίουν ἐπὶ θανάτῳ λαβεῖν*, *a senatu ad supplicium traditum accipere volebant.* Ad Iudam

Iudam vero vox ἔκδοτος merito refertur, quoniam ſynonyma ſunt ἐκδοτὸς et παραδότος, ἐκδιδόναι et παραδιδόναι. Patet hoc ex eodem *ant.* l. 2. p. 131. *ſontes comprehenſos*, ἐκδότους τοῖς ἀδικηθεῖσι παραδιδόναι, *laeſis in poteſtatem tradere.* Ibid. l. 7. p. 458. παραδοῦναί τινα ἔκδοτον ἐπὶ τιμωρίᾳ τοῖς ἐχθροῖς. Opponitur phraſis ἔκδοτον λαμβάνειν ſ. διδόναι, τῷ ἐξαιτεῖσθαι, *ad poenam necemue expoſcere*, vt in hoc Palaephati de *incredib.* c. 41. p. 52. *Nolebat Admetus Acaſto* (Alceſtidem) ἔκδοτον ἐξαιτουμένῳ δοῦναι, *expoſcenti tradere.*

v. 24.

Ὃν ὁ θεὸς ἀνέστησε, λύσας τὰς ὠδῖνας τοῦ θανάτου.

Minime omnium mihi ea hic placet explicatio, quantumuis doctorum virorum fulta ſuffragiis, qua per ὠδῖνας θανάτου *vincula mortis* intelligunt et phraſin ex Pſ. 18, 5. et 116, 3. petitam credunt, vbi חבלי מות LXX. int. per ὠδῖνας θανάτου tranſtulere, ex hoc ipſo concludentes, quod ὠδῖνες apud Graecos quoque *vincula* ſignificent. Mihi hi loci pſalmorum etiam probabilius de *ſummis doloribus* aut de *periculo mortis*, non vero de *morte ipſa* intelligendi videntur, vt adeo ceſſet parallelifinus eorum cum verbis Petri. Periculoſus mihi videtur talis vſus 70. interp. Claudicat hoc genus argumentandi. חבלים Hebraeis *dolores*, *et funes* denotat. LXX. l. c. vocem per ὠδῖνας tranſtulere, quum tamen illa ibi *funes* notare videatur. Ergo ὠδῖνες Graecis etiam *funes* ſignificant. Quis ferret argumentantem, qui e celebri loco Ieſ. 26, 14. ἰατροὶ οὐκ ἀναστήσονται, vbi vox רפאים in fontibus *mortuos* notat, concludere vellet vocem ἰατρὸς idem Graecis notare ac νεκρός. Quum 70. int. mox voces aliter punctauerint, mox aliter legerint, mox textum non ſatis intellexerint et oſcitanter tranſtulerint, interdum non verba, ſed ſenſum tantum exprimere ſtuduerint multa in vſu eorum cautione opus eſſe reor. In verbis Petri quo minus hanc amplectar ſententiam, tautologia quoque vetat. Quomodo enim differunt, ἀναστῆσαι et λύειν τὰς ὠδῖνας θανάτου?

Ego

Ego phrasin verto: *solutis s. sublatis mortis doloribus.* Non obstat, quod in ipsa Christi morte dolorem non fuisse dicant. Dolores enim mortem antecedentes, exquisitissimi Christi cruciatus, quos et anima et corpore subierat, intelligendi sunt. Sic *dolores partus* vocant etiam eos, qui partum antecedunt. Et Statius *Thebaid.* l. 10. v. 317. dicit: *Vita fugit mortisque ferae lucrata dolores.* Obiicit huic explicationi Cel. Deylingius *Obs. sac.* P. 3. p. 271. sermonem hic esse, de statu et tempore inter mortem Christi et resuscitationem intermedio. Vertit sc. Vir Cel. λύσας, *soluendo*; quasi Deus eo ipso momento, quo Christum resuscitauit, ei ὠδῖνας θανάτου soluerit. At eodem iure λύσας ego verto: *postquam soluerat*: Sic Lucianus *ver. hist.* l. 1. p. 724. scribit: ἀποπέμπει ἡμᾶς, ἑστιάσας ἑπτὰ ἡμέρας, *dimisit nos, postquam nos septem diebus conuiuio exceperat.* De doloribus, morbisue dolorificis τὸ λύειν habent Libanius *epist.* 1080. p. 514. τούτων ἕκαστον ἀνίαν μὲν ἂν λύσειε, *horum quodlibet dolorem facile soluerit.* Lucianus de *conscr. hist.* p. 657. *Aliis copiosus sudor obortus* ἔλυσε τὸν πυρετὸν, *febrim sustulit.* Strabo l. 16. p. 1107. de opobalsamo Hierichuntino scribit: λύει δὲ κεφαλαλγίας θαυμαστῶς καὶ ὑποχύσεις ἀρχομένας καὶ ἀμβλυωπίας, *soluit mirifice dolores capitis, suffusiones oculorum incipientes et hebetudinem visus.* Lycophron in *Cassandra* p. 154. de Rhea Iouem pariente dicit: ὠδῖνας ἐξέλυσε λαθραίας γονῆς, *occulti partus se exsoluit doloribus.*

v. 25.

Δαυὶδ δὲ λέγει εἰς αὐτόν.

Voculam εἰς pro *de* h. l. positam sunt, qui in *hebraismis* censeant. Frequens tamen est Graecis haec notio, si praepos. haec cum verbis loquendi iungitur. Xenophon l. 1. *de fact. et dict. Socr.* p. 454. λέγον εἰς τοιαύτην τοιάδε, *sequentia de illa dicens.* Aeschines contr. *Ctesiph.* p. 303. τοῖς εἰς αὐτὸ τὸ πρᾶγμα λέγουσιν. Dionysius Hal. *ant.* l. 1. in fine, μυρία δ' εἰς τοῦτο λέγειν ἔχων.

Idem

Idem l. 3. p. 145. πολλοὶ ἐλέχθησαν εἰς τῦτο λόγοι. Appianus *bell. pun.* p. 71. εἰς τὸ τέλος τῦ πολέμυ τὰ λοιπὰ ἐρεῖν. Lucianus de *astrolog.* p. 989. ἵνα δέ μοι καὶ ἐς Φρίξον τὸν Ἀθάμαντος εἰρῆσθω. Plutarchus in *Cicerone* p. 880. παρασκώπτειν τι καὶ λέγειν χάριεν εἰς τὺς συμμάχυς. Ibid. p. 881. λέγειν ἀεί τι καινὸν εἰς τὸν ἄνδρα.

V. 37.

Ἀκύσαντες δὲ κατενύγησαν τῇ καρδίᾳ.

Phrasis, *compuncti sunt corde*, eos intima tristitia adfectos esse significat, quo sensu vox κατανύσσειν apud LXX. int. occurrit. E profanis in *Controuers.* Senecae l. 3. *controu.* 19. p. 143. Hyberas dicit τέκνον κἄν με φεύγης κατανύξομαί σ᾽ ἐπαιτῦσα, quod ibid. vertitur: *fili dolebo, quamuis me fugias, te repetens.* De sermonibus in primis, qui animum valde adficiunt aut tristitiam animo incutiunt, Graeci dicunt, eos animum *compungere, mordere, transfigere.* Lucianus in *Nigrino* p. 45. de Nigrino dicit, *neque enim summam cutem ac leuiter me ipsius attigerat oratio*, βαθεῖα δὲ καὶ καίριος ἡ πληγὴ ἐγένετο, καὶ μάλα εὐστόχως ἐνεχθεὶς ὁ λόγος αὐτὴν εἰ οἷόν τε εἰπεῖν, διέκοψε τὴν ψυχὴν, *sed profunda ac lethalis erat plaga, tamque scite vibrata oratio animum, vt ita dicam, diffecuit.* Vbi in sequentibus vide plura. Plutarchus de *auditione* p. 47. *Morsum inquit, bonae indolis adolescentibus a philosophia inflictum* αὐτὸς ὁ τρώσας λόγος ἰᾶται *eadem quae sauciavit, sanat oratio.* Idem *discr. adul. et am.* p. 74. de eo qui, πληγεὶς τῇ παῤῥησίᾳ καὶ χαραχθεὶς, *libertate loquendi ictus et compunctus est*, dicit, eum δυσπαρηγόρητον esse. Euripides in *Hecuba* v. 235. res tristes vocat, λυπρὰ et καρδίας δηκτήρια, *res tristes et animum mordentes.* Præsertim malefactorum conscientiæ tribuitur, quod animum pungat et fauciet. Sic Plutarchus de *animi tranquill.* p. 476. *Malefactorum conscientia veluti vlcus aliquod in carne*, τῇ ψυχῇ τὴν μεταμέλειαν αἱμάσ-

αἱμάσσουσαν ἀεὶ καὶ νύσσουσαν ἐναπολείπει, in animo poenitentiam relinquit, pungentem ſemper et vulnerantem. De magno dolore quoque Plautus dicit in *Bacchid. Act. 2. ſc. 3. v. 17. Heu cor meum et cerebrum Nicobule finditur.* Confer infra c. 7, 54. et dicta ad Luc. 2, 35.

v. 39.

Ὑμῖν γάρ ἐστιν ἡ ἐπαγγελία.

Ad vos enim pertinet promiſſio. Sic Demoſthenes adu. *Macartat.* p. 665. *Aperte o iudices lex dicit, οἷς δεῖ τὴν κληρονομίαν εἶναι, ad quos haereditas pertinere debeat.* Genitiuus nempe hic ponitur, pro datiuo, quod pro hebraiſmo habitum eſt a nonnullis, ita tamen vt graecitas eius multis probari poſſit auctoritatibus. Sic ibid. p. 660. *ἡ ἐστι μήτηρ τῷ παιδὶ, quae pueri mater eſt.* Lyſias *orat. 33. adu. Diagit.* p. 535. *τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα, ἥπερ ἦν αὐτῷ μόνη, filiam ſuam, quam vnicam habebat;* plane vti Luc. 7, 12. Arrianus *rer. Indic.* p. 542. *ἐν τῷ στόματι σίδηρον αὐτοῖσιν οἱ ἵπποι ἔχουσιν, ferrum equi eorum in faucibus habent.* Vide ibid. paulo poſt.

In ſequentibus, *προσκαλέσασθαι* eſt, *aduocare, ad ſocietatem cum aliis ineundam inuitare.* Reſpicit forte Petrus ad *ἀγαγεῖν* Ioh. 10, 16. ſet parallelum quoque eſt *τὸ συναγαγεῖν εἰς ἕν*, Ioh. 11, 52. Occurrit vox eo ſenſu in Epiſtola Philippi ad Athenienſes apud Demoſthenem de *corona* p. 337. *Non ignoro, quantam adhibueritis induſtriam, προσκαλέσασθαι βουλόμενοι Θετταλοὺς καὶ Θηβαίους, ἔτι δὲ καὶ Βοιωτοὺς, Theſſalos et Thebanos imo et Boeotios in foedus vobiſcum coniungere cupientes.*

v. 41.

Οἱ μὲν οὖν ἀσμένως ἀποδεξάμενοι τὸν λόγον αὐτοῦ ἐβαπτίσθησαν καὶ προσετέθησαν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ψυχαὶ ὡσεὶ τρισχίλιαι.

In phraſi, *ἀσμένως ἀποδεξάμενοι τὸν λόγον, libenter ſermonem recipientes,* duplex notio latet. Innuitur 1) *cum gaudio ſermonem approbaſſe.* Hoc ſenſu phraſin

 habet

habet Dionyſius Hal. *ant.* l. 1. p. 69. vbi de Remo a Numitore ad iniurias illius vlciſcendas impulſo dicitur: *ἀσμένως δὲ ὑποδεξαμένε τὸν λόγον τε μειρακίε, quum vero libenter oratione annueret iuuenis.* Ioſephus *ant.* l. 12. c. 15. p. 421. de Iudaeis obſeſſis oblatam pacem et libertatem ratam habentibus dicit: *οἱ δὲ ἀσμένως δεξάμενοι τὲς λόγες.* Thucydides illos dicit *δέχεσθαι λόγες,* quibus *illi placent.* Dicit enim l. 5. p. 130. legatis Boeotorum *ἀρέσκειν placuiſſe* ſermonem, et paulo poſt eosdem vocat *δεχομένες τὸν λόγον.* 2) Phraſis eos notat, *qui libenter ſermoni morem gerunt.* Vtitur hac notione Euripides in *Helena* v. 838. *ἢν δὲ δὴ νῷν μὴ ἀποδέξηται λόγες, ſi vero noſtris morem non gerat ſermonibus.* Ioſephus *ant.* l. 4. c. 4. p. 114. de puellis Midianiticis ad ſtupra ab Iſraëlitis ſolicitatis dicit, *αἱ δὲ ἀσμένως δεξάμεναι τὲς λόγες συνήεσαν αὐτοῖς, illae vero verbis libenter morem gerentes, cum illis rem habent.*

Προσετέθησαν, adiunxerunt ſeſe. Ita vertunt Elsnerus, Raphelius *Annot. Polyb.* Lamb. Boſius. Firmare poſſem multis notionem hanc exemplis. Sic *προσετέθησαν* reſpiceret ad *ἀφίςασθαι* 1 Tim. 6, 5. 2 Tim. 2, 19. et ad *σωθῆναι ἀπὸ* v. 40. Haec enim opponunt Plutarchus de *malign. Herod.* p. 855. *τὲς ἀφιςαμένες Ἕλληνας αὐτε καὶ τῷ Τίτῳ προστιθεμένες, Graecos ab eo deficientes et Tito ſe adiungentes.* Ioſephus *ant.* l. 7. c. 1. p. 214. *ἀποςῆναι μὲν Ἰεβόσθε, Δαυίδῃ δὲ προσθέσθαι, a Iebostho ad Dauidem deficere.* Idem in *vita ſua* p. 1005. *ἀποςάντας τῆς πρός με πίςεως προστίθεσθαι αὐτῷ.* Paulo poſt: *ἀποςάντες ἐμε προσθέσθαι τῷ Ἰωάννῃ.* Diſplicet tamen haec explicatio 1) quia rariſſime verbum hoc ſenſu in paſſiuo; et ſemper fere in media voce occurrit. Vnicum in contrarium obſeruaui locum Ioſephi *ant.* l. 6. c. 14. p. 196. *πάντες ἐκείνῳ προστέθεισθε.* 2) Quia tum ſemper datiuus perſonae adiicitur, qui hic deeſt. 3) Quia locus v. 47. *ὁ δὲ κύριος προσετίθει*, ſatis docet h. l. vertendum eſſe: *adiuncti ſunt*, ita vt eos diuina vi et coniunctione ad eccleſiam perductos eſſe ſignificetur.

Ψυχὴν

Ψυχὴν ſine *hebraiſmo* totum hominem deſignare notarunt iam multi. Satis id docet Plutarchus *ſympoſ.* l. 6. qu. 7. p. 692. vinum a Graecis ſynecdochice *τρύγα foecem* vocatum eſſe aſſerens, *ὥσπερ ψυχὴν καὶ κεφαλὴν τὸν ἄνθρωπον εἰώθαμεν ἀπὸ τῶν κυριωτάτων ὑποκορίζεσθαι, quemadmodum hominem a principe parte ψυχὴν et κεφαλὴν vocare ſolemus.* Thucydides l. 3. p. 69. *ἀποκινδυνεύσεται τά τε χρήματα καὶ αἱ ψυχαὶ, et opes periclitabuntur et homines.*

v. 46.

Κλῶντές τε κατ' οἶκον ἄρτον.

Per *fractionem panis* h. l. vt et v. 42. non *euchariſtiam* intelligo, quum nulla ratio ſit quae vrgeat, latiorem ſignificatum adeo reſtringere, cum praeſertim nulla ſit *vini* mentio ad S. *coenam* tamen neceſſarii. Neque etiam ſolas *epulas vulgares* locutio haec notare poteſt. Nimis enim frigidum fuiſſet, inter alia pietatis Chriſtianorum officia commemorari, *eos in domibus cibum cepiſſe.* Significatur potius *communio ciborum et panum diuiſio in vſum pauperum ad communes epulas conuocatorum.* Me igitur iudice *κλάειν ἄρτον* idem eſt, quod *διαμερίζειν* v. 45. Probo explicationem meam 1) ex vſu phraſeos Ieſ. 58, 7. *frange panem tuum eſurienti*, vbi tamen 70. int. vertunt: *διάθρυπτε πεινῶντι τὸν ἄρτον σου.* Idem Ier. 16, 7. לא יפרסו להם, *non frangent illis panem* i. e. non diſtribuent, vbi 70. int. *οὐ μὴ κλασθῇ ἄρτος.* 2) Quoniam nihil aptius eſt, niſi vt cum v. 42. generatim *κοινωνία* fidelium laudata ſit, deinde eorum quoque laudetur victus cum pauperibus communicatio, vt quum v. 46. commemoratum ſit *τὸ ὁμοθυμαδὸν*, *communio* in cultu ſacro, ſubiiciatur quoque *communio* victus quotidiani in pauperes erogati, cum praeſertim extra controuerſiam ſit, agi h. l. v. 44. 45. de diuitum erga pauperes munificentia. 3) Quoniam et libri ſacri et hiſtoria eccleſiaſtica docent, pauperes e Chriſtianis a diuitibus vel communibus cum

illis epulis, vel peculiaribus menſis ſtipe ſuſtentatos eſſe. Ad hoc pertinent illae τράπεζαι infra c. 6. 2. ad illud ἀγάπαι Chriſtianorum Iud. 12. tam celebres, quae eo praeſertim fine inſtituebantur, *vt inopes hoc refrigerio iuuarentur.* Auctore Tertulliano, quam rem pluribus probatam vide a Svicero voce ἀγάπη. Κλάσις igitur τοῦ ἄρτου idem eſt, quod διακονία infra c. 6. 1.

Κατ' οἶκον ſi de vna domo ſermo eſt, ac ἐν οἴκῳ; ſi de pluribus, idem quod ἐν οἴκοις *in aedibus.* Mira igitur h. l. eſt b. Wolfii et aliorum interpretatio, qui per οἶκον *vnam quandam domum peculiarem* intelligunt. Pro *domi*, locutio haec ponitur a Dionyſio Hal. *ant.* l. 4. p. 244. vbi de Tarquinio Superbo dicitur, illum negotia publica plerumque κατ' οἶκον *domi* tractaſſe, et a Ioſepho *ant.* l. 2. c. 3. p. 47. vbi fratres Ioſephi ſiſtuntur, κατ' οἶκόν τε φάσκοντες εὑρεῖν ἐν τοῖς σακκίοις τὸ ἀργύριον, *dicentes ſe domi in ſaccis reperiſſe argentum.* Pro, ἐν οἴκοις phraſis haec occurrit, apud Thucydidem l. 2. p. 37. vbi Athenienſes ex agris in vrbem tranſtuliſſe dicuntur liberos, vxores, καὶ τὴν ἄλλην παρασκευὴν, ἣ κατ' οἶκον ἐχρῶντο, *et reliquum apparatum, quo in aedibus vtebantur.* Sic et Aeneas in *Poliorcet.* c. 10. p. 1655. belli tempore dicit, peregrinos aut in certum locum traducendos eſſe, aut κατ' οἶκον διατελεῖν *in aedibus manere debere.*

CAP. III. v. 1.

Ἐπὶ τὸ αὐτὸ δὲ Πέτρος καὶ Ἰωάννης ἀνέβαινον εἰς τὸ ἱερόν.

Explicabo hic notiones phraſeos ἐπὶ τὸ αὐτὸ, aliquoties in Actis praeſertim recurrentis. Notat illa h. l. idem quod hebraicum יחדו, *vna*, *ſimul*, cui et in verſione graeca illa reſpondere ſolet. Simillimus huic eſt locus Ioſephi *ant.* l. 16. c. 12. p. 570. vbi de Herode et Archelao dicit: μέχρις Ἀντιοχείας ἐπὶ τὸ αὐτὸ παρῆλθον

θου, vna Antiochiam profecti sunt. Tres vero habet phrasis significatus. Notat 1) *vno tempore.* Sic auctore Iosepho *ant.* l. 3. c. 10. p. 92. vetitum fuit, animal cum pullo suo immolare ἐπὶ τὸ αὐτὸ, *vna*, f. *eodem tempore.* 2) notat, *ad eundem locum*, f. *eodem loco.* Euripides in *Ione* v. 1318. ἐπὶ ταὐτὸ τοῦτ᾽ ἰόντ᾽, *ad eundem locum venientem.* Dionysius Hal. *ant.* l. 3. p. 203. τὰς παραγενομένας ἐπὶ τὸ αὐτὸ, *ad eundem locum delatas.* Plutarchus *consol. ad Apollon.* p. 113. ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἔρχονται, *in eundem veniunt locum.* Saepe vtraque significatio, vti et in nostro loco, et in voce hebraica יחדו *vna* coniuncta est, inprimis si phrasis haec cum verbis *congregandi* iungitur. Sic Plutarchus in *Eumene* p. 591. duces Alexandri post mortem eius narrat, spiritus tyrannicos et barbaricam arrogantiam ἐπὶ ταυτὸ συνενέγκασθαι, *in vnum contulisse.* Iosephus *bell. Iud.* l. 6. c. 21. τήν τε δύναμιν ἐπὶ ταυτὸ πᾶσαν ὁρῶσι, *quum totum exercitum vna viderent.* Ibid. l. 2. c. 28. p. 804. ἐπὶ τὸ αὐτὸ πάντας ὑμᾶς συναγαγών. Ibid. l. 6. c. 33. p. 938. ἐπὶ τὸ αὐτὸ συναθροίζεσθαι. Ibid. l. 6. c. 4. p. 944. συναγαγὼν ἐπὶ ταυτὸ τοὺς ἀλκίμους. Et ita saepe his libris ἐπὶ τὸ αὐτὸ cum verbis *congregandi* occurrit vti Matth. 22, 34. Act. 4, 26. Vbi locutio haec per pleonasmum posita in versione omitti potest. 3) Phrasis vertenda est: *vnanimiter*, *eodem consilio et scopo*, συμφόνως. Occurrit haec notio supra c. 2, 44. et apud Thucydidem l. 6. sub finem: *Quum tristes ad illos perferrentur nuncii*, πάσαι ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐψευσμέναι, *omnes cum consensu quodam effecti*, vbi scholiastes addit ἀγγελίας fuisse, ψευδεῖς μὲν συμφώνους δέ. Idem l. 1. p. 19. ἐπὶ ταὐτὸ αἱ γνῶμαι ἔφερον, *ad eundem scopum sententiae tendebant* quod Scholia explicant, ὡμονόουν Theophrastus *charact. eth.* c. 8. p. 582. *Dudum te obseruaui, ei ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐμοὶ κατενεχθήσῃ, vtrum consensurus esses mecum.* Maximus Tyrius *Diss.* 19. p. 195. ὡς πᾶς ἀνὴρ πανταχόθεν ἐπὶ ταὐτὸ θεῖ, *quod omnes homines ad eundem tendant scopum.*

v. 4.

Ἀτενίσας δὲ Πέτρος εἰς αὐτὸν σὺν τῷ Ἰωάννῃ εἶπε, βλέψον εἰς ἡμᾶς.

Ἀτενίζειν εἴς τινα eſt, *attente* aliquem *intueri.* Dionyſius Hal. *ant.* l. 8. p. 513. *ſtans paululum remotus ſine lacrymis vti lapis*, καὶ ἀτενίσας, *et fixis oculis.* Propius accedunt haec Ioſephi *bell. Iud.* l. 6. c. 32. p. 937. τῶν ἐκπνεόντων ἕκαςος ἀτενίσας εἰς τὸν ναὸν, *exſpirantium quisque templum intuebatur.* Idem *ant.* l. 19. c. 7. p. 679. τὶ φοβερὸν καὶ τοῖς εἰς αὐτὸν ἀτενίζουσι φρικῶδες, *terribile aliquid et intuentibus illum tremendum.* Lamb. Bos hic ſubintelligere iubet τοὺς ὀφθαλμοὺς, accuſandi caſu. Sed id non patitur locus Luc. 4, 20. οἱ ὀφθαλμοὶ ἦσαν ἀτενίζοντες αὐτῷ; nec etiam loci vbi *oculi* in Datiuo adduntur, vti in Themiſtii *or.* 2. de *Conſtantio* p. 29. ἀτενίζω τοῖν ὀφθαλμοῖν, et *or.* 4. in *Conſtant.* p. 51. τοῖς ὄμμασιν ἀτενίσαι εἰς τὸν Θεόν.

Differunt paulalum βλέπειν τινὰ et βλέπειν εἴς τινα. Poſterius *liberiorem intuitum*, exprimit, qualem vt animi nihil mali ſibi conſcientis et ſpei cuiusdam ac fiduciae teſtem poſtulaſſe Petrus videtur. Sic fiduciam innuit הביטו Pſalm 34, 6. Et vt audentis animi ſignum talem *intuitum* exhibent Demoſthenes de *corona* p. 352. καὶ βλέπειν εἰς τὰ τουτωνὶ πρόσωπα τολμᾷς; *et horum vultus intueri audes?* Et Aeſchines cont. *Cteſiph.* p. 292. τολμᾷ λέγειν βλέπων εἰς τὰ πρόσωπα τὰ ὑμέτερα, *vultus veſtros intuens dicere audet.*

v. 5.

Ὁ δὲ ἐπεῖχεν αὐτοῖς προσδοκῶν τι παρ᾽ αὐτῶν λαβεῖν.

Cel. Elsnerus putat, ἐπεῖχεν αὐτοῖς, h. l. vertendum eſſe, *attendebat*, *obſeruabat*, ita vt τὸν νοῦν ſubaudiendum ſit, cui ſuffragatur in *Curis* b. Wolfius. At aptius eſt omnino vertere; *intuebatur eos*, ita vt ſubaudiendum ſit, τοὺς ὀφθαλμοὺς. In aprico enim eſt, reſpicere phraſin, ad, βλέψον εἰς ἡμᾶς v. 4. Quum enim Petrus *ſe adſpicere*

spicere iuberet, quin claudus id fecerit, quis dubitet? Sic etiam plene Lucianus *Dial. Deor. Dor. et Galat.* p. 187. dicit: *μόνη ἐμοὶ ἐπεῖχε τὸν ὀφθαλμὸν, me solam intuitus est.* Paulo aliter Achilles Tatius l. 7. p. 459. *τοὺς δὲ ὀφθαλμοὺς εἶχεν ἐπ' ἐμὲ, oculos vero in me habebat defixos.*

Infinitiuus *λαβεῖν* hic eleganter pleonastice ponitur vti et v. 3. Similiter Euripides in *Hecuba* v. 40. *αἰτεῖ δ' ἀδελφὴν τὴν ἐμὴν Πολυξένην τύμβῳ φίλον πρόσφαγμα καὶ γέρας λαβεῖν, petit sororem meam Polyxenam tumulo charam victimam et honorarium recipere.* Idem *Iphig. in Aulis* v. 894. *Quamobrem cum ferres litteras, οὐκ ἐμοὶ δίδως λαβεῖν; mihi non dedisti illas?* Idem *Iphig. in Taur.* v. 1363. *τήνδ' ἐμὴν κομίζομαι λαβὼν ἀδελφὴν, meam aueho accipiens sororem.*

v. 7.

Παραχρῆμα δὲ ἐστερεώθησαν αὐτοῦ αἱ βάσεις καὶ τὰ σφυρά.

Βάσις est, *planta pedis*, ea pedis pars, quae infra talos est. Sic Iosephus *ant.* l. 7. c. 10. p. 242. gigantem quendam Philistaeum sex dicit habuisse *δακτύλους ἐν ἑκατέρῳ τῶν βάσεων, digitos in vtraque planta.* Hac parte praesertim claudi laborant. Hinc idem *ant.* l. 7. c. 2. p. 217. coecos et claudos Iebusaeorum vocat, *πεπηρωμένους τὰς ὄψεις καὶ τὰς βάσεις.* Ibid. c. 6. p. 223. Mephibosethus claudus *πεπηρωμένος τὰς βάσεις* appellatur et *βλαβῆναι τὰς βάσεις pedibus laesus esse* dicitur. Ibid. c. 10. p. 237. de semetipso Mephibosethus dicit, *εἰ μέν τοι γε τὰς βάσεις εἶχον ἐῤῥωμένας, si pedibus firmis fuissem.*

Σφυρὰ malleolos denotant, quibus etiam in iis, qui pedibus capti sunt, *infirmitas* tribuitur. Sic apud Lucianum *Tragopod.* p. 1058. podagricus lentum suum incessum describens dicit: *διάλυτος δέ μου ἔσυρεν ὀπίσω πηλὸς ἀσθενῆ σφυρὰ, solutum retrahit, malleolos male firmos illico coenum retro.* Qui vero pedibus valent, iis *ὀρθὰ σφυρὰ* esse dicuntur. Vnde improprie Pindarus *Isthm.* 7. v. 19. *quando Doricam coloniam, ὀρθῷ ἔστασας ἐπὶ σφυρῷ*

Λακεδαιμονίων, *recto constituisti in talo Lacedaemoniorum*, i. e. in firma sede apud Lacedaemonios collocasti.

V. 11.

Κρατοῦντος δὲ τοῦ ἰαθέντος χωλοῦ τὸν Πέτρον καὶ Ἰωάννην, συνέδραμε πρὸς αὐτοὺς πᾶς ὁ λαὸς - - ἔκθαμβοι.

Κρατεῖν est, *tenere. Retinebat* nempe claudus sanatus Apostolos, eis adhaerebat, eorum societate diutius frui cupiens. Vtrum vox alibi hac notione occurrat, ignorare se scribit Cel. Heumannus. Habet illam Achilles Tatius l. 5. p. 309. ἡ μὲν ἐπεχείρει με κρατεῖν ἐκεῖ κοιμηθησόμενον, *illa me retinere conabatur, ibi dormiturum.* Vbi τῷ κρατεῖν paulo post opponitur: μόλις οὖν ἀφίησιν, *aegre me dimittebat.* Hinc *tenebat apostolos* idem est, ac *dimittere illos a se nolebat*, illos socios habebat. Similiter Catullus ad *Lesbiam* 73. *Dicebas quondam solum te nosse Catullum, Lesbia nec prae me velle tenere Iouem.*

Λαὸς vt vox collectiua hic cum plurali iungitur, vti infra c. 5, 16. τὸ πλῆθος - φέροντες. Sic Lucianus in *Ioue tragoed.* p. 221. τὸ πλῆθος ἐπαινοῦντες. Demosthenes de *corona* p. 323. ὅπως ἡ βουλὴ συναχθῶσι καὶ αἱρεθῶσι πρέσβεις, Ioseph. *ant.* l. 4. c. 4. p. 113. θαυμάζετε τοίνυν ὁ μακάριος στρατὸς, ὅτι τοσοῦτος ἐξ ἑνὸς πατρὸς γεγόνατε. Ibid. l. 14. c. 3. p. 470. οἱ μετ' ἐμοῦ νῦν ἑστῶτες σὸς δῆμός ἐστι.

V. 12.

Ἰδὼν δὲ Πέτρος ἀπεκρίνατο πρὸς τὸν λαόν.

Ἀποκρίνεσθαι πρὸς τινὰ, pro τινὶ, quum voculam πρὸς accusatiuus personae sequitur, in *hebraismis* censet Beza ad Luc. 4, 4. et Graecos constructionem hanc respuere asserit. Occurrit haec constructio etiam l. c. Luc. 6, 3. c. 14, 5. vbi tamen ambiguum videri posset, anne πρὸς cum casu suo ad sequens verbum εἰπεῖν pertineat. Militat pro graecitate et elegantia constructionis, quod in

sacris

sacris solus Lucas illa vtatur. E Profanis Aristoteles *Politic.* l. 5. c. 11. p. 511. ὁ καὶ πρὸς τὴν γυναῖκα ἀποκρίνασθαί φασιν αὐτὸν, *quod illum etiam vxori respondisse dicunt.* Plutarchus *conuiu.* 7. *sap.* p. 155. ταῦτα καὶ πρὸς Αἴσωπον ἀποκρίνομαι, *haec etiam Aesopo respondeo.* Themistius *or.* 25. de *dicend. ex temp.* p. 310. πρὸς τὸν ἐραστὴν ἀπεκρίνατο. Idem *or.* 26. *quomodo philos. dic.* p. 330. ἀποκρίνασθαι Καρνεάδην πρὸς τὸ μειράκιον.

v. 13.

Καὶ ἠρνήσασθε αὐτὸν κατὰ πρόσωπον Πιλάτε.

Ἀρνεῖσθαι et ἀπαρνεῖσθαι est, *repudiare*, *auersari, renunciare*, idem quod ἀπειπεῖν 2 Cor. 4, 2. Adhibetur tam de rebus, de quo exempla dabo ad 2 Tim. 3, 5. quam de personis. Sic Callimachus *hym.* in *Delum.* v. 100. de Latona dicit, Ἀλλ᾽ ὅτ᾽ Ἀχαιιάδες μιν ἀπηρνήσαντο πόληες, ἐρχομένην, *quum Achiuae ciuitates illam respuissent venientem*, in Thessaliam illam rediisse. Apud Dionysium Hal. *ant.* l. 8. p. 486. de Roma, quae exsilio illum mulctauerat, Marcius dicit: πατρίδα δὲ ἡγῦμαι ὁ τὴν ἀπαρνησαμένην με πόλιν, *patriam vero existimo, non, quae me repudiauit vrbem.* Ibid. l. 8. p. 507. διὰ τῦτο φίλυς τε ἀπαρνύμεθα, ὅταν ἀδικήσωσι, *propterea amicis renuntiamus, si nos adficiant iniuriis.* Patet hinc, quid sit, ἀπαρνήσασθαι ἑαυτὸν, *se ipsum* nempe *spernere et repudiare* respectu amoris erga Christum, f. ὁ φιλεῖν τὴν ἑαυτῦ ψυχὴν Luc. 14, 26.

v. 15.

Τὸν δὲ ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς ἀπεκτείνατε.

Ἀρχηγὸς ζωῆς est, *vitae auctor.* Vox ζωῆς sensu latissimo accipi potest, ita vt includatur omnis hominum salus est beatitudo, vt sensus idem sit, quo Christus Hebr. 2, 10. ἀρχηγὸς τῆς σωτηρίας vocatur. In vtroque loco acumen latet atque emphasis. Hic *morti* datus dicitur auctor *vitae.* Ibi παθήματα, *afflictiones* perpessus dicitur auctor σωτηρίας, *salutis.* Ἀρχηγὸς hoc

 sensu

ſenſu reperitur in Iſocratis *orat. de permut.* p. 476. τῶν παρόντων ἀγαθῶν ἁπάντων αὐτοῖς ἀρχηγοὶ, *omnium bonorum praeſentium ipſis auctores.* Heraclides Ponticus *allegor. Hom.* p. 455. Homerum vocat, ἀρχηγὸν πάσης σοφίας. Dionyſius Hal. *ant.* l. 3. in fine, τοὺς ἀρχηγοὺς τῆς ἐπιβουλῆς, *auctores inſidiarum.* Ioſephus *ant.* l. 7. c. 8. p. 230. πολλῶν ἀρχηγὸν κακῶν, *multorum malorum auctorem.* Ibid. l. 20. c. 5. p. 693. ὡς εὗρε τῶν κακῶν ἀρχηγοὺς τοὺς Σαμαρεῖς γενομένους. Polybius l. 1. c. 81. p. 115. τῆς διαθέσεως ἀρχηγὸν, *auctorem* (ſ. originem) *habitus animorum.* Similiter Xenophon *Cyrop.* l. 1. p. 17. πόνους τοῦ ζῆν ἡδέως ἡγεμόνας, *labores iucundae vitae autores* vocat.

v. 16.

Ἐστερέωσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ, καὶ ἡ πίστις ἡ δι' αὐτοῦ ἔδωκεν αὐτῷ τὴν ὁλοκληρίαν ταύτην.

Inſolens phraſis eſt, ἡ πίστις ἡ δι' αὐτοῦ, praeſertim ſi δι' αὐτοῦ, poſitum credas, pro ἐν αὐτῷ. Πιστεύειν διά τινος pro *credere in aliquem* nusquam credo reperies. Imo etiam frigidum nimis atque tautologicum videretur, ſi eidem ſubiecto ſc. τῇ πίστει, idem praedicatum ſc. *ſanatio* aegroti binis propoſitionibus tribueretur. Mallem igitur in ἡ δι' αὐτοῦ, articulum ἡ pro relatiuo habere et cum ἔδωκεν iungere hoc modo: *firmauit illum nomen eius et fides, quae hanc integritatem per illum ipſi dedit,* ita vt vox πίστις aeque ac ὄνομα ad verbum ἐστερέωσε referatur. Sicque per πίστιν hic *fidem claudi* intelligere opus eſſet. Hoc tamen ſi minus placet: poſt ἡ πίστις ἡ δι' αὐτοῦ ſubaudire potes οὖσα, *fides a Chriſto producta, in claudo* ſc. Vtrum hic fides ante, an poſt ſanationem in claudo producta intelligatur, parum refert.

Ὁλοκληρία *integritatem, incolumitatem* corporis deſignat, quum nulla pars corporis aut deficit aut vitio laborat. Differt itaque ὁλοκληρία ab ὑγιεία; illa de partibus externis tantum dicitur et τῇ πηρώσει, quemadmodum ὁλόκληρος, τῷ πεπηρωμένῳ ſ. ἀναπήρῳ Luc. 14, 13. oppo-

opponitur; *ὑγιείας* vero oppositum sunt *νόσοι* et *μαλακίαι*, imo et externa corporis vitia. Sic Plutarchus in *Apophth*. p. 173. dictum Darii refert de Zopyro, qui nasum et aures sibi amputauerat, malle ipsum Zopyrum habere *ὁλόκληρον*, *integrum*, quam centum Babylones. Iosephus *bell. Iud.* l. 6. c. 15. p. 918. opponit sacerdotes, *ὅσοι διὰ πήρωσιν ὐκ ἐλειτούργουν*, *qui ob mutilationem sacra non obibant*, *τοῖς ὁλοκλήροις integris*. Antoninus de *rebus suis* l. 5. §. 8. *πηροῦται γὰρ τὸ ὁλόκληρον, ἐὰν καὶ ὁτιοῦν διακόψης*, *mutilatur quod integrum est, si quid vel minimum abscindas*. Aristoteles *probl. sect.* 10. qu. 1. corpora virilia *ὁλόκληρα* vocat, muliebria vero cum his comparata *πεπηρῶσθαι*, *mutilata esse* dicit. Corpus *ὁλόκληρον* et *ὑγιαίνων*, distinguit quoque Arrianus *Dissert. Epict.* l. 3. c. 26. p. 358.

v. 23.

Ἐξολοθρευθήσεται.

Alexandrina haec vox videtur Cel. Alberti, quae apud LXX. interp. non item alibi occurrat. At frequens est hoc verbum in *testam. 12. patriarch.* vbi e. g. p. 541. 576. 595. 613. 705. vna cum simplici *ὀλοθρεύειν* illa reperitur. Quod tamen vox non tantum Alexandrina sit, tutius probaturus mihi videor ex Iosepho *ant.* l. 8. c. 4. p. 280. *καὶ πᾶν ἐξολοθρεύσω σου τὸ γένος*, *et omne genus tuum exstirpabo*. Ibid. l. 11. c. 6. p. 376. gentiles omnes se coniunxisse dicuntur ad Iudaeorum *ἀπώλειαν καὶ παντελῆ ἐξολέθρευσιν*, *perniciem per internecionem*.

v. 24.

Καὶ πάντες δὲ οἱ προφῆται.

Voces: *καὶ δὲ* vertendae sunt, *quin etiam*, *imo etiam*, vti Ioh. 8, 16. 17. et alibi. Sic Lycurgus *adu. Leocrat.* p. 176. *Ipse Hipparchus in hac columna scriptus est*, *καὶ οἱ ἄλλοι δὲ προδόται*, *imo et reliqui proditores*. Plutarchus de *placit. philos.* l. 1. c. 7. p. 881. *καὶ ὁ τούτου δὲ συγγενὴς Ἡρακλῆς*, *imo et huius cognatus Hercules*. Euripides

pides in Electra v. 1117. καὶ σὺ δὲ αὐθάδης ἔφυς, *imo et tu praefracto es ingenio.* Dionysius Hal. *ant.* l. 7. p. 428. καὶ οὗτοι δὲ ἤδη σφῶν αὐτῶν κατεγνώκεσαν, *quin etiam hos ipsos iam consilii poenitebat.* Iosephus *ant.* l. 10. c. 11. p. 349. καὶ θύειν δὲ ὡς Θεῷ προσέταξεν. Ibid. l. 10. c. 5. p. 368. καὶ τοῖς ἀγνοοῦσι δὲ παρέξεις αὐτὸν μαθεῖν. Ibid. l. 12. c. 2. p. 392. et l. 14. c. 25. p. 496.

CAP. IV. v. 12.

Καὶ οὐκ ἔστιν ἐν ἄλλῳ οὐδενὶ ἡ σωτηρία, οὔτε γὰρ ὄνομά ἐστιν ἕτερον ὑπὸ τὸν οὐρανὸν τὸ δεδομένον ἐν ἀνθρώποις, ἐν ᾧ δεῖ σωθῆναι ἡμᾶς.

Priora verte: *et in alio nemine sita est salus.* Sic Iosephus *ant.* l. 3. c. 1. p. 72. Mosen pro subleuanda Israëlitarum commeatus et aquae penuria Deo ita supplicantem sistit: ἐν αὐτῷ γὰρ εἶναι τὴν σωτηρίαν αὐτοῦ καὶ οὐκ ἐν ἄλλῳ, *in illo enim* (Deo sc.) *sitam esse salutem eius populi et non in alio.* Aristophanes in *Lysistrat.* in prologo, ἐν ταῖς γυναιξὶν ἐστιν ἡ σωτηρία, *feminis iam tota salus nititur.* Demosthenes de *repub. ord.* p. 69. ἐν τοῖς δικαστηρίοις ὑμῖν ἐστιν ἡ σωτηρία, *in iudiciis vestra salus sita est.* Paulo post: *hostes autem armis superandi sunt*, καὶ διὰ τούτων ἐστὶν ἡ σωτηρία τῆς πολιτείας, *et his salus reipublicae nititur.* Disceptant interpretes, vtrum in verbis Petri per τὴν σωτηρίαν *salus hominum spiritualis*, redemtio nempe per Christum facta, cum fructibus illius, an potius *sanatio claudi* tantum intelligatur. Posterius probabilitatem quandam obtinet, si verba v. 9. ἐν τίνι σέσωσται, quae de miraculo *sanationis* agere nemo negat, conferas cum verbis nostris et cum vltimis ἐν ᾧ δεῖ σωθῆναι. Imo et in ἡ σωτηρία articulus respicere videtur, *ad illam salutem*, quae iam per apostolos obtigerat. Contra ea tamen nimis dilutum et a scopo atque more apostolorum alienum foret, si tot de sola *sanatione corporis* verba facta, et v. 10. iam satis ostensa, hic mutatis tantum verbis repetita essent. Imo vocula ἡμᾶς,

ἡμᾶς in phrasi ἐν ᾧ δεῖ σωθῆναι ἡμᾶς, satis docet, hic non tantum de *aegrotis corpore* sermonem esse. Me quidem iudice nihil aptius est, quam vtramque hic sententiam coniungere. Producta profanorum exempla euincunt, quod ἡ σωτηρία, quamuis adiecto articulo, tamen indeterminate, *quamlibet salutem*, quamlibet ex malis vel expertis vel formidatis liberationem, significet. Sensus igitur verborum Petri est: *Christum vnicum esse sospitatorem hominum; ab illo solo vt auctore hominibus obtingere, liberationem ab omnibus vitae praesentis calamitatibus, corporisue vitiis et infirmitatibus; inprimis vero in solo Iesu sitam esse salutem animarum, quarum morbi tam inhaesiue quam imputatiue sanandi sunt.* Quod Petrus hic σωτηρίαν σώματος καὶ ψυχῆς, sub vna voce coniunxerit, probabile fit magis ex eo, quod *morbi* semper a Iudaeis, id quod res est, pro *peccatorum poenis* habiti sint, idque ita vt illi, qui insigniter corporis vitiis essent notati, insignes quoque peccatores esse crederentur Ioh. 9, 2. Hinc semper Christus sanationem coniungebat et animorum et corporum. Hinc toties verba legimus: ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σου, in quibus verbis simul *promissio sanationis morborum corporis* continebatur. Hinc Matth. 8, 17. verba Ies. 53, 4. τὰς ἀσθενείας ὑμῶν ἔλαβε, quae de sanatione animorum praecipue dicta erant, ita adducuntur, quasi idem esset, animo homines sanare et corpore. Denique etiam illa σωτηρία, quam impetraverat claudus, tam ad animum illius, quam ad corporis labem pertinebat. Vide dicta ad c. 3, 16.

Ὄνομα hic pro Christo ipso positum est, vti supra c. 3, 16. Censetur et hoc in *hebraismis*. Perquam tamen similia sunt haec Euripidis *Iphig. in Aul.* v. 910. ὄνομα γάρ τὸ σὸν μ' ἀπώλεσ', *tuum enim nomen me perdidit.* Ibid. v. 938. τοὔνομα γὰρ εἰ καὶ μὴ σίδηρον ἤρατο τοὐμὸν, φονεύσει παῖδα σήν, *nomen enim meum, etiamsi non sustulit ferrum, interficiet tuam filiam.*

Ἐν ᾧ δεῖ σωθῆναι ἡμᾶς, *per quod oporteat nos salvos fieri.* Sic Euripides in *Heraclid.* v. 499. ἐν τῷδε

κάν-

κευχόμεθα σωθῆναι λόγῳ; *an igitur per hanc rem nos seruatum iri speramus?*

v. 15.

Συνέβαλον πρὸς ἀλλήλους.

Vertendum est: *consultarunt inter sese, contulerunt sententias;* subaudiri enim potest, βουλὰς aut βουλεύματα, quod eleganti loco Euripidis etiam a me notato illustranit Lamb. Bos. At eodem iure supplere potes γνώμην *sententiam.* Sic enim plene Plutarchus de *Socrat. gen.* p. 592. τί δ' - οὐ συμβάλλεται γνώμην; *cur vero non in commune sententiam dicit?* Imo et in singulari γνώμην additur, quamuis de pluribus sermo sit, ibid. *in conuiu.* 7. *sapient.* p. 154. *Itaque censeo debere vos denuo de reipublicae popularis forma,* γνώμην τινὰ συμβαλέσθαι, *in commune consultare.*

v. 25.

Ἵνα τί ἐφρύαξαν, ἔθνη;

Verbum φρυάσσειν de equis proprie adhibetur, quum illi collo altius sublato, *hinniunt, fremunt* et *ערociunt*. Sic Callimachus *hym. in lauacr. Pallad.* v. 2. dicit: τᾶν ἵππων ἄρτι φρυασσομενᾶν τᾶν ἱερᾶν ἐσάκουσα, *equas modo hinnientes sacras illas audiui.* Pro *ferocia* et *fastu* per *fremitum* significato, vocem φρύαγμα habet Plutarchus, quam in *amator.* p. 754. de equis, et in *conuiu.* 7. *sap.* p. 150. de mulis vsurpat. Si vero ad homines vocabulum transfertur, optime vertas: *ferocire.* Notat enim 1) *inflatum esse, et altos sibi spiritus sumere.* 2) Ob animi fastum, *verbis vel factis insolenter agere.* Philo de *charitate* p. 716. hominem superbum ita describit: *Incedit in summis pedum digitis,* καὶ τὸν αὐχένα μετέωρον ἐξαίρει φρυαττόμενος, *et ceruicem in equi morem erigens ferocit.* Dionysius Hal. *ant.* l. 7. p. 434. de Marcio valida iuuenum nobilium turba cincto dicit, οἷς ἐπαιρόμενος ἐφρυάττετο, *quibus elatus ferociebat.* 3 Maccab. 2, 2. Ptolemaeus Philop. θράσει καὶ σθένει πεφρυαγμένος, *fastu*

ac

ac robore insolescens appellatur. Plutarchus *praec. reip. ger.* p. 814. de Marathone, Eurymedonte et Plataeis dicit, οὐδὲν ποιεῖ καὶ φρυάττεσθαι διὰ κενῆς τοὺς πολλοὺς, per illa et similia exempla *multitudinem inflari et inaniter ferocientem reddi.* Idem de *educ. lib.* p. 1. illustribus natos parentibus, impleri dicit, μεγαλαυχίας καὶ φρυάγματος *fastu atque ferocia.* Antoninus de *reb. suis* l. 10. §. 13. οἱ ἐν τοῖς περὶ ἄλλων ἐπαίνοις καὶ ψόγοις φρυαττόμενοι, *qui alios laudando et vituperando ferociunt.* Vbi vide notas Gatakeri.

v. 32.

Τοῦ δὲ πλήθους τῶν πιστευσάντων ἦν ἡ καρδία καὶ ἡ ψυχὴ μία.

Significat phrasis haec intimum fuisse inter fideles animorum consensum et amicitiam. Sic enim de Aristotele haec narrat Diogenes Laërtius l. 5. c. 1. §. 11. ἐρωτηθεὶς τί ἐστι φίλος; ἔφη μία ψυχὴ δύο σώμασιν ἐνοικοῦσα, *interrogatus, quid esset amicus, vna inquit anima in duobus corporibus habitans.* Locum ipsum ex *ethicis* Aristotelis habet Elsnerus. Prouerbium hoc, quo amici ψυχὴ μία vocarentur adeo tritum erat, vt teste Plutarcho in Catone *min.* in fine, Cato impudici cum vxore Marphadatis, quae Psyche vocabatur, commercii suspectus his verbis exagitaretur: Πόρκιος καὶ Μαρφαδάτης δύο φίλοι, ψυχὴ μία, *Porcius et Marphadates amici duo, animus vnus* (s. Psyche vna). Idem in *amator.* p. 767. de coniugio animorum concordia fortunato dicit: ᾧ δ' ἂν ἔρως ἐπισκήψῃ, καὶ ἐπιπνεύσῃ, πρῶτον μὲν ἐκ τῆς πλατωνικῆς πόλεως τὸ ἐμὸν οὐχ ἕξει καὶ τὸ οὐκ ἐμὸν, *cui vero coniugio amor adspirauerit, ex illo tanquam e ciuitate Platonica, primo exsulabit meum et tuum.* Paulo post addit de coniugibus: ἀλλ' οἱ τοῖς σώμασιν ὁριζόμενοι τὰς ψυχὰς βίᾳ συνάγουσι, καὶ συντήκουσι, μήτε βουλόμενοι δύο εἶναι μήτε νομίζοντες, *at illi corporibus diuisi, animis vi se coniungunt et colliquant, cum neque velint duo esse, neque duo se esse censeant.*

CAP.

CAP. V. v. 2.

Διὰ τί ἐπλήρωσεν ὁ σατανᾶς τὴν καρδίαν σȣ, ψεύσασθαί σε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον καὶ νοσφίσασθαι ἀπὸ τῆς τιμῆς τȣ̃ χωρίȣ;

Verbum πληρȣ̃ν h. l. notat, *impellere*, *audacem reddere*, *animare*. Confirmant hoc loci ex V. T. Esth. 7, 5. et Eccles. 8, 11. Sic et in *testam. 12. patriarch.* p. 677. τῇ πλεονεξίᾳ ἐπληροφορήθην τῆς ἀναιρέσεως αὐτȣ̃, *per auaritiam impulsus sum ad illum e medio tollendum.* Neque tamen opus est, vt cum b. Wolfio in *Curis* pro *hebraismo* hoc habeas. Nam similiter Iosephus *ant.* l. 17. c. 7. p. 593. *quum non solum ipse sceleslus fueris*, ἀλλὰ καὶ τὴν μητέρα ὧ ἐπενόεις πιμπλᾶς, *sed et matrem iisdem*, *quae animo agitabas*, *impleueris.* Ibid. l. 19. c. 2. p. 667. Caligula dicitur, τῆς τε ἐξȣσίας ἐφ' ἑνὶ μόνῳ πιμπλάμενος, τȣ̃ ὑβρίζειν εἰς ȣ̃ς ἥκιστα ἐχρῆν, *potentia sua ad id vnicum animatus esse*, *vt iis quos minime oportebat*, *insultaret.* Non multum differt hoc Aristophanis in *vespis* p. 455. vbi ψυχὴν ἐμπλησάμενος Διοπείθȣς, *animum implens Diopitha* vocatur ille, qui Diopithae audaciam imitatur. *Implere* pro *impellere*, *animosum reddere* vsurpat Statius *Thebaid.* l. 8. v. 459. *Hunc Pallas praesens*, *illum Tirynthius implet.* Et lib. 10. v. 35. *Sic ille truces hortatibus implet*, *Labdacidas.*

Homines ad mala perpetranda a daemonibus malis impelli credebant quoque profani. Aeschines cont. *Ctesiph.* p. 290. ἴσως δὲ καὶ δαιμονίȣ τινὸς, ἐξαμαρτάνειν αὐτὸν προηγȣμένȣ, *fortasse etiam daemone quodam ad peccandum illum impellente.* Lucianus in *amor.* p. 1032. Iuuenem quendam narrat, σὺν δειλαίῳ δαίμονι, *infelici quodam daemone impulsum*, *amore in simulacrum Veneris Cnidiae exarsisse.*

Vox ψεύσασθαι h. l. vti ex v. 5. patet, est, *mentiri*, quamuis accusatiuo iuncta sit. Habet sane frequentius cum hoc casu notionem *fallendi.* At *mendacium* est species *fraudis* verbis factae vel tentatae. Apud Iosephum

ant.

ant. l. 3. c. 10. p. 95. mulier, quae per aquas amaras adultera deprehensa est, dicitur: ψευσαμένη τὸν ἄνδρα ἐπὶ τοῖς γάμοις, καὶ τὸν Θεὸν ἐπὶ τοῖς ὅρκοις, *in nuptiis marito, in iureiurando Deo mentita esse.* Ibid. l. 13. c. 1. p. 429. transfugae, qui facile in potestatem redigi posse Ionathanem Bacchidi falso persuaserant, dicuntur, ψευσάμενοι αὐτόν τε καὶ τὸν βασιλέα, *ipsi atque regi mentiti esse.* Euripides in *Helena* v. 1642. τοὶ γὰρ ἔποτ' ἄλλον ἄνδρα ψεύσεται μαντεύμασιν, *numquam enim virum alium decipiet vaticiniis.*

Νοσφίζειν et νοσφίζεσθαι, proprie est *separare*, vt apud Homerum *Odyss.* λ. v. 73. Improprie vti h. l. est *interuertere.* Et ita praecipue adhibetur de iis, qui de pecunia publica, communi plurium vsui destinata, aliquid subripiunt, et sibi vindicant. Arrianus *Dissert. Epict.* l. 2. c. 20. p. 237. *peculatorem* vocat, νοσφιζόμενον τὰ δημόσια. Plutarchus *praec. reip. ger.* p. 809. σὺ δὲ πλουτεῖς πολλὰ τῆς πολέως νενοσφισμένος, *tu diues es, qui multa ciuitatis bona interuertisti.* Apud eundem in *Lucullo* p. 517. Lucullus ex praeda πολλὰ νενοσφισμένος, *multa interuertisse* dicitur, et in *Catone min.* p. 781. Cato quasi ex thesauro Cyprio πολλὰ νοσφισάμενος, *multa interuertens* traductus esse perhibetur. Contra ea a Philone de *Iosepho* p. 563. Iosephus laudatur, vt οὐδὲ μίαν δραχμὴν νοσφισάμενος, *qui ne drachmam quidem interuertisset*, e pecunia ex pretio annonae venditae ad Pharaonem redeunte.

v. 30.

Ὃν ὑμεῖς διεχειρίσασθε κρεμάσαντες ἐπὶ ξύλου.

Verbum διαχειρίζεσθαι generatim notat, *occidere, interimere*, quocunque mortis genere, siue sua manu, siue alterius. Occurrit vox apud Iosephum *bell. Iud.* l. 1. c. 4. p. 716. vbi vt synonyma eius vsurpantur κτείνειν et ἀναιρεῖν. Dionysius Hal. *ant.* l. 9. p. 597. de corruptore quodam virginis Vestalis dicit, ἑαυτὸν διεχειρίσατο, *sibimetipsi*

metipsi mortem consciuit. Ibid. l. 11. p. 721. Lucretia ἑαυτὴν διαχειρισαμένη vocatur. Polybius l. 8. c. 18 p. 735. loco a Cel. Heumanno iam notato, διακεχειρισμένος τὸν Ἀχαιὸν, *Achaeum e medio sustulisse* dicitur, quem videlicet capite truncatum in crucem tolli iusserat. Et ita vox praesertim de iis adhibetur, qui *necem aliorum vel iubent vel promouent.* De Herode, qui Hyrcanum *interfici iubebat,* Iosephus *ant.* l. 15. c. 9. p. 525. scribit, διεχειρίσατο τὸν ἄνδρα. Plutarchus in *Apophth. lacon.* p. 220. μέλλοντος τοῦ βασιλέως τὸν Πέρσην διαχειρίζεσθαι, *quum rex Persam morte mulctare vellet.*

v. 34.

Ἐκέλευσεν ἔξω βραχύ τι τοὺς ἀποςόλους ποιῆσαι.

Verbum ποιῆσαι, in se consideratum, est, *ducere, perducere.* Si vti h. l. cum ἔξω et cum similibus construitur, potes vertere, *abducere,* cum ἔσω iunctum esset, *introducere, introrsum recipere.* Probabo singula exemplis. Appianus *bell. Parth.* p. 267. συνεβούλευε, ποῤῥωτάτω τοῦ νεανίσκου ποιεῖν ἑαυτὸν, *suadebat, vt quam longissime ob eo iuuene sese subduceret.* Iosephus *ant.* l. 6. c. 5. p. 177. ὁ νεανίσκος φθάσας ἐκποδὼν αὐτὸν ποιεῖ, *praeueniens adolescens, procul semetipsum subducebat.* Improprio sensu, τούτους ἐκποδὼν ἐποιήσαντο, *illos e medio remouerunt* dicit Lysias *orat.* 12. p. 206. conf. idem ibid. p. 199. Ἔσω ποιεῖν habet Palaephatus de *incredib.* c. 50. p. 60. vbi Daphne terram matrem suam rogasse dicitur, πάλιν αὐτὴν ἔσω ποιῆσαι, *vt ipsam iterum intra sese reciperet.* Similis quoque est locus Plutarchi in *Apophth.* p. 178. μικρὸν κατωτέρω τὴν χλαμύδα ποίησον, *chlamydem paululum demitte.* Liuius l. 33. p. m. 350. Antiochum refert ad legatos Romanos dicentem: *quaedam ex proxima Thracia, quae indubitate Lysimachi fuerint, ad ea facienda in antiquum venisse.* Vbi *facere in antiquum* ponitur pro: *reducere in statum antiquum, in pristinum restituere.*

v. 36.

Πρὸ γὰρ τούτων τῶν ἡμερῶν ἀνέστη Θευδᾶς, λέγων εἶναί τινα ἑαυτὸν, ᾧ προσεκολλήθη ἀριθμὸς ἀνδρῶν ὡσεὶ τετρακοσίων. ὃς ἀνῃρέθη καὶ πάντες ὅσοι ἐπείθοντο αὐτῷ διελύθησαν καὶ ἐγένοντο εἰς οὐδέν.

Theudas dicebat, *se esse aliquem* i. e. *se eximium aliquid esse atque singulare*. Similiter Plutarchus *Apophth. lacon.* p. 212. coniungit inter se, δοκοῦντας εἶναί τινας καὶ μεγαλοφρονοῦντας, *aliquid se esse putantes atque superbientes.* Menander apud Stobaeum *serm.* 22. p. 186. ἐφ' ᾧ φρονεῖς μέγιστον ἀπολεῖ τοῦτό σε, τὸ δοκεῖν τιν' εἶναι, καὶ γὰρ ἄλλους μυρίους, *quo tibi maxime places, id te* | *pessumdabit, opinio nempe te esse aliquid, quae sexcentos iam perdidit.* Epictetus in *Enchirid.* c. 72. *Nihil dicas de te ipso*, ὡς ὄντος τινὸς ἢ εἰδότος τι, *quasi aliquid esses, aut aliquid nosses.* Neutro genere Gal. 2, 6. etiam occurrente vtitur Libanius *epist.* 1265. p. 595. ὁ πείσας τε αὐτὸν ὡς εἴην ἐγώ τι, *qui sibi persuasum habet, me esse aliquid.* Idem *epist.* 195. p. 93.

Phrasis ἐγένοντο εἰς μηδὲν opposita est, τῷ λέγειν εἶναί τινα. Notat illa: *in nihilum redigi.* Plutarchus *non suau. viui sec. Epic.* p. 1104. coniungit, παντάπασιν ἐξηρῆσθαι καὶ διεφθάρθαι καὶ γεγονέναι τὸ μηδὲν, *prorsus e medio tolli et perire et in nihilum redigi.* Idem de *malign. Herod.* p. 862. καὶ τὸ τέλος εἰς οὐδὲν ἥκει περιβοήτου καθορθώματος, *finis tam decantati facinoris ad nihilum redit.* Dionysius Hal. *ant.* l. 6. p. 389. αὐθάδεις λογισμοὺς κλάσαι καὶ καταβαλεῖν εἰς τὸ μηδὲν, *contumaciam frangere et in nihilum redigere.* Si de hominibus tales locutiones vsurpantur, significant, *pessumdari, dignitate et honore aut opibus exutum in miserum redigi statum.* Sic apud Euripidem in *Hecuba.* v. 622. de se atque Priamo Hecuba dicit: ὡς εἰς τὸ μηδὲν ἥκομεν, φρονήματος τοῦ πρὶν στερέντες, *quam in nihilum redacti sumus superbia priori spoliati?* Plutarchus

de *fera num. vind.* p. 553. *Cleonaei, quibus eadem medela non obtigit*, εἰς τὸ μηδὲν ἥκουσι, *pessum eunt.* Lucillius apud Stobaeum *serm.* 10. p. 128. Θρασύμαχε πλεῖστον πολὺν ὤλεσας ἐξ ἐπιβουλῆς, εἰς οὐδὲν δ' ἥκεις ἄθλιος ἐξαπίνης, *o Thrasymache multas opes per insidias perdidisti et subito in nihilum redactus es.* Apud Dionysium Hal. *ant.* l. 8. p. 506. Marcius dicit: *Vos me bonis omnibus exutum*, καὶ τὸ μηδὲν ποιήσαντες ἐρρίψατε, *et in nihilum redactum abiecistis.* Vide dicenda ad Gal. 6.

CAP. VI. v. 1.

Ὅτι παρεθεωροῦντο ἐν τῇ διακονίᾳ τῇ καθημερινῇ αἱ χῆραι αὐτῶν.

Παραθεωρεῖν est, *negligere*, *spernere*, *rationem alicuius non habere.* Diodorus Siculus *excerpt. Valesf.* p. 387. de legatis Metelli Proconf. narrat, quod ex iis dignitate et nobilitate generis eminentes, μεγάλης ἀποδοχῆς ἐτύγχανον, *in magno honore habiti sint* a Metello; quod vero Marius vltimos magistratus vix cum labore adeptus, ab eodem, παρεθεωρεῖτο, *neglectus sit.* Dionysius Hal. in *Isaeo* p. 111. εἰ δέ τις παραθεωροίη ταῦτα ὡς μικρὰ καὶ φαῦλα, *si quis haec vt parua et inutilia negligat.* Frequentiora sunt Graecis verba alia similia. Xenophon *rer. Graec.* l. 7. p. 433. *Arcades vero nihil magis mouebantur*, ἀλλὰ ταῦτα πάντα παρεώρων, *sed haec omnia negligebant.* Polybius l. 15. c. 24. p. 993. μὴ περιιδεῖν σφᾶς ἀναιδῆν ὑφ' οὕτω ἀναξίων ὑβριζομένους, *ne se, qui ab hominibus tam indignis contumelias paterentur*, *negligerent.* Obseruatio Raphelii in *annot. Xenoph.* ex Strigelio mutua accepta, ab h. l. aliena est.

v. 3.

Οὓς καταστήσομεν ἐπὶ τῆς χρείας ταύτης.

Vox χρεία, *negotium*, *officium*, *munus* denotat, nec multum interest quacunque ex his vocibus in versione vtaris.

vtaris. Optime tamen integram phrasin vertas: *Quos huic praeficiamus necessitati.* Χρεία enim *officium* siue *negotium* aliquod *necessarium* indicat, ad quod aliorum necessario requiritur industria. Sic Iosephus *bell. Iud.* l. 2. c. 42. p. 822. τὸν γὰρ τȣ̃ Σίμωνος υἱὸν Ἐλεάζαρον - - - ὅμως ȣ̓κ ἐπέστησαν ταῖς χρείαις, *Simonis enim filium Eleazarum - - - tamen nullis necessitatibus praefecerunt.* Ibid. *ant.* l. 16. c. 11. p. 567. legationes et consultationes vocantur χρεῖαι βασιλικαὶ, *munera regia.* Ibid. p. 565. de filiis Herodis, qui scribae in vicis constitui debebant, dicitur: ἁρμόσειν γὰρ εἰς τοιαύτην χρεῖαν, *ad hoc enim munus aptum fore litteraturam, cui tum darent operam.* Ibid. l. 13. c. 6. p. 433. πολλὰς καὶ μεγάλας ὑμῖν χρείας τετελεκὼς, *quum multa et magna vobis praestiterim officia.* Plutarchus in *Lucullo* p. 519. ἀπὸ τῶν ἄλλων χρειῶν ἀσμένως ἀποτρέχοντας, *ab aliis negotiis libenter discedentes.* Dionysius Hal. *ant.* l. 5. p. 282. ὡς ἐπ' ἄλλην τινὰ χρείαν παρὼν, *quasi, ob aliud quoddam negotium veniret.* Polybius *hist.* l. 8. c. 22. p. 741. τότε συναθροισθέντες προῆγον ἐπὶ τὴν προκειμένην χρείαν, *tunc congregati ad negotium propositum se accinxerunt.* Idem l. 6. c. 12. p. 643. l. 17. c. 15. p. 1052. et c. 17. p. 1054.

CAP. VII. v. 19.

Οὗτος κατασοφισάμενος τὸ γένος ἡμῶν ἐκάκωσε τȣ̀ς πατέρας ἡμῶν τȣ̃ ποιεῖν ἔκθετα τὰ βρέφη αὐτῶν εἰς τὸ μὴ ζωογονεῖσθαι.

Κατασοφισάμενος τὸ γένος ἡμῶν, *astu agens cum gente nostra, circumueniens gentem nostram.* Desumta est phrasis ex Exod. 1, 10. Sic apud Lucianum in *dial. mar. Cycl. et Nept.* p. 191. de Vlysse, qui *Vtim* se vocaverat, Cyclops dicit: ȣ̃τω κατεσοφίσατό με ὁ κατάρατος τῷ ὀνόματι, *ita execrabilis ille nomine me astu delusit.* Ibid. *dial. Nept. et Enip.* p. 209. κατασοφίσασθαι τὴν Τυρὼ ἀφελῆ κόρην ȣ̃σαν, *cum Tyrone simplici puellā*

ella astu agere. Ibid. *dial. Cnem. et Dam.* p. 232. *inuitus haeredem reliqui*, κατασοφισθεὶς ὁ ἄθλιος, *miser ego astu delusus.*

Τȣ̃ ποιεῖν ἔκθετα τὰ βρέφη, *vt exponerent foetus*, optime ad ipsos Iudaeos refertur. Nam ἔκθετα ποιεῖν, idem esse ac ἐκτιθέναι probabile reddit v. 21. Ἐκθέτȣς pro *infantibus expositis* habet Seneca *controu.* l. 5. *contr.* 33. p. 218.

Εἰς τὸ μὴ ζωογονεῖσθαι, *ne in vita conseruarentur*, s. *ne viui nutrirentur.* Id de infantibus Iudaeorum accipiendum puto. Phrasis petita est ex Exod. 1, 17. 18. Sic apud Lucianum *dial. Vulc. et Iou.* p. 138. ad Iouem, qui Mineruam in cerebro suo genuerat, dicit Vulcanus: Τηλικαύτην ὑπὸ τὴν μήνιγγα παρθένον ζωογονῶν, *cum tantam sub membrana cerebri virginem viuam nutrires.*

v. 43.

Τȣ̀ς τύπȣς, ȣ̃ς ἐποιήσατε προσκυνεῖν αὐτοῖς.

Per τύπȣς h. l. *simulacra*, *effigies* designantur diuini cultus gratia effictae. Sic Teraphim quos Labano abstulerat Rachel, Iosephus vocat *ant.* l. 1. c. 19. p. 31. τȣ̀ς τύπȣς τῶν θεῶν, ȣ̃ς σέβειν πατρίȣς ὄντας νόμιμον ἦν, *simulacra Deorum, quibus cum patrii essent, cultus debebatur.* Paulo post dicit: τȣ̀ς δὲ τύπȣς ἐπεφέρετο τῶν θεῶν ἡ Ῥαχήλα, *sigilla vero Deorum secum ferebat Rachel.* Ibid. p. 32. bis vox haec repetitur. Ibid. l. 15. c. 12. p. 538. Iudaeis nefas esse dicit: ἀγάλματα καὶ τύπȣς μεμορφωμένȣς τιμᾷν πρὸς τὸν Ἑλληνικὸν τρόπον, *statuas et simulacra efficta Graecorum more colere.*

v. 45.

Ἣν καὶ εἰσήγαγον διαδεξάμενοι οἱ πατέρες ἡμῶν.

Verto: *quod etiam successione acceptum intulerunt patres nostri.* Duplex praesertim locum habere potest versio vocis διαδεξάμενοι; aut notat: *succedentes*, aut, *successione accipientes.* Si verbum hoc construitur cum accusat. personae significat, *succedere alicui.* Appianus

nus *bell. hisp.* p. 483. διαδέχεται δὲ αὐτὸν ἀνὴρ ᾧ ὄνομα ἦν Καίσαρας, *successit illi vir nomine Caesaras.* Idem. *bell. ciu.* l. 5. p. 1179. διαδεξόμενος Ἀντώνιον, *successurus Antonio.* Diogenes Laërtius l. 5. c. 4. §. 1. τοῦτον διεδέξατο Λύκον, *huic Lycon successit.* Sic idem alibi passim. Si vero διαδέξασθαι cum accusat. rei iungitur, indicat, aliquid *successione accipere* s. *suscipere.* Sic idem l. 5. c. 3. §. 1. διεδέξατο δ' αὐτοῦ τὴν σχολήν, *scholam eius successione accepit*, s. *vt successor accepit*, vti saepius idem loquitur. Clare rem explicat Demosthenes *adu. Polyclem* p. 713. vbi διαδεξόμενος τὴν ναῦν, *nauem ex successione accepturus* paulo ante phrasi synonymica vocatur, τήν τε ναῦν παραλαμβάνων ὡς διάδοχος ὤν. Diodorus Siculus l. 16. c. 64. p. 59. τὴν δὲ ἀρχὴν διαδεξάμενος ἄγις ὁ υἱός, *in imperio succedens Agis filius.* Idem l. 17. c. 30. p. 118. διαδεξόμενον τὴν Μέμνονος ἡγεμονίαν, *qui vt successor imperium Memnonis susciperet.* Idem *excerpt. Valesf.* p. 329. τηλικοῦτο βάρος οἰκίας καὶ γένους διαδεδεγμένος, *tantum familiae decus ac splendorem veluti haereditate accipiens.* Iosephus *ant.* l. 18. c. 8. p. 635. περὶ τοῦ τὴν ἡγεμονίαν διαδεξαμένου, *de eo, qui vt successor imperium accepturus esset.* Patet ex his, quocunque modo vocem intelligas, ellipsin quandam in verbis Stephani supplendam esse. Aut subaudire potes αὐτοὺς, vt respiciatur ad Iudaeos in deserto mortuos, et ita vertendum esset: *succedentes* illis. At insolentius est deesse huic verbo accusat. personae, et hic paululo remotius est subiectum πατράσιν v. 44. ad quod tum constructio referenda foret. Crederes quoque, si hic esset sensus, dicturum fuisse scriptorem sacrum mutato ordine: *οἱ πατέρες ἡμῶν διαδεξάμενοι*, aut cum articulo: *οἱ διαδεξάμενοι, sequentes.* Aut, quod probabilius puto, supplendum est: διαδεξάμενοι αὐτήν, *successione traditum illud* (sc. tabernaculum) *accipientes.* Nam de tabernaculo hic proxime sermo est. Sic quoque suppresso accusatiuo rei Iosephus *ant.* l. 1. c. 11. p. 18. Abrahamum sistit loquentem: *Quamnam voluptatem ista adferrent praemia*, ἐκ ὄντων, οἱ

οἱ διαδέξονται μετ' αὐτὸν quum non adessent, qui post illum successione eadem *acciperent.* Praeterea vocula ἦν hic aeque ad διαδεξόμενοι, ac ad εἰσήγαγον referri potest. Moris enim est Graeciae, vt si participium tempori finito iungitur, casus ad vtrumque pertinens nonnisi semel ponatur. Sic Luc. 2, 19. *συνετήρει τὰ ῥήματα ταῦτα συμβάλλουσα* vbi deest *αὐτά.* Iosephus in *vita sua* p. 999. *ἱερεῖς τινας - δήσας εἰς τὴν Ῥώμην ἔπεμψε, sacerdotes nonnullos - vinctos Romam misit*, vbi deest *αὐτούς.* Marc. 11, 2. *λύσαντες αὐτὸν ἀγάγετε, illum solutum adducite*, vbi *αὐτὸν* ad vtrumque pertinet. Infra c. 8, 3. Haec quoque exempla docent, nostra verba *passiue* bene verti: *quod successione acceptum intulerunt.*

v. 53.

Οἵτινες ἐλάβετε τὸν νόμον εἰς διαταγὰς ἀγγέλων.

Vulgarem iam Christi temporibus fuisse Iudaeis sententiam de lege Dei per *angelos* data probat locus Iosephi *ant.* l. 15. c. 8. p. 522. vbi Herodes Arabum, qui legatos suos interfecerant, scelus exaggeraturus, etiam Graecis caduceatores sacros et inuiolabiles fuisse dicit et addit: *ἡμῶν δὲ τὰ κάλλιστα τῶν δογμάτων καὶ τὰ ὁσιώτατα τῶν ἐν τοῖς νόμοις δι' ἀγγέλων παρὰ τοῦ θεοῦ μαθόντων, quum et nos honestissima et sanctissima legis praecepta per angelos a Deo didicerimus.*

CAP. VIII. v. 3.

Σύρων τε ἄνδρας καὶ γυναῖκας παρεδίδου εἰς φυλακήν.

Σύρειν trahere adhibetur de reis, qui ad iudicem, carcerem, siue poenam trahuntur. Eodem sensu habes *κατασύρειν* Luc. 12, 58. vbi vide notata.

Παρεδίδου εἰς φυλακὴν, verte, *in vincula coniecit, in carcerem inclusit.* Phrasis enim haec idem denotat, quod *κατέκλεισε φυλακαῖς* Act. 26, 10. Saulus enim hic in re spectandus erat, vt vir publica munitus auctoritate, quippe *τὴν παρὰ τῶν ἀρχιερέων ἐξουσίαν λαβὼν* l. c. Vtitur locu-

locutione hac Diodorus Siculus *Excerpt. Valeſ.* p. 294. *Philippus cum ob amicitiam Heraclidis Macedonum plurimos ſibi indignari videret*, παρέδωκεν αὐτὸν εἰς τὴν φυλακὴν, *in vincula illum coniecit.* Idem l. 20. c. 69. p. 442. *Quum ob rem milites dolore exaſperati*, συνέλαβον τὸν δυνάστην, καὶ δήσαντες παρέδωκαν εἰς φυλακὴν, *principem comprehenderunt et ligatum in vincula coniecerunt.*

v. 6.

Προσεῖχόν τε οἱ ὄχλοι τοῖς λεγομένοις ὑπὸ τοῦ Φιλίππου ὁμοθυμαδόν.

Primarius vocis προσέχειν, poſt quam τὸν νοῦν ſubaudiendum eſt, ſignificatus eſt, *attendere*, *attentas aures praebere*, qui etiam h. l. obtinet. Sic Demoſthenes cont. *Theocrin.* p. 510. eos, qui cauſſa iniuſta premuntur, excuſationes dicit ad rem non pertinentes quaerere, αἵτινες τοῦ παρόντος ὑμᾶς ποιήσουσι πράγματος ἐπιλαθομένους, τοῖς ἔξω τῆς κατηγορίας λόγοις προσέχειν, *quae vos efficient praeſentis negotii oblitos*, *ad ſermones*, *a cauſſa ipſa alienos attendere.* Paulo poſt dicit: *Neque enim aequum eſt*, *vt qui pro legum defenſione adſunt*, μακροῖς λόγοις καὶ κατηγορίαις προσέχειν, *prolixis fabulis et criminationibus praebeant aures.* Saepe quidem προσέχειν, in primis, ſi *verbis* tribuitur notat, *fidem habere*, *credere*, *obtemperare*, de quo vide dicenda ad c. 16, 14. At h. l. vocula ὁμοθυμαδὸν hunc ſenſum non patitur. Quis credat Samaritanos ſingulos vnanimiter Chriſto fidem ſuam obſtrinxiſſe? Id vero miracula Philippi facile poterant efficere, vt omnes vaciuis auribus animisque verba eius exciperent. V. 10. vbi ᾧ προσεῖχον de Simone adhibetur, vertere potes: *cui addicti erant*, ſ. *qui omnium animos in ſe conuerterat.* Quo ſenſu de Solone Diogenes Laërtius l. 1. c. 2. §. 3. dicit: τοῦ δὴ λοιποῦ, προσεῖχον αὐτῷ ὁ δῆμος, *ex eo iam tempore plebis in ſe animos conuerterat*, *et libenter illius quoque*] *imperio ſubeſſe volebant.*

v. 22.

Εἰ ἄρα ἀφεθήσεταί σοι ἡ ἐπίνοια τῆς καρδίας σου.

Ἐπίνοια alias, *consilium*, *propositum* quodlibet denotat, inprimis *ingeniose excogitatum.* Sic Aristophanes in *Vespis* p. 453. ὥρα τινά σοι ζητεῖν καινὴν ἐπίνοιαν, *tempus est, vt nouum quoddam tibi excogites consilium.* Frequentius tamen vox haec de malis consiliis, callide et in damnum aliorum inuentis, adhibetur, vbi per *commentum*, *fraudem*, *astum*, vertere potes. Sic apud Iosephum *ant.* l. 16. c. 17. p. 578. in epistolis filiorum Herodis, ἐπιβουλὴ μὲν ἢ τις ἐπίνοια δυσσεβείας οὐκ ἐγέγραπτο, *nullae insidiae aut commenta impietatis scripta fuisse* dicuntur. Ibid. l. 10. c. 11. p. 341. artes Chaldaeorum ad expugnandam Hierosolymam effictae, ἐπίνοιαι τῶν ἐχθρῶν καὶ τὰ μηχανήματα vocantur, contra quae Iudaei fuerint ἀντεπινοοῦντες, *machinas contrarias excogitantes.* Idem *bell. Iud.* l. 3. c. 13. p. 842. Fraudem quandam bellicam a se effictam, quam paulo ante στρατήγημα vocauerat, ἐπίνοιαν vocat. Apud Thucydidem l. 5. p. 122. itidem stratagema ἐπίνοια vocatur, idque paulo ante per τέχνην, *astutum inuentum* explicatur. Diodorus Siculus de fraude Agathoclis exercitum in Africa deserere et clam in Siciliam redire molientis l. 20. c. 69. p. 442. dicit: ὁ δὲ ἀρχάγαθος ὑποπτεύσας αὐτοῦ τὴν ἐπίνοιαν, *quum vero Archagathus fraudem ipsius suspicaretur.* Inprimis astuta magorum inuenta, αἱ μαγεῖαι v. 11. quibus ad fallendos alios vtebantur ἐπίνοιαι dicuntur. Sic Lucianus in *Pseudomant.* in initio se dicit describere velle Alexandri τοῦ γόητος *praestigiatoris*, βίον, καὶ ἐπινοίας αὐτοῦ, καὶ τολμήματα καὶ μαγγανείας, *vitam et commenta, facinora et praestigias.* Alludens igitur Apostolus fortasse ad reliquas Simonis *fraudes magicas*, *fraudem* vocat, hoc eius inuentum, quod argento sibi potestatem Spiritus s. dona tribuendi acquirere vellet. Quippe hac potestate abuti volebat Simon, vt eo magis homines falleret, et τὸ εἶναί τινα ἑαυτὸν μέγαν v. 9. aliis

aliis cum eo maiori effectu, persuaderet. Quoniam tamen, sicuti v. 21. Simonis ἡ καρδία οὐκ εὐθεῖα vocatur, ita et hic τῇ ἐπινοίᾳ vox τῆς καρδίας additur: aptius ἐπίνοια, per *fraudulentiam*, *versutiam*, *vafritiem* vertitur, ita vt deprauatus totius animi habitus intelligatur, et *animi fraudulentia*, τῇ εὐθύτητι καρδίας v. 21. *mentis sinceritati* opponatur et συνδέσμῳ ἀδικίας v. 23. aequipolleat. Hoc sensu voce vtitur Polybius l. 2. c. 47. p. 185. De futuro solicitus Aratus, καὶ τὸ μέλλον δεδιὼς τήν τε τῶν Αἰτολῶν ἐπίνοιαν καὶ τόλμαν, *Aetolorum vafritiem et audaciam reformidans*, *faciendum sibi duxit vt eorum consilia multo ante conturbaret*. Vbi ipse Casaubonus transtulit: *vafritiem*.

CAP. IX. v. 1.

Ὁ δὲ Σαῦλος ἔτι ἐμπνέων ἀπειλῆς καὶ φόνου.

Verte: *Saulus vero minas caedemque adhuc spirans* s. *anhelans*. Τὸ Ἐμπνέειν s. πνέειν, *spirare*, περίσσευμα aliquod καρδίας Matth. 12, 34. indicat; id homo *spirare* dicitur, quo is vehementiori concitatus adfectu, *plenus* est, et veluti *turget*. Theocritus *Idyll.* 22. v. 82. ἐς μέσσον σύναγον φόνον ἀλλάλοισι πνέοντες, *in medium congressi sunt caedem sibi mutuo spirantes*. Euripides *Iphig. in Taur.* p. 288. πῦρ πνέουσα καὶ φόνον, *ignem spirans et necem*. Idem in *Rheso* v. 786. equos vocat, θυμὸν πνέουσας, *iram spirantes*. Homerus *Iliad.* β. v. 43. μένεα πνείοντες Ἄβαντες, *robora spirantes Abantes*, vbi addunt scholia minora: θυμοῦ καὶ δυνάμεως πνείοντες τουτέστι γέμοντες. Apud Philonem de *Iosepho* p. 529. de fratribus postquam eum vendidissent, dicitur, πνεῖ λαμπρῶς ἔτι ὁ ἐν ἑκάστῳ θυμὸς, *palam adhuc spirat, quae singulis inest iracundia.* Cicero *epist. ad Quintum fratr.* l. 3. *epist.* 4. *Sed minantur tamen, inprimisque* ἄρη πνέων (qui Martem spirat.) Q. *Scaevola.* Dionysius Hal. *ant.* l. 7. p. 456. τῆς τε αὐθαδείας, ἧς πολὺς ἔπνει τότε, ὑφεῖται νυνὶ, *deposuit nunc superbiam*,

biam, quam tunc ſpirabat ingentem. Ibid. l. 8. p. 522. πολὺς ἔπνεις, *multum ſpirabas, quum plebeiis pro optimatibus te opponeres.*

v. 18.

Καὶ λαβὼν τροφὴν ἐνίσχυσεν.

Et cibo capto vires recepit. Ἐνισχύειν hic neutraliter vſurpatum notat, *inualeſcere, confirmari, vires capere* ſ. *recipere.* LXX. interp. Gen. 48, 2. id de viribus corporis ponunt, pro ויתחזק *et confirmauit ſe.* Eodem ſenſu in *teſtam.* 12. *Patriarch.* p. 533. de Symeone aegrotante dicitur: καὶ ἐνισχύσας ἐκάθισε, *et confirmans ſe conſedit.* 3 Maccab. 2, 32. *Plurimi vero,* γενναίᾳ ψυχῇ ἐνίσχυσαν, *animo generoſo confirmati ſunt, nec a pietate deſciuerunt.* Arrianus *Diſſ. Epict.* l. 3. c. 24. p. 343. de imaginatione dicit: μὴ ἐάσῃς ἐνισχύειν, μηδὲ προάγειν ἐπὶ τὰ ἑξῆς, *ne ſinas illam vires capere aut vlterius progredi, vt comminiſcatur, quae volet et vt volet.*

v. 21.

Οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ πορθήσας ἐν Ἱερουσαλὴμ τοὺς ἐπικαλουμένους τὸ ὄνομα τοῦτο.

Verbum πορθεῖν *de perſonis* adhibitum in Graeca lingua *inſolens eſſe* aſſerit et phraſin hanc inter *duras* Lucaeque proprias refert Cel. Heumannus. Immerito ſane. Optime vocem hanc, ſi de hominibus aut animalibus vſurpatur, vertere potes, *perdere, opprimere.* Sic Philo de *vita Moſis* p. 613. ὅταν μάλιστα πορθεῖν νομίσῃ τις ὑμᾶς, *ſi quis quam maxime vos volet pesſumdare,* vbi paulo ante ἐξαναλίσκειν et ἀπολλύειν vt ſynonyma τοῦ πορθεῖν occurrunt. Idem *legat. ad Caium* p. 1008. de concupiſcentia nimiaque licentia dicit: ὑφ᾽ ἧς ἡμεῖς οἱ πρότερον εὐτυχεῖς ἐπορθούμεθα, *per quam nos quondam fortunati perditi ſumus.* Similis vſus eſt compoſitorum διαπορθέω et ἐκπορθέω. Sophocles in *Aiace* p. 42. οἴχωκ᾽ ὄλωλα διαπεπόρθημαι φίλοι, *perii amici, occidi,*

actum

actum est de me. Idem in *Trachin.* p. 316. Herculi, quum ipsi tunica sanguine infecta induto corpus contabesceret, haec verba tribuit: *τυφλῆς ὑπ' ἄτης ἐκπεπόρθημαι τάλας, a peste coeca miser ego pereo.* Vbi p. 358. de eadem re loquens verbo διόλλυμαι vtitur. Strabo l. 16. p. 1123. δίκας δ' ἔτισαν ἐπελθόντος στόλȣ, καὶ ἐκπορθήσαντος αὐτȣ̀ς, *poenas dederunt classe contra eos profecta, a qua oppressi sunt.* Generalis *perdendi* notio tres continet speciales 1) *hostiliter tractare opibusque spoliare.* Sic Philo in *Flaccum* p. 973. permisisse hunc dicit, ὡς ἐν ἁλώσει τοῖς ἐθέλȣσι πορθεῖν Ἰȣδαίȣς, *vt qui vellent, Iudaeos vt bello captos adfligerent;* vbi paulo post narrat, hoc in domorum praesertim spoliatione constitisse. 2) notat, *captiuos abducere.* Euripides in *Phoenis.* v. 568. *Videbis etiam multas puellas captiuas*, βίᾳ πρὸς ἀνδρῶν πολεμίων πορθȣμένας, *vi raptas ab hostibus.* Idem in *Electra* v. 316. collactaneo πέρθειν eodem sensu vtitur, vbi vide notas Barnesii vt et ad *Herculem fur.* v. 700. 3) *occidere.* Euripides in *Iphig. in Taur.* v. 302. βȣφόρβια πίπτοντα καὶ πορθȣ́μενα, *boum greges cadentes et pereuntes* commemorat, qui nempe strictis ensibus confodiebantur. Sic ergo Paulus erat πορθῶν, *ad necem agens* πνέων φόνȣ v. 1. διώκων ἄχρι θανάτȣ infra c. 22, 4. c. 26, 10. Erat πορθῶν *carceribus fideles includens* c. 8, 3. c. 9, 14. Erat πορθῶν, *quouis modo eos hostiliter tractans*, τιμωρῶν αὐτȣ̀ς, ἐμμαινόμενος αὐτοῖς infra c. 26, 11.

v. 22.

Συμβιβάζων, ὅτι ȣ̂τός ἐστιν ὁ Χριστός.

Verbum συμβιβάζειν h. l. est, *docere*, *ostendere.* Rara haec verbi notio, quae 1 Cor. 2, 16. et aliquoties apud LXX. interp. occurrit, est profanis. Obseruaui illam in Ocello Lucano de *vniuerso* c. 3. p. 530. εἴπερ ἀληθῶς ὁ λόγος συμβιβάζει, μὴ μόνον τὰ μέρη συνυπάρχειν τῷ κόσμῳ, ἀλλὰ καὶ τὰ περιεχόμενα τοῖς μέρεσι, *siquidem reuera ratio docet, non solum mundi partes vna cum*

cum mundo, verum et quae mundus continet, simul cum partibus exsistere.

v. 38.

Παρακαλοῦντες μὴ ὀκνῆσαι διελθεῖν ἕως αὐτῶν.

Duplicem habet significatum verbum ὀκνεῖν: qui h. l. coniungi potest. Notat 1) *dubitare, recusare, detrectare.* Demosthenes *libert. Rhodior.* p. 80. ὥστε ἔγωγε οὐκ ἂν ὀκνήσαιμι εἰπεῖν, *quapropter ego quidem certe dicere non dubitem.* Idem *epist.* 2. p. 110. οὐκ ὀκνήσω γράψαι πρὸς ὑμᾶς, *id ad vos scribere me non pigebit.* Idem *epist.* 3. p. 117. οὐκ ἂν ὀκνήσαιμι πρὸς τοῦτον εἰπεῖν. Idem *orat. funebr.* p. 154. Aeschines in *Timarchum* p. 195. *Quibus autem de caussis haec dicam,* οὐκ ὀκνήσω πρὸς ὑμᾶς παῤῥησιάσασθαι, *non dubitabo libere apud vos exponere.* Idem cont. *Ctesiph.* p. 278. Ctesiphon Demostheni οὐκ ὤκνησε γράψαι στεφανῶσαι, *coronam decernere non dubitauit.* 2) indicat, *cunctari, moras nectere, tergiuersari.* Euripides in *Oreste* v. 792. οὐκ ἄρ' ὀκνήσεις; *Pyl.* ὄκνος γὰρ τοῖς φίλοις κακὸν μέγα, *nonne cunctaberis? Pyl. Cunctatio inter amicos magnum est malum.* Plutarchus *in Arato* p. 1049. Τιμόξενον ὁρῶν ὀκνοῦντα καὶ διατρίβοντα τὸν χρόνον, *Timoxenum videns cunctantem et tempus terentem.* Iosephus *ant.* l. 2. c. 7. p. 67. τῶν δ' οὐκ ὀκνούντων ἀλλ' ἱεμένων μετὰ σπουδῆς, *illis vero non cunctantibus, sed festinanter progredientibus.* Ibid. l. 19. c. 1. p. 657.

CAP. X. v. 8.

Φωνήσας δύο τῶν οἰκετῶν αὐτοῦ, καὶ στρατιώτην εὐσεβῆ τῶν προσκαρτερούντων αὐτῷ.

Verbum προσκαρτερεῖν Datiuo personae iunctum notat, *adhaerere alicui, constanter alicui praesto esse.* Sic vsurpatur de discentibus, qui apud doctores suos adsidui sunt. Supra c. 8, 13. Simon magus erat προσκαρτερῶν τῷ Φιλίππῳ, *Philippo constanter adhaerens.* Hoc sensu

ſenſu Diogenes Laërtius l. 8. c. 1. §. 15. de diſcipulis Pythagorae dicit: *προσεκαρτέρουν αὐτῷ, καὶ τῶν λόγων ἕνεκα προσῄεσαν, illi adhaerebant, atque ſtudiorum cauſſa illum adibant.* Si vti h. l. de ſeruis et miniſtris ſermo eſt, verti poteſt hoc verbum per *famulari, miniſtrare.* Sic Demoſthenes in *Neaeram* p. 534. *τὰς θεραπαίνας τὰς Νεαίρᾳ τότε προσκαρτερούσας, ancillas, quae tunc Neaerae famulatae ſunt.* In verbis Lucae igitur genitiuus *τῶν προσκαρτερούντων*, ante quem *ἐκ* ſubaudiendum eſt, tam ad *δύο οἰκέτας*, quam ad *στρατιώτην* referendus eſt.

v. 10.

Ἐγένετο δὲ πρόσπεινος καὶ ἤθελε γεύσασθαι παρασκευαζόντων δὲ ἐκείνων, ἐπέπεσεν ἐπ' αὐτὸν ἔκστασις.

Γεύσασθαι absque *hebraiſmo* poni, pro, *cibum capere, cibo ſe exſatiare,* ſatis iam oſtenderunt alii, nec opus eſt in re Graecis ſatis frequenti cumulare exempla. Hic vero *γεύσασθαι* elliptice ponitur pro *γεύσασθαι τροφῆς*; cuius ellipſeos vnicum iam exemplum e Luciano de *luctu* adduxit Horat. Vitringa *animadu. in Vorſtium* c. 8. Sic et Appianus *bell. ciu.* l. 2. p. 799. de Catone dicit: *περὶ ἑσπέραν ἀμφὶ λουτρὰ καὶ δεῖπνον ἦν· καθεζόμενός τε ἐγεύετο, circa veſperam lotus coenabat et ſedens cibum capiebat.* Ioſephus *ant.* l. 6. c. 7. p. 182. *Quod cum diris exſecrationibus pater, ἀπεῖπεν γεύσασθαί τινα πρὸ ἡλίου δυσμῶν, quenquam ante ſolis occaſum cibum capere vetuiſſet.* Ibid. c. 15. p. 205. Saulum regem *συνάγκασεν ἡ γυνὴ γεύσασθαι mulier* (Pythoniſſa) *cibum capere compulit.* Plene Euripides *Iphig. in Aul.* v. 423. de equis tamen loquens dicit: *ὡς βορᾶς γευσαίατο, vt cibum capiant.*

Παρασκευάζειν de *parandis cibis* vſurpat Xenophon in *Hierone* p. 575. de tyrannis dicens: *ἐκπλέω γὰρ αὐτοῖς ἀεὶ παρεσκευασμένα, οὐδεμίαν ἐν ταῖς ἑορταῖς ἔχουσιν αἱ τράπεζαι αὐτῶν ἐπίδοσιν, cum enim illis multa ſemper*

parata

parata sint, nullam mensae eorum diebus festis accipiunt accessionem.

v. 15. 16.

Καὶ φωνὴ πάλιν ἐκ δευτέρȣ πρὸς αὐτόν· ἃ ὁ θεὸς ἐκαθάρισε σὺ μὴ κοίνȣ· τȣ̃το δὲ ἐγένετο ἐπὶ τρίς.

Per pleonasmum dicitur, πάλιν ἐκ δευτέρȣ. Similiter Heraclides Ponticus *allegor. Hom.* p. 452. dicit: ἐκ δευτέρȣ δὲ πάλιν ὁμοίας ταραχῆς ἀναφθείσης, *ita denuo simili perturbatione excitata.* Repetendum vero est verbum ἐγένετο ex v. 13. vt ἀπὸ τȣ̃ κοινȣ̃. Eodem modo deest ἐγένετο Matth. 17, 5. in verbis: καὶ ἰδȣ̀ φωνὴ ἐκ τῆς νεφέλης λέγȣσα, vbi ἐγένετο supplet Lucas c. 9, 35.

In ἐπὶ τρὶς iterum vocula ἐπὶ abundat. Simili pleonasmo ἐς siue εἰς ponunt profani. Euripides in *Hippolit.* v. 46. μηδὲν μάταιον ἐς τρὶς εὔξασθαι θεῷ, *vt nihil frustra ter peteret a Deo.* Theocritus *idyll.* 17. v. 71. ἔκλαγε φωνῇ ἐς τρὶς, *ter voce insonuit.* Teste Nicolao Damasceno *excerpt. Vales.* p. 461. Croesus in rogo sedens, εἰς τρὶς ἀνακαλεῖται πάλιν Σόλωνα, *ter Solonis appellauit nomen.*

v. 17.

Ὡς δὲ ἐν ἑαυτῷ διηπόρει ὁ Πέτρος, τί ἂν εἴη τὸ ὅραμα ὃ εἶδε.

Verba vltima verte: *Quid sibi vellet*, s. *quid significaret visio illa, quam viderat.* Sic Xenophon *Cyrop.* l. 5. p. 82. ὁ μὲν δὴ Κῦρος ἐν φροντίδι ἦν, ὅ, τί ποτε εἴη ταῦτα, *Cyrus itaque solicitus erat, ecquid tandem haec sibi vellent?* Apud Iosephum *ant.* l. 2. c. 3. p. 43. Pharao a somnio expergefactus de se ipso dicit: τεταραγμένος καὶ τί ποτε εἴη τὸ φάντασμα παρ' ἐμαυτῷ σκοπῶν, *perturbatus et quid tandem somnium hoc sibi vellet, mecum considerans, iterum in somnum prolapsus sum.* In *tabula* Cebetis *sub init.* dicitur: διήγησαι ἡμῖν - - τί ποτέ

ποτὲ ἐστιν ὁ μῦθος, *explica nobis - - quid tandem haec fabula [si]gnificet?* Palaephatus de *incredib.* c. 32. p. 43. ἐθαύμαζον τί ἂν εἴη τὸ γεγονὸς, *mirabantur quid sibi vellet, id quod acciderat.*

v. 24.

Συγκαλεσάμενος τοὺς συγγενεῖς αὐτοῦ, καὶ τοὺς ἀναγκαίους φίλους.

Ἀναγκαίους φίλους Lucam per *latinismum* scripsisse asserit Cel. Heumannus, qui tamen per locutionem hanc *cognatos proximos* intelligit. Ego verto: *amicos necessarios* s. *amicos intimos*, et in notiones vocabuli inquiram altius. *Necessarii* vocantur 1) *consanguinei*, 2) *adfinitate iuncti.* 3) *Familiaritatis et amicitiae connexi vinculis.* Interdum vocabulum haec tria simul complectitur. Sic Demosthenes in *Onet.* 1. p. 570. ad nuptias dicit inuitari solere, τοὺς ἀναγκαιοτάτους *maxime necessarios.* Pro *consanguineis* verbum habet Demosthenes de *fals. legat.* p. 239. vbi συγγενεῖς καὶ ἀναγκαίους ἀνθρώπους, *homines amicos et necessarios* vocat, quorum alter consobrinus alter auunculus erat. Idem *adu. Leochar.* p. 673. τὴν ἀναγκαιοτάτην συγγένειαν εἴχομεν, ὄντες ἀνεψιαδοὶ ἐκείνῳ, *arctissima iuncti eramus cognatione, quippe qui eius sobrini eramus.* Lysias *orat.* 30. p. 478. *qui enim contra* τοὺς ἑαυτοῦ ἀναγκαίους, *necessarios suos, huiusmodi peccata perpetrat;* vbi de *matre* sermo est. Idem *orat.* 18. p. 310. Οἱ ἀδελφοὶ καὶ οἱ ἄλλοι ἀναγκαῖοι coniunguntur a Xenophonte *exped. Cyri* l. 2. p. 193. 2) ἀναγκαῖοι sunt *adfines.* Sic apud Euripidem in *Androm.* v. 671. ad Peleum dicit Menelaus: τοιαῦτα λάσκεις τοὺς ἀναγκαίους φίλους, *talia dicis aduersus necessarios amicos.* Vbi se ipsum Peleo adfinitate iunctum inprimis intelligit. Saepe tamen ἀναγκαῖοι *necessarii* vocantur, ita vt tam sanguine quam adfinitate aut etiam vtroque simul iuncti intelligi possint. Lysias *orat.* 33. p. 535. Diodoto tribuit ἀναγκαιότητας cum fratre suo, cuius ipse filiam vxorem habebat. Saepe συγγενεῖς vocantur ἀναγκαῖοι, per quos tamen etiam

adfines intelligi possunt, vnde συγγένειαν de sola *adfinitate* dici asserit Iul. Pollux l. 3. c. 1. Hinc συγγενικαὶ ἀναγκαιότητες, *cognatae necessitudines*, quas Dionysius Hal. *ant.* l. 2. p. 85. et ἀναγκαιότης, ἣν διὰ τὸ συγγενὲς ἔχειν αὐτὲς φυλάσσειν, quam ibid. l. 3. p. 169. commemorat, aeque de *adfinitate* ac *sanguinis vinculis* intelligi possunt. Sic voce vtuntur Polybius l. 5. c. 71. p. 577. et Isocrates in *Aeginet.* p. 577. 3) frequentissime ἀναγκαῖοι φίλοι sunt *amici intimi*, nonnisi familiaritatis et amoris vinculis coniuncti. Sic apud Iosephum *ant.* l. 7. c. 11. p. 247. Dauidis ἀναγκαῖοι φίλοι non inuitati dicuntur ad epulas Adoniae. Ibid. l. 10. c. 1. p. 328. Hiskias ad Rabsacem emisit, τρεῖς τὲς ἀναγκαιοτάτες φίλες αὐτῷ, *tres intimos amicos suos*. Ibid. c. 5. p. 334. ad Huldam prophetissam mittit Iosias, τῶν ἀναγκαιοτάτων φίλων τινάς. Ibid. c. 12. p. 350. Ibid. l. 11. c. 6. p. 375. Mordechaeus factus dicitur φίλος ἀναγκαιότατος τῷ βασιλεῖ, *amicus intimus regis* Ahasueri. Ibid. p. 378. Haman suadet, vt honorandus a rege, per vnum τῶν φίλων ἀναγκαίων, *intimorum* regis *amicorum* per plateas ducatur; p. 379. rex ipsum Hamanem sibi φίλον ἀναγκαῖον esse dicit. Ibid. l. 13. c. 12. p. 447. et de *vita sua* p. 1015. Idem *ant.* l. 7, c. 6. p. 224. Dionysius Hal. *ant.* l. 3. p. 161. *Fufetium Albanum aduocabat* καὶ τῶν ἄλλων φίλων τὲς ἀναγκαιοτάτες, *et intimos e reliquis amicis*. Ibid. l. 4. p. 248. et l. 8. p. 482. Rationem cur amici ἀναγκαῖοι vocentur reddit Plutarchus *discr. adulat. et am.* p. 51. Postquam amicitiae et gratiam inesse et vtilitatem docuisset, addit: καθὸ δὴ καὶ λέγεται, πυρὸς καὶ ὕδατος ὁ φίλος ἀναγκαιότερος εἶναι, *hinc amicus et aqua et igni magis necessarius esse dicitur*. In verbis Lucae nonnisi *familiares* puto intelligendos esse. 1) quoniam improbabile est, centurionem hominem Italum multos *consanguineos* Caesareae habuisse. 2) Quoniam φίλος nunquam sanguine aut adfinitate iunctos per se denotat, quanquam et ii ob *familiaritatem* ita vocari possint. Expresse tales distinguit Demosthenes in *Aphob.* 1. p. 556. ὁ μόνον συγγενῶν

ἀλλὰ

ἀλλὰ καὶ φίλων ἀνδρῶν ἀπορούντων θυγατέρας, *non solum cognatorum sed et amicorum inopum filias.* 3) quoniam non opus erat consanguineos et adfines iam voce συγγενεῖς notatos, iterum commemorari, *familiarium* vero improbabile est, mentionem non fieri, quos tamen a centurione aduocatos fuisse vix est, quod dubites.

v. 29.

Πυνθάνομαι οὖν τίνι λόγῳ μετεπέμψασθέ με.

Phrasin τίνι λόγῳ, *quam ob caussam*, in *hebraismis* posuerunt nonnulli. Cel. Heumannus illam aliquid non satis graecum sonare asserit, tandem tamen quanquam dubitanter inter locutiones graecas sed minus vsitatas illam refert. Vindicabo eam quantum satis est. Λόγος Graecis *rationem*, *caussam* significat. Sic Euripides in *Androm.* v. 548. ἐκ τίνος λόγου νοσεῖ δόμος; *quam ob caussam laborat domus?* Polybius l. 17. c. 32. p. 1071. *Mirari se dixit*, κατὰ τίνα λόγον ἀμφισβητοῦσιν, *quam ob caussam controuersiam mouerent.* Inprimis Datiuus τίνι λόγῳ, frequenter ponitur, pro *quam ob rem, quare?* Sic ibid. c. 31. p. 1071. *Mirari se dixit*, τίνι λόγῳ, *qua ratione ductus, cum tantis copiis - - in Europam traiecisset.* Euripides *Iphig. in Taur.* 1358. τίνι λόγῳ πορθμεύετε; *quam ob rem mare traiicitis?* Plutarchus de *ser. num. vindict.* p. 557. *Deorum vero irae*, τίνι λόγῳ παραχρῆμα δυόμεναι, *quare subito occultatae - - tandem in extremas calamitates desinunt?* Idem περὶ σαρκοφαγ. or. 1. sub init. *Tu vero quaeris*, τίνι λόγῳ Πυθαγόρας ἀπείχετο σαρκοφαγίας, *quam ob caussam Pythagoras ab esu carnium abstinuerit?* Idem de *ser. num. vind.* p. 550. *De diis difficile est dictu* ὦ τίνι λόγῳ, *cur ex peccantibus alios serius alios citius puniant.* Idem *sympos.* l. 5. *qu.* 3. p. 675. *In quaestionem venit*, ὦ τίνι λόγῳ, *cur veteres pinum Neptuno Bacchoque consecrauerint?* Deest vero in phrasi hac ἐπὶ *propter*. Sic enim plene loquitur Thucydides l. 1. p. 23. *Athenienses vero*

intelligebant, ὑκ ἐπὶ τῷ βελτίονι λόγῳ ἀποπεμπόμενοι, *non optima de caussa se dimitti.* Dionysius Hal. *ant.* l. 11. p. 733. ὑ δύνασθαι συμβάλλειν, ἐπὶ τίνι λόγῳ δικαίῳ, *se assequi non posse, quamnam iustam ob caussam id factum sit.*

v. 36.

Τὸν λόγον, ὃν ἀπέστειλε τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, εὐαγγελιζόμενος εἰρήνην διὰ Ἰησῦ Χριστῦ, ὗτος ἐστι πάντων κύριος.

Multa in h. l. commentati sunt multi. Explicationes reliquas simplicitate sua atque perspicuitate vincere videtur illa, quam ab aliis iam traditam exornauit Cel. Heumannus. Secundum hanc verba ὑμεῖς οἴδατε a v. 37. auelluntur, et cum τὸν λόγον construuntur; τὸν λόγον vero et v. 37. τὸ γενόμενον ῥῆμα, vti per appositionem iuncta censentur, vt sensus sit: *verbum quod misit filiis Israël - - vos nostis*, nempe *verbum, quod per totam Iudaeam factum est*; et ita verba: ὗτός ἐστι πάντων κύριος, pro parentheticis habentur. Non multum sane ab interpretatione hac abhorreo: obstare tamen opinor, quod ita nexus inter v. 35 et 36. obscurus imo nullus esse videatur. Imo dura tum parenthesis foret, verborum ὗτός ἐστι πάντων κύριος, quippe quae per se huc non satis pertinere et potius v. 42. vbi de gloria Christi sermo est, ponenda fuisse viderentur. Tandem si hoc modo Apostolus h. l. Christum dominum vocare voluisset, dicendum ipsi fuisset: διὰ Ἰησῦ Χριστῦ τῦ κυρίῦ πάντων, aut, ὅς ἐστι πάντων κύριος. Mihi igitur vox κύριος adiectiue intelligenda et ad vocem λόγος referenda videtur. Verto igitur: *Verbum, quod misit filiis Israël, pacem per Iesum Christum annuncians, illud in omnes habet potestatem.* Sic v. 36. arcte cohaeret cum v. 35. Dixerat Apostolus v. 35. etiam gentiles, si pii sint, Deo acceptos esse, iam v. 36. huius rationem reddit, quod nempe verbum euangelii, in *omnes* i. e. εἰς πᾶν ἔθνος potestatem suam exserat, adeoque et gentiles per vim atque efficaciam verbi diuini conuertantur opposita enim sunt τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, et πάντων.

των. Sicque porro v. 37. seq. explicatius docet, caussam tam piae mentis in Cornelio ceterisque, caussam denique reuelationis peculiaris, quae diuinitus ipsi contigerat, hanc fuisse, quod et ipsis praedicatum per Christum Euangelium innotuerit, iique illud animo salutis auido acceperint. Obseruandum 1) λόγον sequi casum relatiui ὃν et pro λόγος positum esse. Huius exempla in sacris sunt Matth. 21, 42. 1 Petr. 2, 7. Marc. 6, 16. vbi vox ἔτος similiter, ad accusatiuum praecedentem spectat. Sic et Iosephus cont. *Apion.* l. 1. p. 1047. προσαγορεύεται γὰρ ὃν κατοικοῦσι τόπον Ἰουδαία, *locus enim, quem inhabitant, Iudaea vocatur*, ex Clearcho. Strabo l. 3. p. 258. ξηρὰ δὲ ἐστιν, ἣν νέμονται βοτάνην, *herba, qua pascuntur, sicca est.* Euripides in *Hecuba* v. 986. *Primum quidem dic,* παῖδ᾽ ὃν ἐξ ἐμῆς χερὸς Πολύδωρον ἔκ τε πατρὸς ἐν δόμοις ἔχεις, εἰ ζῇ; *filius Polydorus, quem e mea patrisque manu acceptum, in domibus habes, vtrum viuat?* Exempla similia ex Pausania notauit Sylburgius in notis ad eundem p. 825. 2) Vox κύριος adiectiue de personis et rebus dicitur, quae *valorem, potestatem* et *auctoritatem* habent. Demosthenes *adu. Pantaenet.* p. 631. οὐκέτ᾽ ἐκβαλεῖν κύριος τὸν αὐτόν ἐστιν, *potestatem eiiciendi illum non habet amplius.* Idem de *corona nau.* p. 718. κυριωτέρους αὐτοὺς τῶν ὑμετέρων δογμάτων καθιστάντες, *sibi ipsis plus auctoritatis arrogantes, quam legibus vestris.* Idem *cont. Dionysiod.* p. 743. *Perinde ac si mandatum tuum* δέον κυριώτερον γενέσθαι, *plus potestatis habere deberet, quam syngrapha.* Plutarchus de *fortuna* p. 99. τὰ δὲ μέγιστα καὶ κυριώτατα πρὸς εὐδαιμονίαν, *maxima et quae ad felicitatem obtinendam plurimum valent.* Sic et Iosephus *ant.* l. 4. c. 8. p. 131.

v. 38.

Ἰησοῦν τὸν ἀπὸ Ναζαρὲτ, ὡς ἔχρισεν αὐτὸν ὁ Θεός.

Vocula ὡς hic omnino transposita est, et αὐτὸν abundat, vti τούτων supra c. 1, 22; quod exemplis similibus

illustrabo. Herodotus l. 3. c. 118. p. 107. τῶν δὲ τῷ μάγῳ ἐπαναστάντων ἑπτὰ ἀνδρῶν ἕνα αὐτῶν Ἰνταφέρνεα, κατέλαβε ὑβρίσαντα τάδε ἀποθανεῖν, *ex septem viris, qui aduersus magum conspirauerant, vni Intapherni contigit, vt ob hanc noxam capite plecteretur.* Arrianus *dissert. Epict.* l. 3. c. 1. p. 262. οὐδὲ γὰρ λέοντι τὸ τυχὸν βοΐδιον τολμᾷ ἀντιστῆναι αὐτῷ, *neque enim quaelibet bucula leoni resistere audet.* Idem *expedit. Alex.* l. 2. p. 84. καὶ κελεύουσι τὰς στήλας τὰς πρὸς Ἀλέξανδρον καὶ τοὺς Ἕλληνας γενομένας σφίσι ταύτας μὲν καθελεῖν, *et iubent, vt columnas, quas Alexandro Graecisque posuerant, tollerent.* Iosephus *ant.* l. 2. c. 5. p. 54. de Pharaone dicit: τοὺς μέντοι καταφρονήσαντας τοῦ προστάγματος καὶ σώζειν λάθρα τολμήσαντας τὸ τεχθὲν, τούτους ἀναιρεῖσθαι σὺν τῇ γενεᾷ προσέταξε, *eos, qui mandatum spernerent, et clam seruare foedus auderent, cum familia sua tolli iubebat.*

CAP. XI. v. 19.

Ἀπὸ τῆς θλίψεως τῆς γενομένης ἐπὶ Στεφάνῳ.

Vulgatus vertit, ἐπὶ Στεφάνῳ, *sub Stephano* i. e. tempore Stephani. Obiicit Cel. Alberti tum dicendum fuisse, ἐπὶ Στεφάνου in genit. vt Luc. 4, 27. ἐπὶ Ἐλισσαίου cet. Frequentius est, fateor, vt ἐπὶ hac notione cum genit. ponatur. Interim tamen et Datiuus tueri se potest. Aristoteles *politic.* l. 5. c. 7. p. 498. Κινάδων ὁ τὴν ἐπ' Ἀγεσιλάῳ, συστήσας ἐπίθεσιν ἐπὶ τοὺς Σπαρτιάτας, *Cinadon, qui tempore Agesilai contra Spartanos insidias molitus est.* Iosephus *ant.* l. 4. c. 7. p. 118. de homicidis inuoluntariis dicit: *Statuit talibus exsilii tempus tantisper dum pontifex viueret,* ἐφ' ᾧ δράσας τις τὸν φόνον ἔφυγε, *sub quo aliquis perpetrata caede aufugerat.* Ibid. l. 20. c. 3. p. 690. ἐπὶ τούτοις γὰρ καὶ τὸν μέγαν λιμὸν κατὰ τὴν Ἰουδαίαν συνέβη γενέσθαι. Potuit sane persecutio viuo adhuc Stephano iam inchoata, quum nempe (c. 6, 7. 8.) eius opera tantopere ecclesia cresceret, et deinde illo interemto

teremto acrius increbescens c. 8, 1. h. l. intelligi. Quae enim paucis post Stephani obitum diebus contigere, ea latius loquendo *ad tempora Stephani* adhuc referri possent. At malim tamen ob locum parallelum c. 8. 1. vertere: *post Stephanum* s. *e medio sublato Stephano.* Exempla quae ad firmandam hanc versionem attulit Cel. Alberti non satisfaciunt Cel. Heumanno, qui ἐπὶ Στεφάνῳ notare, *post mortem Stephani* assumit quidem, sed phrasin hanc inter plebeias refert. Mihi vnicum in contrarium suppetit exemplum. Appianus *bell. Hisp.* p. 433. rationem reddens, cur Hannibal Romanos bello opprimere in animum induxerit, dicit: ὃ γὰρ εἶναι τινας ἀντιμάχες αὐτοῖς ἔτι ἐπὶ Ῥωμαίοις, *sublatis enim Romanis, nullos ipsis* (Poenis sc.) *amplius pares esse.* Sic Genes. 24, v. 67. אחרי אמו *post mortem matris suae.*

v. 26.

Χρηματίσαι τε πρῶτον ἐν Ἀντιοχείᾳ τὰς μαθητὰς Χριστιανάς.

Non opus est, vt χρηματίζειν h. l. actiue intelligas, et cum διδάξαι coniungas, quasi sc. ipse Paulus et Barnabas nominis Christianorum fuerint auctores. Sat crebro enim vox haec neutraliter notat, *denominari*, *nomen accipere.* Sic praeter Rom. 7, 3. Iosephus *ant.* l. 11. c. 8. p. 386. Samaritanos dixisse refert: Ἑβραῖοι μὲν εἶναι, χρηματίζειν δ' οἱ ἐν Σικίμοις Σιδώνιοι, *se quidem Hebraeos esse, Sidonios vero Sichemenses appellari.* Ibid. l. 13. c. 19. p. 455. Aristobulus χρηματίσας μὲν Φιλέλλην, *Graecorum amicus vocatus esse* dicitur Plutarchus de *virtut. mulier.* p. 248. διὸ καὶ νόμος ἦν τοῖς Ξανθίοις μὴ πατρόθεν ἀλλ' ἀπὸ μητρῶν χρηματίζειν, *hinc legem esse apud Xanthios, vt non a patribus, sed a matribus nomina sumant.* Diodorus Siculus l. 20. c. 54. p. 429. de Antigono dicit: διάδημα περιέθετο καὶ τὸ λοιπὸν ἐχρημάτιζε βασιλεὺς, *diadema assumsit, et rex in posterum appellatus est.*

v. 29.

Καθὼς εὐπορεῖτό τις.

Vertendum eſt: *prout cuique ſuppetebat*, vti Beza facit et Elsnerus. Elliptica eſt locutio, in qua genit. χρημάτων aut ſimile quid ſupplendum eſt: *vti cuique opes ſuppetebant.* Plene Ioſephus *ant.* l. 17. c. 14. p. 612. χρημάτων εὐπορηθεὶς δόσει τῇ ἐκείνων, *quum opibus abundaret per illos datis.* Strabo l. 3. p. 247. Celtiberos vocat χρημάτων εὐπορῦντας, *diuites.* Apud Plutarchum in *Apophth.* p. 197. Philopoemen χρημάτων ὀκ εὐπορῶν, *pecuniae inops* vocatur. Male tamen in verbis Lucae εὐπορεῖσθαι per *abundare* explicant et inde concludunt, quod *diuites* fuerint Antiocheni. Εὐπορεῖσθαι enim generatim de iis dicitur, qui *habent* et *poſſident* aliquid, et ſi de *opibus* ſermo eſt, de iis, qui *opes* ſiue *mediocres* ſiue *ampliores poſſident*, adeoque inter pauperes referri nequeunt. Hanc notionem generalem h. l. retinendam eſſe, inde patet, quoniam improbabile eſt, mediocris fortunae homines ab hoc munificentiae officio prorſus abhorruiſſe. Confirmat hanc notionem Muſonius apud Stobaeum *ſerm.* 82. p. 476. inter εὐπόρȣς et πλȣσίȣς diſtinguens: *Nonnulli homines quod mihi grauiſſimum videtur, cum paupertatem praetexere nequeant*, ἀλλ' εὔποροι χρημάτων ὄντες, τινὲς δὲ καὶ πλȣ́σιοι, *ſed opibus polleant, nonnulli vero etiam diuites ſint, audent tamen liberos poſt naſcentes non educare*, ἵνα τὰ προγενόμενα εὐπορῇ μᾶλλον, *vt qui citius nati ſunt, eo magis opibus polleant.* Ioſephus *ant.* l. 13. c. 21. p. 458. καταφυγῆς δ' ὀκ ἄλλης ἢ ταύτης εὐπορȣ̃ντος, *quum effugium non aliud niſi hoc ſuppeteret.* Iſaeus *orat.* 6. p. 483. *obſes pro illo fieri voluit*, ἕως ȣ̓ εὐπορήσειεν ἐκεῖνος τἀργύριον, *donec illi pecunia ſuppeteret.*

CAP. XII. v. 4.

Παραδȣ̀ς τέσσαρσι τετραδίοις στρατιωτῶν φυλάσσειν αὐτόν.

Milites quibus cuſtodia captiuorum vel carcerum aliorumue locorum committebatur, quatuor apud Romanos

manos ſimul eſſe ſolebant, qui quatuor noctis vigilias ſorte diuidebant; vide Polybium l. 6. c. 33. p. 668. Hinc milites alternatim excubantes ſ. cuſtodes *τετράδια quaterniones* vocantur. Habet vocem hoc ſenſu Philo in *Flaccum* p. 981. vbi Baſſum Alexandriae eiusmodi militi obuiam factum eſſe narrans, dicit: *ϛρατιώτην δέ τινα τῶν ἐν τοῖς τετραδίοις Φυλάκων καθ' ὁδὸν εὑρὼν, quum vero militem quendam, ex cuſtodibus ad quaterniones pertinentibus in via reperiret.*

v. 7.

Καὶ φῶς ἔλαμψεν ἐν τῷ οἰκήματι.

Οἴκημα idem eſt quod δεσμωτήριον *carcer*, apud Atticos praeſertim. Sic Plutarchus in *Agid. et Cleom.* p. 803. *ἐμβάλλϐσιν αὐτὸν εἰς τὸ δεσμωτήριον. εὐθὺς δὲ παρῆν ὁ μὲν Λεωνίδας μισθοφόρϐς ἔχων πολλϐς καὶ τὸ οἴκημα περιέσχεν ἔξωθεν, in carcerem illum coniiciunt. Mox adſuit Leonidas cum magna mercenariorum manu, qui carcerem foris circumdedit.* Thucydides l. 4. p. 99. *παραλαβόντες δὲ αὐτϐς οἱ Κερκυραῖοι ἐς οἴκημα μέγα καθεῖρξαν, captos vero illos Corcyraei magno carceri incluſerunt.* Ibid. ter praeterea vox eodem ſenſu occurrit. Demoſthenes adu. *Timocrat.* p. 479. *Neque enim, qui peregrinitatis damnantur, aegre ferunt, ἐν τῷ οἰκήματι τϐτῳ ὄντες, ſe in hoc carcere eſſe.* Ibid. bis vox repetitur. Idem adu. *Zenothemid.* p. 578. *εἰς τὸ οἴκημα ἂν ᾔει.* Idem cont. Dionyſod. p. 739. *Nobis poenam temere litigantium irrogaturus, καὶ καταθησόμενος εἰς τὸ οἴκημα, et in carcerem nos coniecturus.* Dio Caſſius *excerpt. Valeſ.* p. 610. *τόν τε ἀσιατικὸν ἐκώλυσεν εἰς τὸ οἴκημα ἐμβληθῆναι.* Achilles Tatius l. 7. ſub init. *ἐμβαλεῖν τινα εἰς τὸ οἴκημα, ἔνθα ἔτυχον δεδεμένος.*

v. 10.

Ἦλθον ἐπὶ τὴν πύλην τὴν σιδηρᾶν τὴν φέρϐσαν εἰς τὴν πόλιν.

Vertunt: *venerunt ad portam ferream, quae in vrbem ferebat*, ſ. *ducebat.* Sic Ariſtophanes in *auibus* p. 590.

In medio sit forum, φέρουσαι δ' ὥσιν εἰς αὐτὴν ὁδοὶ ὀρθαί, *ferentes autem ad illud viae sint rectae.* Xenophon *rer. Graec.* l. 7. p. 426. κατὰ τὰς εἰς Κόρινθον φερούσας πύλας. Dionysius Hal. *ant.* l. 2. p. 114. παρὰ ταῖς λεγομέναις Μυκωνίσι πύλαις, αἳ φέρουσιν εἰς τὸ παλάτιον ἐκ τῆς ἱερᾶς ὁδοῦ. Demosthenes in *Euerg.* p. 686. τὴν θύραν τὴν εἰς τὸν κῆπον φέρουσαν. Iosephus *ant.* l. 9. c. 7. p. 312. τῆς ἀνοιγομένης καὶ φερούσης εἰς τὸ βασίλειον πύλης. At eodem iure quoque vertere potes: *portam quae ad vrbem spectabat*, siue *quae vrbi imminebat;* quippe φέρειν et de *tectis* et *fenestris* vsurpatur. Idem *ant.* l. 19. c. 1. p. 657. ὑψηλὸν δέ ἐστι τὸ στέγος εἰς τὴν ἀγορὰν φέρον, *altum vero est tectum, quod in forum spectat.* Dionysius Hal. *ant.* l. 4. p. 210. ταῖς θυρίσιν ἐπιστᾶσα ταῖς φερούσαις εἰς τὸν πρὸ τῶν θυρῶν στενωπὸν, *fenestris adstans, viae quae ante fores erat, imminentibus.*

V. II.

Καὶ ὁ Πέτρος γενόμενος ἐν ἑαυτῷ.

Vertunt recte: *Petrus vero cum ad se rediisset;* i. e. cum somno penitus dissipato, et animo ex stupore ob rem inopinatam iterum collecto, satis sibi conscius esset, et quid secum ageretur rectius intelligeret et perpenderet. *Non esse apud sese* dicuntur, qui mentis non satis compotes, quid agant aut quid secum agatur nesciunt, aut inconsiderate agunt. Euripides in *Heraclid.* v. 709. τί χρῆμα μέλλεις σῶν φρενῶν οὐκ ἔνδον ὤν; *quam rem moliris, tuae mentis non compos exsistens?* Demosthenes de *fals. legat.* p. 225. de muliere crudeliter verberata dicit: ἔξω δ' αὐτῆς οὖσα, ὑπὸ τοῦ κακοῦ, *quum prae dolore mentis compos non esset.* Apud Lucianum *dial. mar. Cycl. et Nept.* p. 190. Cyclops ab Vlysse inebriatus de semetipso dicit: οὐκ ἔτι ὅλως ἐν ἐμαυτῷ ἤμην, *non amplius apud me prorsus eram.* De *consternatis* ita loquitur Plutarchus de *ser. num. vind.* p. 564. *Illae autem neque audiebant*, οὔτε ἦσαν παρ' ἑαυταῖς, ἀλλ' ἔκφρονες καὶ διεπτοημέναι, *neque*

que apud se erant, sed mentis expertes et consternatae. De Fileamo vate Iosephus *ant.* l. 4. c. 4. p. 113. *Talia vaticinabatur*, οὐκ ὢν ἐν ἑαυτῷ, *sui non satis compos, sed spiritu diuino ad haec agitatus.* Contra ea, *in se ipsis esse*, aut *ad se ipsos redire* dicuntur, qui *mentis* aut sunt aut iterum fiunt *compotes*. Demosthenes adu. *Phormion.* p. 589. *Lampis quae dixit, priusquam ab isto corrumperetur*, οὐκ ἐντὸς ἂν αὐτοῦ φησὶν εἶναι, *alienata mente se dixisse caussatur, postquam autem aurum meum partitus est*, τότε ἐντὸς εἶναι φησὶν αὐτοῦ, *tunc se mentis compotem fuisse dicit et satis meminisse omnia.* Phrasin priorem vide et ibid. p. 587. et 591. Plutarchus de *sera num. vind.* p. 563. de homine, qui ob lapsum in ceruicem per triduum pro mortuo habitus, se collegerat, dicit: ταχὺ δὲ ῥωσθεὶς καὶ παρ' αὐτῷ γενόμενος, *quum mox vires recepisset et ad se reuersus esset.* Idem *Apophth.* p. 179. de Philippo, qui dormitans Machaetam damnauerat, expergefacto, dicit: γενόμενος δὲ μᾶλλον ἐφ' ἑαυτὸν, *quum ad se rectius rediisset, sentiretque iniuriam Machaetae fieri.* Iosephus *ant.* l. 6. c. 15. p. 205. de Saulo per tristia Samuelis Endorei vaticinia consternato dicit: μόλις δὲ ἑαυτοῦ γενόμενον, *quum vix ad sese rediisset.* Confer. dicta ad Luc. 15, 17.

v. 13.

Κρούσαντος δὲ τοῦ Πέτρου τὴν θύραν τοῦ πυλῶνος, προσῆλθε παιδίσκη ὑπακοῦσαι.

Per πυλῶνα *conclaue*, s. *conclauia* intelliguntur, quae portae adiacent, s. superstructa sunt. Vti enim a κοίτη, κοιτὼν, ab ἀνὴρ, ἀνδρὼν, ab ἄμπελος, ἀμπελὼν, sic a πύλη, πυλὼν descendit. Hebraei πυλῶνα vocant בית השער, vti videre est ex *Mischna Erubhin* c. 8. §. 4. vbi verba בבית שער Bartenora explicat: *In domo portae h. e. loco portae atrii vicino. Ibi autem solent facere habitare custodem; ne ingrediantur filii loci publici in atrium.* Vide versionem Seb. Schmidii p. 161. Similiter Graeci. Polybius l. 15. c. 29. p. 998. τὸν χρηματιστικὸν πυλῶνα τῶν βασιλείων, vocat, *portam*

regiae

regiae et vestibulum, in quo reges soliti de negotiis conveniri. Ibid. l. 8. c. 23. p. 742. ὥρμησαν ἐπὶ τὴν πύλην μετὰ δρόμȣ καὶ σπȣδῆς βȣλόμενοι φθάσαι φονεύσαντες τȣ̀ς ἐπὶ τȣ̃ πυλῶνος τεταγμένȣς, *curriculo ad portam contendunt, vt excubantem in eius vestibulo stationem prius occiderent.* Ibid. c. 24. p. 744. Hinc patet, cur h. l. πυλῶνι *vestibulo* s. *aediculae portam continenti* θύρα, *ianua* tribuatur. Similiter Iosephus *ant.* l. 8. c. 2. p. 260. ἐπέθηκε καὶ τῷ πυλῶνι τȣ̃ ναȣ̃ θύρας, *vestibulo templi ianuas imposuit*, vbi per πυλῶνα totum πρόναον intelligi videtur. Idem *bell. Iud.* l. 6. c. 14. p. 916. δύο μὲν ἑκάςȣ πυλῶνος θύραι, *duas quaeuis porta ianuas habebat.* Vti h. l. v. 14. ἤνοιξε τὸν πυλῶνα dicitur: ita Iosephus *ant.* l. 18. c. 3. p. 618. dicit, ἀνοιγνῦναι τȣ̃ Ἱερȣ̃ τȣ̀ς πυλῶνας.

Ὑπακȣ́ειν de homine dicitur, qui pulsato ostio, quis adsit, *auscultat.* Plutarchus *sympos.* l. 2. qu. 1. p. 633. *Cum cuiusdam cantilenis et cytharae dediti, fores pulsasset*, ὑπακȣ́σαντος αὐτȣ̃ καὶ κελεύσαντος εἰσελθεῖν, *illo auscultante et ingredi iubente: faciam inquit, si prius cytharam ligaueris.* Sic et Demosthenes in *Euerg.* p. 683. quod exemplum loco tamen non notato, iam habent alii.

v. 18.

Τί ἄρα ὁ Πέτρος ἐγένετο;

Recte vertuntur haec verba: *quid factum esset Petro?* E sacris similem esse puto locum Ioh. 21, 21. Κύριε ȣ̃τος δὲ τί; subaudi γενήσεται, *Domine quid vero huic fiet?* E profanis Thucydides l. 2. p. 46. de peste Athenas depascente loquens, dicit: *Quum malum vltra modum ingrauesceret*, οἱ ἄνθρωποι ȣ̓κ ἔχοντες ὅ, τι γένωνται, *homines incerti, quid sibi futurum esset, sacra et sancta omnia negligebant.* Iosephus in *vita sua* p. 1021. οἱ δὲ εἴκοσιν εἶπεν χρυσοῖ - - τί γεγόνασιν; *cum viginti vero aureis - - quid factum est.* Paulo aliter idem *ant.* l. 1. c. 3. p. 7. *Miror*, εἰ περὶ ἀνδρὸς ἀγνοεῖς εἰπεῖν, τί γέγονεν, *quod de viro illo nescias dicere, quid factum sit?* Ibid. l. 17. c. 14. p. 613. ἐξήταζε περὶ Ἀριςοβȣ́λȣ τί καὶ

γεγο-

γεγόνοι, *inquisiuit, quid Aristobulo factum esset.* Pro τί ponunt quoque τίς vel ὅςις. Lucianus *dial. meretr. Dorc. Pannych.* p. 730. τίς γένωμαι; *quaenam mea sors erit?* Achilles Tatius l. 8. p. 517. ἐγὼ δὲ ὅςις ἐγεγόνειν ἐκ ἂν εἴποιμι λόγῳ, *mihi vero quid acciderit* (i. e. quomodo animo sim adfectus) *verbis exprimere nequeo.*

v. 19.

Ἀνακρίνας τὲς φύλακας ἐκέλευσεν ἀπαχθῆναι.

Satis constat, quod phrasis: *iussit duci* a Graecis aeque ac Latinis de *deductione ad mortem* vsurpetur. Sic Iosephus *ant.* l. 15. c. 9. p. 524. de Herode Hyrcanum necante dicit: ἀπαγαγεῖν προστάξαι τὸν ἄνδρα. Saepius vox hoc sensu legitur apud Demosthenem *adu. Aristocrat.* p. 432. 433. Subaudiendum vero tum est, τὴν ἐπὶ θανάτῳ sc. ὁδόν. Sic enim plene Iosephus *bell. Iud.* l. 2. c. 20. p. 794: καὶ διὰ μέσων τῶν αἰτιωμένων ἀπαχθῆναι τὴν ἐπὶ θανάτῳ κελεύει, *et per medios accusatores ad mortem illum iussit duci.* Quis vero credat *sedecim milites* v. 4. aut etiam *quatuor* tantum milites *capite plexos esse*, ob vnum captiuum, qui euaserat. Supra sane c. 5, 23. in re simili nihil de vlla poena legitur. Ἀπαχθῆναι generatim notat, *abduci vel in carcerem, vel ad poenam qualemcunque etiam non capitalem.* Notione priori vocem habet Isocrates in *amartyr.* p. 594. *Nouit Timocratem ab hoc triginta minas extorsisse,* ἐ χρέος ἐγκαλῶν ἀλλ' ἀπάξειν ἀπειλῶν, *non debitum postulantem, sed carcere minitantem.* Hinc ἀπαγωγὴ est *abductio in carcerem* apud Demosthenem *contr. Theocrin.* p. 508. de homine mercatores calumniante dicit: ἐ ταῖς χιλίαις μόνον ἐνοχός ἐςιν, ἀλλὰ καὶ ἀπαγωγῇ, *non solum mille drachmis sed et carcere mulctandus est.* Vide ibid. paulo post. De *abductione ad poenam etiam non capitalem* verbo vtitur Dionysius Hal. *ant.* l. 4. p. 215. vbi de debitoribus, qui ob aes alienum poenae loco mancipia fiebant dicitur: τέτες ἐκ ἐάσω πρὸς τὰ χρέα ἀπάγεσθαι, *eos ob aes alienum duci non permittam.* Ibid.

p. 217.

p. 217. de iisdem dicitur ἀχθῆναι. Simillimo exemplo Arrianus *diff. Epict.* l. 4. c. 13. p. 428. de milite ob maledicta in Caefarem effutita puniendo dicit: λέγεις καὶ αὐτὸς ὅσα φρονεῖς· εἶτα δεθεὶς ἀπάγῃ, *dicis et ipfe, quae fentis, deinde vinctus abduceris.* Lucas igitur, vt opinor, verbis *iuffit duci* indicat, *ad poenam ductos effe* milites; qualis vero poena cuftodum aut dormientium aut captiuos elabi finentium fuerit, id ille vt aliunde notum fupponit. Apud Romanos tefte Polybio l. 6. c. 34. 35. p. 669. 670. plurimorum peccatorum militarium, praefertim cuftodum dormientium aut ftationes deferentium poena erat fuftigatio faepe ad necem vfque exafperata. Vtrum haec an fimilis poena cuftodibus Petri fuerit inflicta in medio relinquendum effe cenfeo.

V. 20.

Ἦν δὲ ὁ Ἡρώδης θυμομαχῶν Τυρίοις καὶ Σιδωνίοις· ὁμοθυμαδὸν δὲ παρῆσαν πρὸς αὐτὸν, καὶ πείσαντες Βλάστον τὸν ἐπὶ τοῦ κοιτῶνος τοῦ βασιλέως ᾐτοῦντο εἰρήνην, διὰ τὸ τρέφεσθαι αὐτῶν τὴν χώραν ἀπὸ τῆς βασιλικῆς.

Θυμομαχεῖν *animo bellare* de iis tantum, qui reuera iam bellum gerunt, adhiberi afferit Raphelius *annot. Polyb.* adeoque et h. l. contendit, Herodem iam omnino bello implicitum fuiffe, animoque peruicaci in bellando perfeueraffe. Quod cum propter altum Iofephi de hoc bello filentium locum habere nequeat, plerique interpretes θυμομαχεῖν de eo, explicant, quod Herodes *bellum contra* Tyrios Sidoniosque *molitus fit*, et ita vocem hanc Cel. Heumannus inter illas refert, quae nusquam apud profanos eodem fenfu occurrant. Contra hunc Cel. Virum et contra Raphelium palam facit locus Dionyfii Hal. *ant.* l. 5. p. 286. vbi Collatino, confuli Romano, in ipfa vrbe praefenti, et cum Romanis neque bellum gerenti neque forte de bello cogitanti, fuadet focer Lucretius, μὴ θυμομαχεῖν μηδὲ ἀκόντων κατέχειν τῶν πολιτῶν τὴν ἀρχὴν, *ne animo bellaret, neque magiftratum inuitis*

inuitis ciuibus retineret. Me igitur iudice, vti et ex hoc exemplo patet, vbi θυμομαχεῖν paulo poſt per ὀργίζεσθαι et p. 287. per μνησικακεῖν explicatur, *animo bellare* cum aliis etiam is dicitur, qui bellum non gerit, ſed iis *infeſtus eſt, qui ira ardet erga illos.* De Herode ipſo puto, illum bellum contra Tyrum et Sidonem ne animo quidem concepiſſe, cum Tyrii et Sidonii ſub Romanorum laterent vmbra, adeoque e bello ipſis illato, grauis imperatoris Romani indignatio metuenda fuiſſet. *Infeſtus erat* his vrbibus Herodes, nocebat illis quantum poterat. Prohibuit forſitan annonae aliorumque terrae prouentuum in has vrbes transportationem, quod easdem maxime vexabat. Hoc ſenſu de Hannibale dicit Corn. Nepos c. 1. quod quamuis patria pulſus eſſet: *numquam deſtiterit animo bellare cum Romanis*, i. e. *quod nocere Romanis omni ope anniſus ſit;* rariſſime enim re ipſa bellum cum Romanis gerendi ipſi exſuli ſuppetebat occaſio. Sic et locus Polybii *excerpt. legat.* c. 69. p. 1236. ἐάν τε μὴ δέξωνται θυμομαχοῦντες ἐπὶ τοῖς γεγονόσι, *quodſi vero conditiones non acceperent, propter ea quae acciderint, exaſperati ſ. indignantes.* Item locus Plutarchi in *Demetrio* p. 898. vbi de Demetrio in obſidione Rhodi occupato dicitur: οὐδὲν ἄξιον λόγου πράττων ὁ Δημήτριος, ὅμως ἐθυμομάχει πρὸς αὐτοὺς ὅτι, *licet nihil memorabile praeſtaret Demetrius infenſus illis tamen erat, quoniam cum vxor Philla ipſi litteras, veſtem ſtragulam et pallia curaſſet, illi nauigium captum ſicut erat, ad Ptolemaeum miſerant.* Vbi θυμομαχεῖν paulo poſt explicatur per verba: ἐπὶ τούτῳ σφόδρα δηχθεὶς, *hanc ob rem valde exaſperatus.* Huic explicationi non obſtant verba Lucae, ᾐτοῦντο εἰρήνην, *petebant pacem; pax* enim non tantum *bello*, ſed et ἀκαταστασίαις, 1 Cor. 14, 33. et τῷ μάχεσθαι *rixis priuatis* et τῷ ἀδικεῖν Act. 7, 26. opponitur, et εἰρήνην ἔχουσι, Act. 9, 31. *qui quiete et tranquille viuunt.* Rogabant igitur hae vrbes, *ne ipſarum turbaret tranquillitatem* et *ne ipſas*, commeatuum transvectione alioue commercio impedito, aliiſue modis,

quos

quos facile ſuppeditat vicinitas, *premeret atque inſeſtaret.*

Πείθειν eſt, *ſibi conciliare.* Sic Ioſephus *ant.* l. 14. c. 19. p. 490. καὶ πείσας ἀργυρίῳ τὸν Ὑρκανȣ͂ οἰνοχόον, *quum pecunia ſibi conciliaſſet* (ſ. corrupiſſet) *pincernam Hyrcani, apud quem ambo epulabantur, veneno necauit hominem.* Thucydides l. 1. p. 8. τῆς ἄλλης Ἑλλάδος ἐρέτας μισθῷ πειθόντες, *remiges e reliqua Graecia, mercede ſibi conciliantes.* Xenophon de *repub. Athen.* p. 675. ἐὰν μὴ πείσῃ τὸν ἄρχοντα τῆς θαλάσσης, *niſi maris dominatorem ſibi conciliauerit.*

Τὸν ἐπὶ τȣ͂ κοιτῶνος, *cubicularium*, ſupplere potes ὄντα, ſ. γινόμενον ſ. τεταγμένον. Sic Plutarchus in *Othone* p. 1070. ἐπὶ τῶν ἐπιςολῶν γενόμενος τȣ͂ Ὄθωνος, *qui Othoni fuerat ab epiſtolis.* Polybius l. 8. c. 23. p. 742. τȣ̀ς ἐπὶ τȣ͂ πυλῶνος τεταγμένȣς, *portae praefectos*, quod elliptice habes ibid. c. 24. p. 744.

CAP. XIII. v. 11.

Παραχρῆμα δὲ ἐπέπεσεν ἐπ᾽ αὐτὸν ἀχλὺς καὶ σκότος.

Per ἀχλὺν alias et *caligo aëris* intelligi poteſt, vt apud Homerum *Odyſſ.* η. v. 41. Si de oculis adhibetur, peculiaris oculorum morbus intelligendus eſt, quo oculus pellicula ſuperinducta excoecatur. Loquitur de hoc et ſimilibus Hippocrates *praedictor.* l. 2. *ſect.* 2. p. 82. ἀχλύες καὶ νεφέλαι καὶ αἰγίδες ἐκλεαίνονται, καὶ ἀφανίζονται, ἢν μὴ τρῶμά τι ἐπιγένηται ἐν τȣ́τῳ τῷ χωρίῳ, *caligines et nubeculae et aegides exteruntur et euaneſcunt, niſi in eo loco vulnus aliquod ſubortum ſit.* Vbi in Notis Foeſii adfertur definitio Aetii, quam latine tantum adſcribam. Ἀχλὺς *caligo eſt ſuperficiaria vlceratio in oculi nigro orta, aëri caliginoſo affinis, colore coeruleo, magnam nigri partem occupans.* Sic apud Homerum *Iliad.* υ. verſ. 521. Neptunus Achilli κατ᾽ ὀφθαλμῶν χέεν ἀχλὺν, *ob oculos fudit caliginem* et deinde eidem v. 341. ἀπ᾽ ὀφθαλ-

ὀφθαλμῶν σκέδασ' ἀχλὺν, *ab oculis iterum difperfit caliginem.* Rogante Elifa ἀχλὺν ἐπέβαλε, *caliginem immifit* Deus oculis Syrorum apud Iofephum *ant.* l. 9. c. 2. p. 303. Confer dicta ab Elsnero fupra ad c. 9, 18. cuius loci nonnulli faltem, vti ille Iuliani vbi ἐπικειμένη ὄμμασιν ἀχλὺς memoratur, de *morbo oculorum interno* intelligi poffunt. Vti vero c. 9, 18. oculorum caligine abfterfa, Paulo fignificabatur mentis quoque coecitatem fublatam effe: ita h. l. mago *coecitas oculorum* fymbolum erat *coecitatis animi*, quod fc. mifer homo, qui ipfe χειραγωγοῖς indigebat, τυφλὸς, τυφλῶν ὁδηγὸς effe voluerit Matth. 15, 14. Sic fane ἀχλὺς ὀμμάτων faepe transfertur ad *tenebras mentis.* Themiftius *orat.* 21. *explorat.* p. 247. dicit rogandum effe Platonem, τὴν ἀχλὺν ἀποσκεδάσαι τῶν ὀμμάτων, *vt caliginem diffipet ab oculis*, vt Dei et homines recte difcerni posfint. Idem or. 22. *de amicit.* p. 267. orandam effe dicit Homericam Mineruam, ἐάν πως ἀποσκεδάσῃ τὴν πολλὴν ἀχλὺν τῶν ὀμμάτων, *vt multam ab oculis diffipet caliginem.* Confer vt haec intelligas Elsnerum l. c. Plutarchus de *audit.* p. 42. grato animo accipi debere docet, fi quis λόγῳ δριμεῖ τὴν διάνοιαν ἀχλύος πολλῆς καὶ ἀμβλύτητος γέμουσαν ἐκκαθαίρῃ, *oratione afpera animum caligine et ftupore plenum expurget.*

Quod hic dicitur, ἐπέπεσε σκότος, id etiam de tenebris oculorum internis accipiendum eft. Sic de Tirefia, cui oculos euellebat Pallas, Callimachus *lauac. Pall.* v. 82. dicit: παιδὸς δ' ὄμματα νὺξ ἔβαλεν, *at pueri oculos nox obruebat.*

v. 17.

Καὶ τὸν λαὸν ὕψωσεν ἐν τῇ παροικίᾳ ἐν γῇ αἰγύπτῳ.

Priora verte: *Et populum euexit.* Putat quidem Doctiff. Elsnerus ὑψῶσαι effe, *in dignitate conftituere*, idque non cadere in Iudaeos, qui ob aliena facra et vitam pa-

ſtoritiam Aegyptiis ſemper contemti fuerint. At ὑψόειν generatim notat, *in ſtatum eminentiorem conditionemque meliorem euehere.* Dicitur hoc 1) de iis, qui *in honore et dignitate conſtituuntur.* Sic Polybius l. 5. c. 26. p. 521. Breuia dicit momenta eſſe, quae plerumque homines, ὑψοῦσι καὶ πάλιν ταπεινοῦσι, *ſublimes euehant et rurſus deiiciant.* Suo quodam ſenſu *in dignitate* erant Iſraëlitae in Aegypto, qui ipſis Aegyptiis formidabiles erant. 2) de iis, *qui opibus abundant.* Hoc ſenſu ſeruus Abrahami de domino ſuo dicit, Gen. 24, 25. καὶ ὑψώθη. *Opes* Iſraëlitis adferre poterat fertilitas terrae Goſen. 3) de iis quorum *ingens ſit numerus et qui viribus creſcunt.* Sic Gen. 48, 19. de Manaſſe dicitur: καὶ οὗτος ἔσται εἰς λαὸν καὶ οὗτος ὑψωθήσεται. Saepius igitur ὑψοῦν haec tria ſimul inuoluit. Sic apud Diogenem Laërtium l. 1. c. 3. §. 2. de Ioue dixiſſe fertur Aeſopus, τὰ μὲν ὑψηλὰ ταπεινοῦν, τὰ δὲ ταπεινὰ ὑψοῦν, *illum excelſa humiliare et humilia extollere.* Sic ὑψηλὸν αἴρειν eodem ſenſu habet Aeſchines de *falſ. legat.* p. 270. vbi de pace per Andocidem curata dicit: ἡ τὸν δῆμον ὑψηλὸν ἦρεν, *quae populum in ſublime euexit; nam mille talenta ſignatae pecuniae in arcem retulimus et centum alias triremes fabricati ſumus et naualia exſtruximus et equites mille ducentos comparauimus.* Eandem rem iisdem verbis deſcribit Andocides nepos modo dicti *orat.* 3. p. 268. ſeq. Vide quoque quid Elsnero oppoſuerit in *Curis* ſuis b. Wolfius.

V. 22.

Καὶ μεταστήσας αὐτὸν, ἤγειρεν αὐτοῖς τὸν Δαυὶδ εἰς βασιλέα, ᾧ καὶ εἶπε μαρτυρήσας.

Priora verte: *et poſtquam illum amouiſſet,* ſ. *ſuſtuliſſet.* Recte iam monuit Raphelius, verbum hoc h. l. tam de *remotione e vita,* quam de *remotione e regia dignitate* intelligendum eſſe. Μεθιστάναι *ab officio remouere* notat Luc. 16, 4. et apud Ioſephum *ant.* l. 8. c. 1. p. 254. vbi Salomon in locum Abiatharis, ὃν μετεστήσατο, *quem remouit,* Sadokum ſuffeciſſe dicitur. Ibid. l. 19. c. 7. p. 677.

p. 677. οὐ τῆς ἱππαρχίας μόνον μετέστησε τὸν Σίλαν. *Silam non solum praefectura equitum exuebat.* *Necare, e medio tollere* vox indicat ibid. l. 18. c. 12. p. 648. *Veneno Asinaco in cibis dato*, μεθιστᾷ τὸν ἄνθρωπον, *hominem sustulit.* Ibid. l. 18. c. 1. p. 660. de Caligula dicitur: *Vltimum vulnus inflixisse ipsi Aquila fertur*, ἣ μεθίστησιν αὐτὸν ἀκριβῶς, *quod vltimum illi exitium attulit.* Phrasis est elliptica. Plene Diodorus Siculus *excerpt. Valef.* p. 405. de Mario loquens dicit: μετέστησεν ἑαυτὸν ἐκ τοῦ ζῆν ἑκουσίως, *sponte sibi mortem consciuit.* Μεταστῆσαι τοῦ ζῆν pro *e viuis tollere* dicitur 3 Maccab. 2, 28. et c. 3, 1.

Verba: ᾧ καὶ εἶπε μαρτυρήσας, verte: *quem etiam praedicans, dixit*, s. *in cuius etiam laudem dixit.* Confer Luc. 4, 22. et ibi a me aliisque notata.

v. 27.

Καὶ τὰς φωνὰς τῶν προφητῶν τὰς κατὰ πᾶν σάββατον ἀναγινωσκομένας.

Per φωνὰς h. l. *sermones* intelligendi sunt. Simillime Themistius *orat.* 31. *de sedis praerogat.* p. 355. dicit: τὰς Θεοδοσίου φωνὰς, τὰς πρώην ὑμῖν ἀναγνωσθείσας, *sermones Theodosii, qui nuper vobis praelecti sunt.* Demosthenes adu. *Phaenip.* p. 655. οἵτινες ἂν τὴν τῶν νόμων φωνὴν ὑμετέραν εἶναι νομίζωσι, *qui idem vos loqui putant, quod leges loquuntur.* Arrianus *Differt. Epict.* l. 3. c. 26. p. 353. τοῦτ' ἔστιν ἐλευθέρου ἀνδρὸς φωνὴ, *Hic ingenui viri sermo est, qui rem serio inquisiuit et vti par est, inuenit.* Sic supra c. 12, 22. Θεοῦ φωνὴ καὶ οὐκ ἀνθρώπου.

v. 42.

Εἰς τὸ μεταξὺ σάββατον λαληθῆναι αὐτοῖς τὰ ῥήματα ταῦτα.

Multas dedit turbas vocula μεταξὺ, quae hic notione occurrit, adeo rara, vt multi ad lectionem vocis σάββατον solicitandam progressi sint. Μεταξὺ h. l. notat, *postea*, et εἰς τὸ μεταξὺ σάββατον est, *sequenti sabbato.*

bato. Sic Plutarchus *instit. lacon.* p. 240. de Philippo Macedone dicit: *cum illum omnes Graeci terra marique ducem renunciassent*, καὶ μεταξὺ δὲ Ἀλέξανδρον τὸν υἱὸν, μετὰ τὴν Θηβαίων καταστροφὴν, *et postea filium eius Alexandrum post subactos Thebanos.* Paulo post de Lacedaemoniis dicitur: ὅτε συνεστράτευσαν ὅτε τούτοις, ὅτε τοῖς μεταξὺ Μακεδονικοῖς βασιλεῦσιν, *neque his* (Philippo et Alexandro) *se socios expeditionum praebuerunt*, *neque sequentibus Macedonum regibus.*

v. 43.

Λυθείσης δὲ τῆς συναγωγῆς, ἠκολούθησαν πολλοὶ τῶν Ἰουδαίων, καὶ τῶν σεβομένων προσηλύτων.

Priora verte: *soluto vero conuentu.* Homerus *Odyss.* β. v. 69. ἥ τ' ἀνδρῶν ἀγορὰς ἠμὲν λύει ἠδὲ καθίζει, *quae hominum concilia vel dissoluit*, *vel cogit.* Lucianus *dial. Deor. Iun. et Iou.* p. 134. ἐπειδὰν λυθῇ τὸ συμπόσιον, *postquam conuiuium fuerit solutum.* Diodorus Siculus l. 19. c. 25. p. 299. τότε μὲν ἔλυσε τὴν ἐκκλησίαν, *tunc concionem dimisit.* Nicolaus Damascenus *excerpt. Vales.* p. 481. οὐδαμοῦ τε ἀπιὼν ἄχρι λύσειε τὴν θέαν, *quum numquam abiret*, *antequam spectatores dimisisset.*

Σεβόμενοι προσήλυτοι supra v. 16. φοβούμενοι τὸν θεὸν alibi e. g. c. 16, 14. c. 18, 7. σεβόμενοι τὸν θεόν. Satis egerunt de his proselytorum epithetis alii. Addo me hanc denominationem in scriptis Iosephi nonnisi semel reperisse, nempe *ant.* l. 14. c. 12. p. 478. vbi iunctim mentio fit: πάντων τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην Ἰουδαίων καὶ σεβομένων τὸν θεὸν, *omnium per totum terrarum orbem Iudaeorum*, *et Deum timentium*, per quorum munificentiam tantopere increuisse dicit diuitias templi.

v. 50.

Οἱ δὲ Ἰουδαῖοι παρώτρυναν τὰς σεβομένας γυναῖκας.

Παροτρύνειν, generatim est, *concitare*, *exstimulare*, *impellere*, speciatim vti et h. l. *exacerbare*, *irritare*, *exaspe-*

exaſperare. Significatum priorem habet Lucianus in *Toxar.* p. 82. ὅτι καὶ παροτρύνεις με πρὸς τὸν λόγον, *quoniam ad loquendum me impellis.* Plutarchus de *ſui laude* p. 544. *Exhortatio, quae factum verbis coniunctum habet, exemplumque proprium ad imitationem inuitans,* ἔμψυχός ἐστι, καὶ κινεῖ, καὶ παροτρύνει, *ea viua eſt, et mouet, et exſtimulat.* Notio poſterior occurrit apud Ioſephum *ant.* l. 7. c. 6. p. 223. vbi de principibus Ammonitarum legationem Dauidis ſiniſtre interpretantibus, dicitur: καὶ παρώτρυναν τὸν βασιλέα λέγοντες, κατασκόπους πεπομφέναι τῆς χώρας Δαυίδην, *exaſperarunt regem dicentes, exploratores regionis miſiſſe Dauidem.*

CAP. XIV. v. 1.

Ἐγένετο δὲ ἐν Ἰκονίῳ κατὰ τὸ αὐτὸ εἰσελθεῖν αὐτοὺς εἰς τὴν συναγωγὴν τῶν Ἰουδαίων.

Interpretes nonnulli verba κατὰ τὸ αὐτὸ vertunt, *pro more*, et verba haec poſita eſſe, pro: κατὰ τὸ αὐτὸ ἔθος, ſ. κατὰ τὸ εἰωθὸς c. 17, 2. exiſtimant, nulla alia ratione ducti, quam quod omnino id moris fuerit Apoſtolis, vt in itineribus ſuis ſynagogas ſedulo frequentarent. Sic vero aeque certe concludere poſſes ἐπὶ τὸ αὐτὸ c. 3, 1. vertendum eſſe: *pro more.* A veritate thetica ad veritatem exegeticam N. V. C. Verba κατὰ τὸ αὐτὸ hunc ſignificatum ferre poſſe, nondum euictum eſt. Notant illa idem quod ἐπὶ τὸ αὐτὸ, *vna, ſimul.* Vti c. 3, 1. *vna* in templum ibant Apoſtoli, ſic h. l. Paulus et Barnabas in ſynagogam. Plutarchus *narrat. amator.* p. 773. *Nocte ingruente in cauponam quandam diuertit,* κατὰ τὸ αὐτὸ δὲ καὶ πρεσβύτης τις ἕτερος, *et ſimul etiam alius quidam ſenex.* Pauſanias in *Phocic.* ſ. l. 10. p. 629. *Cleonaei vero,* κατὰ τὸ αὐτὸ Ἀθηναίοις, *vna cum Athenienſibus a morbo peſtilenti premebantur.* Strabo l. 16. p. 1105. ciues in republica viuentes dicit, ἕν τι κατὰ ταυτὸ ποιεῖν ἡρμοσμένως ἀλλήλοις, *vnum aliquod iunctim conſtituere, quod inter ſe conſentiat:*

 Diony-

Dionyſius Longinus *fragment. lib. de fine* p. 244. συγγενέσθαι δὲ αὐτῶν τοῖς ἐπιβιώσασι κατὰ τὸ αὐτὸ, *vt cum iis, qui ex illis ſuperſtites erant, vna viuerem.* Ioſephus *bell Iud.* l. 1. c. 8. p. 724. Κατὰ ταυτὸ δὲ καὶ Ἀντίγονος τοῦ Ἀριστοβούλου πρὸς τὸν Καίσαρα παρὼν, *eodem vero tempore et Antigonus Ariſtobuli filius, cum ad Caeſarem veniſſet.* Diodorus Siculus l. 20. c. 77. p. 448. pleonaſtice de nauibus Demetrii nonnullis dicit, illas ἅμα κατὰ τὸ αὐτὸ, *ſimul vno tempore* ventorum vi littori alliſas eſſe.

v. 2.

Οἱ δὲ ἀπειθοῦντες Ἰουδαῖοι ἐπήγειραν καὶ ἐκάκωσαν τὰς ψυχὰς τῶν ἐθνῶν κατὰ τῶν ἀδελφῶν.

Κακοῦν h. l. eſt, *irritare, exacerbare, male animatum* reddere. Vocem hac notione rariſſimam ſemel reperi apud Ioſephum *ant.* l. 16. c. 11. p. 565. vbi de Herode per mala domeſtica excruciato et ad crudelitatem irritato dicitur: ἐκακοῦτο δὲ ταῖς ὑποψίαις καὶ χείρων ἀεὶ γενόμενος ἅπασιν κατὰ πάντων ἐπίστευεν, *exaſperabatur vero ſuſpicionibus et peior in dies factus, omnibus contra omnes credebat.*

v. 23.

Παρέθεντο αὐτοὺς τῷ κυρίῳ, εἰς ὃν πεπιστεύκεισαν.

Verbum παρατιθέναι notat, *commendare* Ioſephus *ant.* l. 16. c. 13. p. 570. παραθησόμενος Ἀντίπατρον τὸν υἱὸν παρεληλύθει Καίσαρι, *Antipatrum filium Caeſari commendaturus venerat.* Apud eundem *bell. Iud.* l. 1. c. 20. p. 769. de eodem Antipatro Herodes dicit: *Caeſari ex omni familia mea illum ſolum,* ὡς σωτῆρα τοῦ πατρὸς παρεθέμην, *vt patris ſeruatorem commendaui.* Idem ibid. c. 17. p. 750. de Herode dicit, quod is abituriens Ioſepho ſororis marito, παρατίθεται τὴν γυναῖκα *vxorem ſuam commendauerit.*

CAP.

CAP. XV. v. 16.

Καὶ τὰ κατεσκαμμένα αὐτῆς ἀνοικοδομήσω, καὶ ἀνορθώσω αὐτήν.

Κατεσκαμμένα funt *diruta*, a κατασκάπτειν *diruere, deftruere.* Sic verbo illo vtuntur Strabo l. 3. p. 240, vbi de vrbe Sagunto dicitur, ἣν Ἀννίβας κατασκάψας, *quam diruens Hannibal.* Aefchines *epift.* 11. p. 128. κατασκαφῆναι τὴν πόλιν ἀναγκάσαντες, *vrbem euerti cogentes.* Iofephus *ant.* l. 10. c. 5. p. 333. τοὺς βωμοὺς αὐτῶν κατέσκαψεν, *altaria eorum deftruxit*, plane vti Rom. 11, 3.

Ὀρθοῦν eft *aedificare, exftruere;* Ἀνορθοῦν vero *iterum aedificare, inftaurare, reficere.* Prius habet Dinarchus *cont. Demofth.* p. 24. vbi Ἀριστείδην καὶ Θεμιστοκλέα τοὺς ὀρθώσαντας τὰ τείχη τῆς πόλεως *Ariftidem et Themiftoclem murorum vrbis exftructores* vocat. Compofitum occurrit apud Xenophontem de *vectigal.* in fine: τείχη δὲ καὶ νεωρία ἀνορθώσομεν, *muros et naualia reficiemus* et Dionyfius Hal. *ant.* l. 8. p. 490. *Illum, qui hic manfurus eft, oportebit*, τείχη ἀνορθοῦν, ὅσα πέπτωκεν, *inftaurare ficubi collapfa funt moenia.*

v. 19.

Διὸ ἐγὼ κρίνω, μὴ παρενοχλεῖν τοῖς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν ἐπιστρέφουσιν ἐπὶ τὸν Θεόν.

Παρενοχλεῖν optime vertas: *interturbare, importune moleftia adficere.* Ἐνοχλεῖν eft, *turbare, moleftum effe.* Παρὰ in compofitione notat aliquid, quod *praeterea* accedit, fiue fit. Hinc παρενοχλεῖν indicat: *moleftiis adficere non neceffariis, et rei per fe moleftae, moleftias non neceffarias addere.* Supponit igitur Iacobus, omnes qui Chrifto nomen dederint, fatis iam habere moleftiarum, θλίψεως fupra c. 14, 22. 2 Cor. 4, 17. et διωγμῶν, 2 Tim. 3, 12. hos ergo adiectis oneribus inutilibus non effe magis premendos. Vocem fic adhibent Demofthenes de *corona* p. 320. vbi moleftam orationis fuae longitudinem

tudinem excusans dicit; παρηνώχληθε δὲ καὶ ὑμεῖς ἴσως, *fortasse vero et vos importune molestia adfecti estis, qui prius etiam, quam vllum ego verbum facerem, illam istius operam nostis mercenariam.* Diodorus Siculus l. 20. c. 52. p. 427. *In certaminibus enim, quae terra geruntur, manifeste virtus apparet, quae,* μηδενὸς ἔξωθεν αὐτομάτω παρενοχλῦντος, *nullo interturbante casu fortuito primas consequi possit*, vbi in pugnis naualibus rem dicit, se multo aliter habere. Ibid. c. 39. p. 414. καὶ παρενοχλῦντας κωλύειν αὐτῶν εἰς τὸ ἔμπροσθεν πορείαν, *vt repetitis vexationibus iter eorum impedirent.* Plutarchus *quaest. Rom.* p. 276. Templum Vulcani a Romulo extra vrbem dicit exstructum esse, vt ipse ibi cum Tatio collega, ἄνευ τῦ παρενοχλεῖσθαι, *sine interturbatione, quiete de negotiis consultare posset.* Idem *praec. ger. reip.* p. 817. ἐφ' οἷς ἐβιάζετο καὶ παρηνώχλει τινὰς, *propterea quod nonnullis vim faceret et importune molestus esset.* Cum Datiuo verbum construit idem in *Timoleonte* p. 237. ὐδενὸς δ' αὐτοῖς τότε τῶν Ἑλληνικῶν κατὰ τύχην παρενοχλῦντος, *quum tunc forte nullum Graeciae negotium ipsis molestiam facesseret.*

V. 22.

Τότε ἔδοξε τοῖς ἀποςόλοις καὶ τοῖς πρεσβυτέροις σὺν ὅλῃ τῇ ἐκκλησίᾳ ἐκλεξαμένυς ἄνδρας ἐξ αὐτῶν πέμψαι.

Messem *Soloecismorum hic et* v. 23. 25. reperisse sibi visi sunt Viri eruditi non pauci, in lectione Graecorum aut non satis versati, aut non satis attenti. Ἐκλεξαμένυς hic et v. 25. in Datiuo putant poni debuisse, vt cum verbo ἔδοξε et datiuo praecedenti construatur. Huic regesserunt alii ἐκλεξαμένυς cum ἄνδρας construendum et passiue vertendum esse: *Viros electos.* At quum rarius sit, *tempora medii* significationem habere passiuam: ostendendum antea fuerat, etiam ipsum hoc ἐκλέξασθαι in medio significatione *passiua* occurrere. Tutius ergo Soloecismum potero amoliri hac regula: *Si verbum aliquod finitum*

finitum cum infinitiuo iungitur: casus nominis adiecti, mox tempori finito, mox infinitiuo respondet. Potuisset tribus modis constructio formari. 1) quod vsitatissimum *cum datiuo*, ἔδοξε τοῖς ἀποςόλοις ἐκλεξαμένοις πέμψαι, 2) *cum nominatiuo*, ἔδοξε τοῖς ἀποςόλοις ἐκλεξάμενοι πέμψαι; de quo fusius agetur ad vocem γράψαντες v. seq. 3) cum *accusat.* ἐκλεξαμένους πέμψαι, *vt eligentes mitterent.* Accus. ponitur vt apud latinos cum infinitiuo pro: ἵνα ἐκλεξάμενοι πέμψωσι. Similiter Luc. 6, 4. οὓς οὐκ ἔξεςι φαγεῖν εἰ μὴ μόνους τοὺς ἱερεῖς, pro εἰ μὴ τοῖς ἱερεῦσι μόνοις Matth. 12, 4. Marc. 2, 26. Sic Xenophon *Cyrop.* l. 7. p. 125. ἔξεςι δέ σοι ἰδόντι ταῦτα, ἐλθόντα ἔτι καὶ περὶ τῆς ἁρπαγῆς βουλεύσασθαι, *licet tibi, vt haec videns etiam veniens de rapina consultes.* Idem in *Hierone* p. 577. τοῖς μὲν ἰδιώταις - - ἔξεςιν ὅποι ἂν βούλωνται πορεύεσθαι μηδὲν φοβουμένους, *priuatis - - licet, quocunque voluerint proficisci, nihil formidantibus.* Et ita quoque cum verbo δοκεῖν idem *de vectigal.* p. 595. εἴγε μὴν ταῦτα δόξειεν ὑμῖν πράττειν, συμβουλεύσαιμ' ἂν ἔγωγε πέμψαντας - - ἐπέρεσθαι τοὺς θεούς. Thucydides l. 1. p. 8. ἔδοξεν αὐτοῖς ἐλθοῦσιν ὡς τοὺς Ἀθηναίους συμμάχους γενέσθαι. Simillime Lucianus in *Necyomant.* p. 303. καί μοι ποτὲ διαγρυπνοῦντι τούτων ἕνεκα, ἔδοξεν ἐς Βαβυλῶνα ἐλθόντα δεηθῆναί τινος, *tandem mihi horum caussa aliquando peruigilanti visum est, vt Babylonem veniens aliquem rogarem.*

v. 23.

Γράψαντες διὰ χειρὸς αὐτῶν τάδε.

Male hic habet multos nominatiuus γράψαντες. Putant quoniam praecedit, ἔδοξε τοῖς ἀποςόλοις; etiam hic scribi debuisse γράψασι. Fateor scribi potuisse in Datiuo. At constructione ad τὸ πέμψαι relata, scribi etiam potuit, πέμψαι γράψαντας et πέμψαι γράψαντες, *vt scribentes mitterent.* Pro accus. cum infinit. Graeci aeque frequenter ponunt nominatiuam. Iosephus *ant.* l. 10. c. 11. p. 347. ἐλπίζειν γὰρ δι' αὐτῆς δεηθεὶς

τ8̃ Θεοῦ γνώσεσθαι τὸ ἐνύπνιον, *sperare enim se, quod ea* (nocte) *Deum rogans, somnium cogniturus sit.* Demosthenes *adu. Leochar.* p. 674. δεῖν ἐν Ἐλευσινίοις τε τὴν πατρῴαν ὁσίαν ἐπανελθὼν ἔχειν, *oportere se in Eleusiniis paterna bona regressum obtinere.* Infinitis, quae notaui exemplis, parcens, addam ea, vbi similiter adest δοκεῖν. Lucianus in *encom. Demosth.* p. 915. sub init. ἀωρὶ γάρ τοι τῶν νυκτῶν ἐξαναστὰς ἔδοξέ μοι χρῆναι τοῖς Ὁμήρου γενεθλίοις τῆς ποιητικῆς ἀπάρξασθαι, *visum est mihi intempesta nocte surgenti, Homeri die natali poëseos primitias offerri debere.* Vbi pro ἐξαναστὰς poni potuisset ἐξαναστάντι. Isaeus *orat.* 5. p. 450. πολλάκις ἐκπλέων ἔδοξεν αὐτῷ διαθέσθαι τὰ αὐτοῦ, *visum est illi, quum saepius enauigaret, testamento de bonis suis disponere.* Thucydides l. 3. p. 68. ἔδοξεν αὐτοῖς, οὐ τοὺς παρόντας μόνον ἀποκτεῖναι, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἅπαντας Μιτυληναίους, ὅσοι ἡβῶσι, παῖδας δὲ καὶ γυναῖκας ἀνδραποδίσαι, ἐπικαλοῦντες τήν τε ἄλλην ἀπόστασιν, *decretum fecerunt, vt non modo praesentes, sed et in vniuersum omnes puberes Mitylenaeorum interimantur, pueri feminaeque veneant, quum et ipsam defectionem incusarent* cet.

v. 24.

Ἀνασκευάζοντες τὰς ψυχὰς ὑμῶν, λέγοντες περιτέμνεσθαι καὶ τηρεῖν τὸν νόμον.

Ἀνασκευάζειν notat, *euertere, diruere, destruere.* Plutarchus de *genio Socr.* p. 578. τὸν Ἀλκμήνης τάφον ἀνασκευασάμενος, *cum sepulcrum Alcmenes diruisset.* Rarius vox actiua occurrit. Thucydides l. 4. p. 115. τὴν Λήκυθον καθελὼν καὶ ἀνασκευάζων, *Lecythum diruens atque destruens.* Improprie voce vtitur Polybius l. 9. c. 26. p. 786. dicens, ἀνασκευάζειν ὅρκους καὶ συνθήκας, *iusiurandum et foedera euertere.* Idem *excerpt. Valef.* p. 58. τὴν κοινὴν φήμην ἀνασκευάζειν, *communem famam euertere.* Adhibetur quoque de hominibus. Demosthenes *adu. Timoth.* p. 706. τοὺς ἀνεσκευασμένους τῶν τραπεζίτων, *mensarios euersos* nominat, i. e. eos, qui aere suo

ſuo diſſipato, bonis cedunt, ſiue quorum τράπεζαι ἀνεσκεύασαι, *menſa euerſa* ſ. e foro ſublata eſt, vti id. ibid. et adu. *Apatur.* p. 580. loquitur. Propius accedit hoc Euripidis in *Electra* v. 602. vbi Oreſtes dicit: *Eſtne Argis aliquis amicorum mihi beneuolus*, ἢ πάντ' ἀνεσκευάσμεθ', ὥσπερ αἱ τυχαί; *an penitus ſubuerſi ſumus, vt fortunae?* vbi quaerit, vtrum etiam reſpectu amicorum plane euerſa ſit proſperitatis ſuae fabrica? In verbis Apoſtolorum *deſtrui animae* dicuntur 1) per doctrinarum erronearum ad fundamentum fidei pertinentium inſtillationem, 2) per eiusmodi doctrinarum et praeceptorum obſeruationem. Oppoſita ſunt, quod recte monuit Beza, ἀνασκευάζειν et οἰκοδομεῖν. Per poſterius incrementum in cognitione et experientia ſpirituali, per prius decrementum in vtroque, aut etiam totalis ſtructurae ſalutis in animis inchoatae ſubuerſio intelligenda eſt. Iuuant hanc explicationem loci paralleli, vbi opus ſalutis phraſibus a ſtructura aedificiorum deſumtis, deſcribitur, vt ſunt, θεμέλιον, θεμελῦν, οἰκοδομεῖν, ϛηρίζειν, infra v. 32. οἰκοδομὴ cet. Simillimus locus eſt Rom. 14, 20. vbi καταλύειν τὸ ἔργον τοῦ θεοῦ, *deſtruere ſtructuram Dei* opponitur τῇ οἰκοδομῇ v. 19.

v. 28.

Πλὴν τῶν ἐπάναγκες τούτων.

Praeter haec neceſſaria. Conſtructionem hanc neque Graecam eſſe, neque tolerabilem aſſeruit Salmaſius, qui proinde ἐπ' ἀνάγκης legere iubet. Vide Wolfium in *Curis.* Mireris merito tam magnum in Graecis quoque litteris Virum, ſaepe in illis, inprimis vbi de verbis diſceptatur, tam ſeſe hoſpitem oſtendere. Ἐπάναγκες aduerbium eſt, et idem valet, quod *neceſſario.* Demoſthenes adu. *Macart.* p. 665. ἃ δεῖ ποιεῖν τοὺς προσήκοντας ἐπάναγκες, *quae cognatos oportet neceſſario facere.* Explicatur id paulo poſt his verbis: ἀλλ' ἐξ ἀνάγκης δεῖ ποιεῖν, *ſed neceſſario illa facere oportet. Neceſſaria* ἐπάναγκες εἶναι dicuntur. Ibid. paulo poſt: μὴ

μὴ ἐπάναγκες εἶναι πλέον ἢ μίαν ἐκδοῦναι, non necesse esse, plus quam vnam elocare. Aeschines in *Timarch.* p. 172. *μὴ ἐπάναγκες εἶναι τῷ παιδὶ ἡβήσαντι τρέφειν τὸν πατέρα, filium adultum necesse non habere, vt alat patrem.* Verbum *εἰμὶ* plerumque deest. Demosthenes adu. *Timocr.* p. 464. *τοὺς δὲ προέδρους - - χρηματίζειν ἐπάναγκες, praesides vero - - responsa dare necessarium est.* Ibid. p. 469. *Iste vero scripsit, τοῖς προέδροις ἐπάναγκες, praesidibus necesse esse, si quis vades dederit, eum producere.* Andocides *orat.* 3. p. 272. *Exsulum nunc, οὐκ ἐπάναγκες οὐδένα καταδέχεσθαι, τότε δὲ ἐπάναγκες, ἐξ ὧν ὁ δῆμος κατελύθη, neminem recipere necesse est, tunc vero necesse erat illos recipere, per quos populi auctoritas sublata erat.* Aelianus *hist. anim.* l. 9. c. 1. p. 512. Patet hinc phrasin nostram ellipticam esse, quam plene enunciaueris: *πλὴν τῶν ἐπάναγκες ὄντων τούτων.* Si aduerbia nominibus iunguntur particip. verbi *εἰμὶ* supplendum esse, vulgare est.

v. 29.

Ἐξ ὧν διατηροῦντες ἑαυτοὺς εὐπράξετε.

Verbum *εὐπράξετε* verti potest: *recte agetis*, vel *felices* s. *beati eritis.* Posteriorem notionem tuetur Cel. Elsnerus. Fateor hanc multo frequentius occurrere, quam priorem, cuius aliquot addam exempla. Plutarchus in *Catone mai.* p. 340. hunc dixisse refert: *βούλεσθαι μᾶλλον εὐπράξας ἀποστερηθῆναι χάριν, ἢ κακῶς, μὴ τυχεῖν κολάσεως, malle se recte agentem praemiis carere, quam male agentem non puniri.* Arrianus *Dissert. Epict.* l. 4. c. 6. p. 396. *βασιλικὸν ὦ Κῦρε πράττειν μὲν εὖ κακῶς δ' ἀκούειν, regium est o Cyre cum recte facias male audire.* Sic et Antoninus de *rebus suis* l. 3. §. 13. p. 87. Iamblichus in *Protreptico* c. 19. p. 108.

Ego hunc significatum *recte faciendi* hic praefero notioni alteri. 1) quia haec propositio: *ab his quatuor rebus abstinentes, beati eritis* non prorsus vera, saltem non satis adaequata esset. Multo sane plura ad beatitudinem obtinendam requiruntur, quae multo magis necessaria

sunt,

ſunt, quam, quae hic memorantur. Qui quatuor obſervat praecepta, is non protinus eſt beatus Iac. 2, 10. 11. 2) quia haec formula: *hoc ſi facietis, recte facietis,* ſolemnis eſt Graecis in clauſulis orationum et epiſtolarum. Apud Diogenem Laërt. l. 3. §. 15. epiſtola Archytae ad Dionyſium his clauditur verbis: ταῦτα γὰρ ποιῶν, δίκαια πράξεις καὶ ἀμῖν χαρῇ, *haec ſi feceris, recta facies nobisque grata.* Lyſiae *orat.* 18. ita deſinit: καὶ ταῦτα ποιοῦντες, τά τε δίκαια ψηφιεῖσθε, *haec ſi facietis, iuſta decernetis.* Apud Thucydidem his verbis finitur oratio Corinthiorum l. 1. p. 11. καὶ τάδε ποιοῦντες τὰ προσήκοντά τε δράσετε, καὶ τὰ ἄριστα βουλεύσεσθε ἐν ὑμῖν αὐτοῖς, *haec ſi feceritis, recte facietis, et quae optima ſunt, ipſimet decernetis.*

v. 33.

Ποιήσαντες δὲ χρόνον, ἀπελύθησαν.

Quum vero per aliquod tempus ibi commorati eſſent. Ποιεῖν pro διατρίβειν, *commorari alicubi* inſolens et inauditum Graecis diſertioribus loquendi genus vocat Caſaubonus ad h. l. idque in cenſum *latiniſmorum* refert. Integram phraſin vero habet Ioſephus *ant.* l. 18. c. 1. p. 654. χρόνον ἐκεῖ ποιεῖται, *tempus ibi terebat, in exactione tributorum indoli ſuae magis, quam mandatis Caii morem gerens.* Et Dionyſius Hal. *ant.* l. 6. p. 344. μὴ πολὺν διὰ μέσου ποιεῖν χρόνον, *non multas interim moras nectere.* Ποιεῖν pro *commorari, permanere, degere* habet Hippocrates in *epiſt. ſect.* 8. p. 7. *epiſt. ad Philop.* ἐν ἄντροισι καὶ ἐρημίῃσιν ἢ ὑποσκιάσεσι δενδρέων ἢ ἐν μαλθακῇσι ποίῃσιν, *in antris et deſertis, aut in arborum umbraculis, aut in mollibus herbis commoratur.* Et a Ioſepho *ant.* l. 6. c. 2. p. 171. arca foederis, ποιήσασα παρὰ τοῖς Παλαιστινοῖς μῆνας τέσσαρας, *apud Palaeſtinos quatuor menſes commorata eſſe* dicitur. Idem ib. l. 10. c. 12. p. 351. de Laboroſoarchode dicit, quod ἡ διαδοχὴ, *imperium,* μῆνας ποιήσασα παρ' αὐτῷ τοὺς πάντας ἐννέα, *poſtquam nonniſi per nouem menſes apud illum permanſiſſet,* ad Balthaſarem tranſierit.

CAP.

CAP. XVI. v. 3.

Ἤδεισαν γὰρ ἅπαντες τὸν πατέρα αὐτοῦ, ὅτι Ἕλλην ὑπῆρχεν.

Idem valent haec verba ac si dicas: *Nouerant omnes* ὅτι ὁ πατὴρ αὐτοῦ Ἕλλην ὑπῆρχεν, *patrem eius Graecum fuisse.* Immerito tamen constructionem hanc *hebraizantem* vocat Grotius. Sic Demosthenes in *Euerg.* p. 684. καὶ ἐπεπύσμην αὐτὸν, ὅτι οὐκ εἴη γεγαμηκώς, *audieram enim illum non habere vxorem.* Lysias *orat.* 18. p. 313. Κλεοφῶντα δὲ πάντες ἴστε, ὅτι πολλὰ ἔτη διεχείρισε τὰ τῆς πόλεως πάντα, *nostis vero omnes, quod Cleophon reipublicae negotia omnia, per multos annos in manibus habuerit.* Lucianus in *fugitiu.* p. 790. οὐδὲ εἶδον ἐκεῖνον ὅπως ἀπέθανε, *quo pacto mortuus ille sit, non vidi.*

v. 14.

Ἧς ὁ κύριος διήνοιξε τὴν καρδίαν, προσέχειν τοῖς λαλουμένοις ὑπὸ τοῦ Παύλου.

Aperitur animus, si ad sermones et praecepta audienda et amplectenda attentus redditur. Sic *fores aperiuntur* verbo diuino 1 Cor. 16, 9. 2 Cor. 2, 12. Apoc. 3, 20. Similiter Plutarchus de *aud. poët.* p. 36. de philosophica poëmatum explicatione dicit: προσανοίγει καὶ προσκλίνει τὴν τοῦ νέου ψυχὴν, τοῖς ἐν φιλοσοφίᾳ λόγοις, *illa animum adolescentis praeceptis philosophiae aperit et ad ea inclinat.* Themistius *or.* 2. *de Constantio imp.* p. 29. διανοίγεταί μοι τὸ στῆθος καὶ ἡ καρδία, *pectus mihi et cor aperitur et pellucidior sit animus, oculique mentis perspicaciores.*

Προσέχειν primario notat *attendere*, de quo vide dicta supra ad c. 8, 6. hic consequens innuitur *verbis* nempe *fidem habere* et *morem gerere.* Aequipollet enim προσέχειν cum verbis πιστὴν τῷ κυρίῳ εἶναι v. 15. Notio prior reperitur apud Demosthenem adu. *Leochar.* p. 677. ποτέρῳ προσέχειν ὑμᾶς ὡς ἀληθῆ λέγοντι;

cuinam

cuinam vestrum vt vera dicenti fides habenda est? Hinc saepe opponuntur ἀπιςεῖν et προσέχειν. Strabo l. 2. p. 120. τοῖς μὲν ἀπιςεῖν διὰ τὴν διαφωνίαν, ἐκείνῃ δὲ προσέχειν *illis propter dissensum non credere, huic vero fidem habere.* Idem l. 3. p. 237. Iosephus *ant.* l. 14. c. 2. p. 469. ȣ̓ προσέχοντα ἑώρα τοῖς λόγοις τὸν Ὑρκανὸν, *verbis Hyrcanum videbat, non habere fidem*, quod paulo ante sic explicatur: τȣ́τοις Ὑρκανὸς ἠπίςει τοῖς λόγοις. Idem cont. *Apion.* l. 1. in init, opponit, προσέχοντας βλασφημίαις et ἀπιςέντας rebus in antiquitatibus a se scriptis. Ibid. paulo post opponit: προσέχειν τοῖς Ἕλλησι, καὶ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις ἀπιςεῖν. *Morem gerere, obedire* vox notat auctore Demosthene pro *Phormion.* p. 603. πᾶσι μὲν τοῖς νόμοις προσέχειν εἰκός ἐσθ' ὑμᾶς, *vos omnibus parere legibus aequum est.* Apud Iosephum *ant.* l. 11. c. 6. p. 381. de mandatis ad internecionem Iudaeorum ab Hamane procuratis dicitur: οἷς ποιήσετε καλῶς μὴ προσέχοντες, *quibus morem non gerentes recte agetis.* Teste Plutarcho in *Arato* p. 1049. Antigonus Philippo filio suo, Ἀράτῳ μάλιςα προσέχειν ἐκέλευσε, *Arato praecipue morem gerere praecepit.*

v. 33.

Καὶ παραλαβὼν αὐτȣ̀ς ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ τῆς νυκτὸς ἔλȣσεν ἀπὸ τῶν πληγῶν.

Verba ἔλȣσεν ἀπὸ τῶν πληγῶν vertere potes: *lauit illos propter plagas.* Similem vsum habet ἀπὸ apud Siracidem c. 31, 25. βαπτιζόμενος ἀπὸ νεκρȣ̃, *qui se abluit propter mortuum.* Lucianus *dial. meretr. Ioess. et Pyth.* p. 744. ἀπὸ τῆς νόσȣ ἐξυρήσατο, *abrasit sese propter morbum.* Sic et ἐκ vsurpat Aelianus *Var. hist.* l. 4. c. 1. p. 252. vbi Dardanenses dicit per totam vitam τρὶς λȣ́εσθαι, *ter lauari*, semel nempe ἐξ ὠδίνων, *propter partum.* Nisi malis vertere: *post plagas*, quam notionem τȣ̃ ἀπὸ etiam reliqui loci auctorum ferre possunt.

v. 37.

Ου γὰρ ἀλλὰ ἐλθόντες αὐτοὶ ἡμᾶς ἐξαγαγέτωσαν.

Verba ȣ̓ γὰρ vertenda ſunt: *Non ſane, minime vero*, et aſſeuerationem continent, qua ad quaeſtion m quandam reſponderi ſolet. Sic Lucianus *dial. mort. Men. et Aeac.* p. 271. *Annon amplius aureum illud femur habes?* Pyth. ȣ̓ γὰρ, ἀλλὰ φέρε ἴδω, *non ſane; ſed agedum videbo, num aliquid eſculentum haec pera habeat.* Sic idem in *Hermotim.* p. 579. Idem in *Ioue confut.* p. 184. *Num forte ne hoc quidem me noſſe fas eſt?* Iup. ȣ̓ γὰρ ὦ Κυνίσκε, non *ſane fas eſt Cyniſce.* Athenaeus l. 13. p. 588. *Num abſurdum tibi videtur, in aedibus habitare, in quibus alii prius habitarunt?* ȣ̓ γὰρ ἔφη, *minime vero inquit.*

v. 40.

Εἰσῆλθον πρὸς τὴν Λυδίαν.

Ingreſſi ſunt ad Lydiam, ſ. *domum Lydiae, adierunt Lydiam.* Sic Plutarchus *ſympoſ.* l. 9. qu. 1. p. 737. εἰσελθὼν συγκλητικὸς ἀνὴρ πρὸς αὐτὸν ἤδη πρεσβύτερος, *ſenator iam natu grandior illum conuenit.* Ibid. paulo ante: ἐπεὶ δὲ νικήσας εἰσῆλθε πρὸς αὐτὴν, *quum vero victoria potitus intrauit ad illam.* Libanius *epiſt.* 653. p. 312. εἰ μὴ καταρχὰς εἰσέλθοιμεν παρ' αὐτȣ̀ς, *ſi non ſtatim ſub initium illos inuiſimus.* Xenophon *Cyrop.* l. 1. p. 180. εἰσῄεσαν δὲ παρ' αὐτὸν οἵ τε ςρατηγοὶ, *conueniebant vero illum duces*, i. e. in tabernaculum eius ingrediebantur. Ioſephus *ant.* l. 18. c. 11. p. 640. οἱ πρῶτοι σὺν αὐτοῖς εἰσίασιν ὡς τὸν Πετρώνιον, *primi ex illis adierunt Petronium.* Rhetores ſaepe vtuntur phraſi εἰσελθεῖν εἰς pro *comparere in conſeſſu iudicum.* Sic Demoſthenes in *Neaeram* ſub init. εἰσελθεῖν εἰς ὑμᾶς, *vt vos adirem.*

CAP.

CAP. XVII. v. 1.

Διοδεύσαντες δὲ τὴν Ἀμφίπολιν καὶ Ἀπολλωνίαν ἦλθον εἰς Θεσσαλονίκην.

Error eſt haud exiguus inſignium eruditione et meritis virorum Grotii, Wolfii et Lindhammeri ad h. l. et Witſii in *Meletem.* p. 77. qui Apolloniam, cuius hic ſit mentio, cum Apollonia illa celebriori, quae Illyriae vrbs erat, confuderunt. Hinc operae erit pretium, rem omnem e veterum monimentis diligentius exponere. Quatuor ad minimum in Macedonia erant vrbes, quae Apollonia dicebantur. Apollonia illa, quae omnium fere ſcriptorum ore celebratur, mari Ionio adiacens a Ptolemaeo, qui Macedoniam ad mare Ionium vſque extendit lib. 3. *Geographiae* Taulantiis tribuitur et Macedoniae annumeratur. Haec ab Herodoto in *Calliop.* p. 282. Ἀπολλωνίη ἡ ἐν τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ dicitur. De hac Thucydides l. 1. p. 7. ἐπορεύθησαν πεζῇ ἐς Ἀπολλωνίαν Κορινθίων οὖσαν ἀποικίαν. Strabo l. 7. p. 486. illam vberius deſcribit, et ſexaginta ſtadiis a mari remotam fuiſſe aſſerit. Stephanus de *vrbib.* illam πρώτην πόλιν Ἰλλυρίας vocat. Apollonia alia ſita erat in monte Atho. De hac Plinius *hiſt. nat.* l. 4. c. 10. *Oppidum in cacumine fuit Acrothon. Nunc ſunt Vranopolis - - - Apollonia, cuius incolae Macrobii cognominantur.* Tertia intra Strymonem et Neſſum ſita erat, de qua Plinius ibid. l. 4. c. 11. *A meridie Aegeum mare, cuius in ora a Strymone Apollonia;* quam tamen alio ſenſu ad Thraciam referre poteris. Vrbs quarta huius nominis inter Amphipolim et Theſſalonicam interiacebat, quam Ptolemaeus in *geograph.* l. 3. Ἀπολλωνίαν Μυγδονίας vocat, et de qua Plinius dicit, l. 4. c. 10. *Regio Mygdoniae ſubiacens, in qua recedentes a mari, Apollonia, Arethuſa.* Scylax in *Periplo* p. 63. edit. Gronou. Lugd. 1697. haec loca coniungit: Ἀρέθουσα Ἑλληνὶς, Βόλβη λίμνη, Ἀπολλωνία Ἑλληνὶς, *Arethuſa vrbs Graeca, Bolbe lacus, Apollonia vrbs Graeca.* Mentionem etiam vrbis huius

facit

facit aliquoties Xenophon *rer. Graec.* l. 5. p. 381. 382. Stephanus de *vrbib.* p. 94. qualem vrbem intelligat per Ἀπολλωνίαν τῆς Μακεδονίας, quam ab Apollonia Illyriae vrbe distinguit, non satis liquet. Idem de loco Constantini Porphyrog. in *themat.* l. 2. *them.* 2. p. 87. dicendum est, vbi Macedoniae vrbes Ἀμφίπολις, Νεάπολις, Ἀπολλωνία, coniunguntur, licet etiam ille Apolloniam mari Ionio vicinam ad nonum thema Dyrrhachium p. 98. referat, et a priori distinguat. Apolloniam mari Ionio adiacentem in verbis Lucae intelligere, locorum situs prohibet. Amphipoli per hanc Apolloniam transeundo Thessalonicam proficisci, idem esset, ac Berolino Halam petere et in itinere per Norimbergam transire. Vocabulum διοδεύσαντες, quo vtitur Scriptor sacer, innuit, Paulum cum sociis Amphipolim nonnisi in transitu peragrasse, veluti vrbes in via sitas, quas non propter peragenda negotia petebant, sed per quas Thessalonicam petentibus breuissimum patebat iter. Vide διοδεύειν eo sensu pro עבר apud LXX. interp. Psalm. 89, 41. πάντες οἱ διοδεύοντες ὁδόν. Zeph. 3, 7. ἐξερήμωσα τὰς ὁδὸς τῦ μὴ διοδεύειν. Apollonia igitur a Luca memorata, est illa Mygdoniae, quae medio fere itinere inter Amphipolim et Thessalonicam sita erat. De hac Liuius l. 45. dicit: *Omnibus aliis omissis Apolloniam ad eos pergit. Quo cum Perseus obuiam Amphipoli nimis soluta custodia processisset (id diei iter est) ipsum quidem benigne allocutus est.* Teste *itinerario* Antonini, via regia Dyrrhachio Byzantium proficiscentium per Thessalonicam, Apolloniam et Amphipolim ducebat, ita vt Thessalonica, itinere per Mellissurgin facto, ab Apollonia triginta septem millibus passuum breuissimo vero itinere 36 millibus passuum abesset; Apollonia vero ab Amphipoli triginta millibus, vel triginta et duobus millibus passuum distaret. Vide edit. Wesselingii p. 320. et 330. Witsius igitur l. c. tunc demum loco nostro ad illustrationem verborum Rom. 15, 19. recte vsus esset, si Apolloniam a Luca memoratam Illyricam illam fuisse demonstrasset.

v.

v. 3.

Διανοίγων καὶ παρατιθέμενος, ὅτι τὸν Χριστὸν ἔδει παθεῖν.

Διανοίγειν h. l. notat, *aperire*, *indicare*, *reuelare*. Simplici ἀνοίγειν hoc senſu vtitur Euripides *Iphig. in Aul.* v. 326. *Scio vt te dolore adficiam*, ἀνοίξας ἃ σὺ κακ' εἰργάσω λάθρα, *aperiens mala*, *quae tu clam patraſti.*

Παρατιθέναι recte vertunt, *exponere*, *proponere*, *docere*. Sic Hierocles *carm. aur. Pyth.* p. 5. πρῶτά γε τὰ τῆς πρακτικῆς ἀρετῆς παρατίθεται παραγγέλματα, *initium facit ab exponendis virtutis practicae praeceptis.* Xenophon *Cyrop.* l. 1. p. 20. καὶ σὺ γελάσας διῆλθές μοι παρατιθεὶς ἕκαστον, *et tu ridens quodlibet mihi exponens perſecutus es.* Strabo l. 16. p. 1125. *Alia vero partim refert, ita vt Eratoſthenes*, τάδε καὶ παρὰ τῶν ἄλλων ἱστορικῶν παρατίθησιν, *partim etiam ab aliis hiſtoricis ſumta proponit.*

v. 4.

Καὶ προσεκληρώθησαν τῷ Παύλῳ καὶ τῷ Σίλᾳ.

Verte: *et adiunxerunt ſe Paulo et Silae.* Προσκληροῦσθαι notat, *ſe adiungere*, *coniunctum eſſe*, *adhaerere.* Sic Philo *legat. ad Caium* p. 1001. τῶν μὲν τούτῳ, τῶν δὲ ἐκείνῳ προσκεκληρωμένων, *quum nonnulli huic*, *nonnulli iſti ſe adiunxiſſent*, *ex quo ſeditiones et bella tam ciuilia quam externa oriuntur.* Ibid. p. 1031. ἔθνει δὴ τοιούτῳ προσκεκληρωμένος καὶ πατρίδι καὶ ἱερῷ, δέομαι ὑπὲρ ἁπάντων, *quum huic genti et patriae et templo adhaeream*, *pro omnibus rogo.* Ibid. p. 992. Paulo aliter actiuo vtitur Lucianus in *amoribus* p. 1020. ὅτι τούτῳ τῷ βίῳ ἡ τύχη προσεκλήρωσέ σε, *quod huic vitae generi fortuna te adiunxerit*, ſ. *deſtinauerit.*

v. 11.

Οὗτοι δὲ ἦσαν εὐγενέστεροι τῶν ἐν Θεσσαλονίκῃ.

Berrhoënſes hic *generoſiores*, *magis ingenui* audiunt, quam Theſſalonicenſes, voce ad animum translata. Ita

 nempe

nempe *ingenui* opponuntur ingeniis *abiectioribus* et *seruilibus*, vt homines qui cupiditates viliores et turpiores respuunt, et ad actiones honestas quasi nati sunt. Sic a Iosepho *ant.* l. 12. c. 7. p. 409. Iudaei, qui ab Antiocho ad sacra patria deferenda cogi non poterant, vocantur, *οἱ δοκιμώτατοι καὶ τὰς ψυχὰς εὐγενεῖς*, *probatiores et generosae indolis.* Cicero *ad Attic.* l. 13. c. 21. *εὐγενέστερος est etiam quam pater.* Apud Diodorum Siculum *excerpt. Valesf.* p. 305. Philippus rex Macedonum perturbatus dicitur, *διὰ τὴν συνείδησιν τῆς εἰς τὸν εὐγενέστατον υἱὸν ἀσεβείας*, *ob conscientiam impietatis erga praestantissimae indolis filium.* *Εὐγενές τι φρονήσασα*, *ingenuum aliquid sapiens* dicitur Andromeda apud Eratosthenem *Catafter.* c. 17. p. 113. Dionysius Hal. *ant.* l. 1. p. 6. vitam iucundam et facilem opponit, *βίῳ εὐγενεστάτῳ καὶ φιλοτιμωτάτῳ*, *vitae generosae et honoratae.* Ibid. l. 6. p. 386. Appio tribuitur *προαίρεσις τῶν πολιτευμάτων εὐγενὴς*, *generosus in rebus administrandis animus.* Contra ea Arrianus *Diff. Epict.* l. 3. c. 26. p. 346. homines *abiectiores* vocat *ἀγενεστέρους τῶν δραπετῶν.*

V. 15.

Οἱ δὲ καθιστῶντες τὸν Παῦλον, ἤγαγον αὐτὸν ἕως Ἀθηνῶν.

Καθιστάω est, *aliquo deduco*, *comitor*, *dux itineris sum*, idem quod *προπέμπειν*, c. 20, 38. Moris vero erat Christianis, vt Apostolos ad vrbes alias comitarentur, partim honoris caussa, partim vt viae duces essent, partim vt iis de hospitio in locis, ad quos deducebantur, prouiderent, vide infra c. 21, 16. Generatim *deducere* vox notat apud Lucianum *dial. mar. Plut.* p. 220. vbi de Menippo Cynico dicitur: *ἢ ἐκεῖνον ποῖ κατάστησον*, *aut illum in alium locum deducas*, *aut nos alio migrabimus.* *Comitari* aut *viae ducem esse* verbum hoc designat apud Appianum *bell. Parth.* p. 278. vbi de Mardo viae duce dicitur: *ὁ δὲ δῆσαι παρεῖχεν αὐτὸν, ἄχρις οὗ καταστήσῃ τὸν στρατὸν εἰς Ἀρμενίαν*, *vinciendum se praebebat*,

bebat, donec exercitum in Armeniam deduceret. In *tabula* Cebetis p. 42. Continentia et tolerantia viatoribus pollicentur, *αὐτὲς καταςῆσαι πρὸς τὴν ἀληθινὴν παιδείαν, ad veram eruditionem illos perducere. Comitandi* sensu vox quoque occurrit apud Arrianum *rerum indic.* p. 561. vbi Hydraces Gadrusius Nearcho et classi eius pollicitus esse dicitur, *καταςήσειν αὐτὲς μέχρι Καρμανίης, se illos ad Carmaniam vsque comitaturum esse.* Plutarchus in *Pericle* p. 154. *Iussit vni e seruis, accenso lumine παραπέμψαι καὶ καταςῆσαι πρὸς τὴν οἰκίαν τὸν ἄνθρωπον, hominem comitari et domum deducere.*

v. 18.

Τινὲς δὲ τῶν Ἐπικερείων καὶ τῶν Στωϊκῶν φιλοσόφων συνέβαλλον αὐτῷ· καί τινες ἔλεγον· τί ἂν θέλοι ὁ σπερμολόγος ἕτος λέγειν; οἱ δέ, ξένων δαιμονίων δοκεῖ καταγγελεὺς εἶναι.

Συνέβαλλον αὐτῷ, verte: *congressi sunt*, f. *collocuti sunt cum illo.* Sic Iosephus *bell. Iud.* l. 1. c. 17. p. 756. de Archelao, qui ad inuisendum Herodem Hierosolymam venerat, dicit: *συμβαλὼν γὰρ εὐθέως αὐτῷ, statim illum conueniebat.* Praesertim vox adhibetur de *familiaribus congressibus et colloquiis philosophorum.* Iamblichus *vit. Pythag.* c. 3. p. 33. de Pythagora Sidone commorante dicit: *ἐνταῦθα δὲ συμβαλὼν τοῖς τε Μώχε τε φυσιολόγε προφήταις ἀπογόνοις, congrediebatur ibi cum prophetis a Mocho naturalium interprete oriundis.* Arrianus *Dissert. Epict.* l. 3. c. 9. p. 283. *ἀνθρώπῳ δ' ὡς ἀνθρώπῳ συμβάλλει, hominem vt hominem conuenit, qui decreta eius peruestigat, et sua vicissim demonstrat.* Paulo post: *si quod habeo prauum dogma, eripe illud: si quod habes; adfer in medium; τετό ἐςι φιλοσόφῳ συμβάλλειν, hoc est cum philosopho congredi.* Supplere potes vocem, λόγες; sic enim plene Euripides *Iphig. in Aul.* v. 830. *αἰσχρὸν δέ μοι γυναιξὶ συμβάλλειν λόγες, turpe vero mihi est, loqui cum mulieribus.*

Qui σπερμόλογον vocarunt Apostolum, non iidem philosophi fuisse videntur. Indignum quippe philosophis conuitiis pugnare a plebe desumtis. Non assentior Doctiss. Oleario, qui σπερμολόγον explicat per hominem, *qui inutiles absque iudicio spargat sermones*, quasi σπείροντα λόγους; vocis quippe forma talem etymologiam non patitur; tales quippe homines λογοσπόροι dicendi fuissent. Σπερμολόγος dicitur ὁ σπέρματα λέγων. Primario sic vocantur auiculae vel animalia, quae seminibus collectis vitam tolerant. Habes vocem hoc sensu apud Maximum Tyrium *Diss.* 13. p. 133. et Plutarchum de *animi tranquill.* p. 473. Hinc improprie σπερμολόγοι sunt homines de alieno viuentes, quos *parasitos* vocant veteres, quale hominum genus *scurrilitate*, *garrulitate* et *adulationibus* sibi victum quaerere aliisque placere studet. Quo factum est, vt vox denique ad homines *vilissimos*, *contemtissimos* et *petulantes* significandos adhibeatur. Plutarchus *discr. adul. et am.* p. 65. adulatoribus duo vitia cognata tribuit βωμολοχίαν καὶ σπερμολογίαν; vbi prius vitium eorum est, qui ad altaria sedentes quum sacrificia fiunt adulando stipem petunt; de quo vide Harpocrationem in βωμολοχεύεσθαι; sic posterius *parasiticam viuendi rationem* notat. Idem *de genio Socrat.* p. 712. Erat huius furfuris Philonides σπερμολόγος ἄνθρωπος, *homo scurrilis* apud Dionysium Hal. *excerpt. legat.* p. 743. qui ob vinolentiam Cotyla cognominatus est. Saepius vox de *scurrilitate* et *linguae intemperantia* communi parasitorum vitio occurrit. A Demosthene *de corona* p. 331. Aeschines ob petulantiam linguae vocatur σπερμολόγος, περίτριμμα ἀγορᾶς, ὄλεθρος γραμματεὺς, *scurra*, *rabula forensis*, *scriba perditus*. Et a Philone *legat. ad Caium* p. 1021. Helicon, qui Caio consilia Iudaeis periculosa suggerebat, vocatur: δοῦλος σπερμολόγος περίτριμμα, *seruus scurra et veterator*. In Plutarchi *epit. Comparat. Aristoph. et Men.* p. 853. Aristophani tribuitur σπερμολογία καὶ φλυαρία ναυτιώδης, *scurrilitas et garrulitas nauseam mouens*. *Verba inconsiderata*, quae ab iratis euomuntur, idem de *ira* p. 456.

p. 456. *σπερμολόγα ῥήματα* vocat. *Pueri viles* ab Athenaeo vocantur *τὰ σπερμολόγα τῶν παιδαρίων* l. 3. c. 9. p. 85.

Inuisa omnino fuere Atheniensibus *ξενὰ δαιμόνια*, secus quam visum est viris doctis nonnullis. Ipse locus Strabonis l. 10. p. 722. quem in contrarium adducunt, illud suadet. Dicit: *Athenienses quemadmodum alias, morem suum peregrina adsciscendi, ita etiam, quod ad Deos attinet tenuerunt.* Πολλὰ γὰρ τῶν ξενικῶν ἱερῶν παρεδέξαντο, ὥστε καὶ ἐκωμῳδήθησαν, *multa enim sacra peregrina receperunt, quare et in Comoediis exagitati sunt.* Loquitur de praeterito et antiquissimis temporibus; ita tamen, vt illam peregrinorum sacrorum receptionem, multis ludibrio fuisse concedat. Hoc sane aeuo scelus erat morte luendum, si quis Deos peregrinos introduceret. Iosephus *cont. Apion.* l. 2. p. 1079. de Atheniensibus dicit: *νῦν μὲν γὰρ τὴν ἱέρειαν ἀπέκτειναν, ἐπεί τις αὐτῆς κατηγόρησεν, ὅτι ξένους ἐμύει Θεούς· νόμῳ δ' ἦν τοῦτο παρ' αὐτοῖς κεκωλυμένον καὶ τιμωρία κατὰ τῶν ξένον εἰσαγόντων Θεὸν ὥριστο θάνατος*, *nuper enim sacerdotem quandam occiderunt, quoniam eam quidam accusauit, quod peregrinos coleret Deos; id vero lege apud eos prohibitum, et qui peregrinos introducerent Deos, iis poena mortis statuta erat.*

v. 21.

Ἀθηναῖοι δὲ πάντες καὶ οἱ ἐπιδημοῦντες ξένοι εἰς οὐδὲν ἕτερον εὐκαίρουν, ἢ λέγειν τί καὶ ἀκούειν καινότερον.

Diuidebantur Athenis viuentes in *πολίτας, μετοίκους καὶ ξένους*, qua distinctione vtitur Demosthenes *adu. Aristocrat.* p. 432. vbi *μέτοικοι* sunt *hospites Athenis domicilium habentes.* Latiori sensu vero generatim *πολῖται* s. *ἀστοὶ* et *ξένοι* opponuntur, ita vt *ξένοι, τοὺς μετοίκους* et *τοὺς ξένους* strictiori sensu simul comprehendant. Sic idem in *Neaeram* saepe hanc vocat *ξένην*, quae tamen ciui Atheniensi nupta Athenis habitabat. Hinc quaestio oritur, an *ἐπιδημοῦντες ξένοι* sint sensu latiori *omnes peregrini*,

qui ius ciuitatis non habebant, an ii tantum qui Athenis fixam sedem non habentes, ad tempus ibi commorabantur. Ego phrasin non nisi strictiori sensu reperio. Theophrastus *charact. eth.* c. 4. p. 575. garrulum dicit saepe narrare solere: ὡς πολλοὶ ἐπιδημῦσι ξένοι, *multos hospites in vrbe adesse.* Demosthenes in *Neaer.* p. 522. ξένων δ' ἐ πάνυ ἐπιδημία ἦν αὐτόθι, *non multi tunc peregrini ibi aderant.* Lycurgus adu. *Leocrat.* p. 126. ἐ μόνον πολίτης ἀλλὰ καὶ ξένος ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις ἐπιδεδημηκώς. Lucianus *dial. mar. Dor. et Gal.* p. 189. τὲς ἐπιδημῦντας τῶν ξένων a Cyclope deuoratos dicit; idem quoque *ver. hist.* l. 2. p. 781. a mulieribus quibusdam marinis factum esse fabulatur. Xenophon *dict. et fact. Socr.* l. 1. p. 450. τὲς ἐπιδημῦντας ἐν Λακεδαίμονι ξένες, a Licha hospitio exceptos dicit. Puto igitur vocem Ἀθηναίων hic latius sumendam esse, vt non solum *ciues* Athenienses, sed et τὲς μετοίκες simul includat. Sic Θεσσαλονικεῖς 1 et 2 Thess. 1, 1. sunt *incolae Thessalonicae.*

Εὐκαιρεῖν h. l. est *vacare, tempus* rei *impendere animum intentum habere.* Lucianus in *amorib.* p. 1050. ηὐκαίρεν ἐπινοεῖν τι τῶν κρειττόνων, *ad aliquid melius comminiscendum intenti erant.* Philo in *Flaccum* p. 969. vulgus vrbanum vocat, ἐνευκαιρῦν διαβολαῖς καὶ βλασφημίαις, *calumniis et maledictis tempus impendens.* Idem *leg. ad Cai.* p. 1017. Plutarchus *de flumin.* de *Hebro* p. 1151. προσηυκαίρει κυνηγίαις, *venationibus vacabat.* Ibid. de *Indo* p. 1164. τῶν ἐγχωρίων τῇ δεισιδαιμονίᾳ προσευκαιρύντων.

Καινότερον aliquid *noui* notat, et *compar.* pro *positiuo* positus est, quod frequens in hac phrasi. Plutarchus de *genio Socr.* p. 587. μήτι καινότερον - - προσπέπτωκεν, *ecquid noui accidit?* Similiter idem loquitur ibid. p. 594. et in *Arato* p. 1030. Lucianus in *Ioue trag.* p. 215. ἥπε τι ἐκ γῆς νεώτερον ἀναγγέλλεις; Euripides in *Oreste* v. 1327. τί δὲ νεώτερον λέγεις; *quid noui dicis?*

v. 25.

v. 25.

Οὐδὲ ὑπὸ χειρῶν ἀνθρώπων θεραπεύεται προσδεόμενός τινος, αὐτὸς διδὲς πᾶσι ζωὴν καὶ πνοὴν καὶ τὰ πάντα.

Idem fatetur fummus facerdos Simon 3 Maccab. 2, 9. de templo ad Deum loquens. Dicit, ἡγίασας τὸν τόπον τῦτον εἰς σὺν ὄνομά σοι τῷ τῶν ἁπάντων ἀπροσδεεῖ, *fanctificafti tibi hunc locum nomini tuo, qui tamen nulla re indiges.* Idem docuere philofophi gentilium. Hierocles *carm. aur. Pythag.* p. 25. ὅςις τιμᾷ τὸν Θεὸν ὡς προσδεόμενον, ὗτος λέληθεν οἰόμενος ἑαυτὸν τῦ Θεῦ εἶναι κρείττονα, *quicunque Deum vt aliqua re egentem honorat, is non intelligit, quod fe ipfum Deo potentiorem faciat.* Vide ibi fequentia. Salluftius de *Diis et mundo* c. 14. p. 270. de Deo dicit: ὐδὲ δώροις θεραπεύεται· ἡδονῇ γὰρ ἂν ἡττηθείη, *neque oblationibus demulcetur, id enim effet voluptate vinci.* Ibid. c. 15. p. 271. αὐτὸ μὲν γὰρ τὸ θεῖον ἀνενδεές, αἱ δὲ τιμαὶ τῆς ἡμετέρας ὠφελείας ἕνεκα γίνονται, *numen ipfum quidem nulla re indiget, honores ipfi tantum noftri commodi cauffa deferuntur.*

v. 26.

Ἐποίησέ τε ἐξ ἑνὸς αἵματος πᾶν ἔθνος ἀνθρώπων.

Vox αἷμα h. l. tutius per *ftirpem*, f. *profapiam*, quam per *femen* explicatur. Reftringitur enim vocabulum interdum ad matres. Sic apud Euripidem in *Ione* v. 693. Ion dicitur, ἄλλων τραφεὶς ἀφ᾽ αἱμάτων, *alio enutritus fanguine* i. e. ex alia matre natus. Iofephus *ant.* l. 20. c. 8. p. 700. ad patrem vocabulum reftringit, pontifices omnes teftans nafci debuiffe, ἐξ αἵματος τῦ Ἀαρῶνος, *e ftirpe Aaronis.* Plerumque vox generatim adhibetur et ad *fanguinem* tam maternum quam paternum refpicit. Apud Plutarchum *apophth. Lacon.* p. 240. de filio Acrotato mater dicit: ἔδειξε οἵε αἵματος ἦν, *oftendit, qua ftirpe ortus fit.* Diogenes Laërt. l. 4. c. 7. §. 1. Bioni

 hunc

hunc tribuit versum, *ταύτης τοι γενεῆς τε καὶ αἵματος εὔχομαι εἶναι*, *hoc me genere et stirpe natum esse glorior.* Iosephus *ant.* l. 11. c. 6. p. 380. Hamanem vocat *ἀλλότριον τῦ Περσῶν αἵματος.* Idem ib. l. 7. c. 10. p. 237. Dauidem vocat cum tribu Iudae *κοινὸν αἷμα κεκληρωμένον*, *eodem sanguine ortum.* Ibid. l. 4. c. 8. p. 131. *οἱ ἐξ αἵματος*, et l. 6. c. 5. p. 175. *οἱ ἀφ᾽ αἵματος* vocantur *consanguinei.* Hinc explica verba Ioh. 1, 13. *οἳ οὐκ ἐξ αἱμάτων.* *Οἱ ἐξ αἱμάτων* sunt *consanguinei* Christi, Iudaei nempe, qui v. 11. *ἴδιοι* vocantur. Ad hos quidem alio sensu pertinebat *υἱοθεσία* Rom. 9, 4. Exod. 4, 22. at qua tales non erant reuera regeniti, s. *τέκνα Θεῦ* sensu strictiori, nisi et *e Deo nati essent.*

V. 31.

Διότι ἔστησεν ἡμέραν, ἐν ᾗ μέλλει κρίνειν τὴν οἰκεμένην ἐν δικαιοσύνῃ, ἐν ἀνδρὶ ᾧ ὥρισε, πίστιν παρασχὼν πᾶσιν, ἀναστήσας αὐτὸν ἐκ νεκρῶν.

Ἔστησεν ἡμέραν, *diem constituit.* Dionysius Hal. *ant.* l. 6. p. 378. *ἡμέραν ἔστησαν ἀρχαιρεσιῶν*, *diem constituerunt comitiis.* Pindarus *Olymp.* 10. v. 70. *πενταετηρίδ᾽ ὅπως ἄρα ἔστασεν ἑορτὰν*, *quinquennalem quomodo instituerit festiuitatem.*

Ἐν δικαιοσύνῃ, *cum iustitia*, *iuste*, *vti par est*, sine *hebraismo.* Plutarchus de *Is. et Osir.* p. 375. *amare sicut virum legitimum et iustum*, *ἐν δικαιοσύνῃ*, *iusto modo.* Nicolaus Damascenus *excerpt. Vales.* p. 446. *ἐφύλαττε τὰ τῦ πατρὸς εἰσηγήματα ἐν δικαιοσύνῃ*, *instituta patris cum iustitia obseruabat.*

Πίστιν παρέχειν notare potest, *fidem praestare*, *fidum se praebere.* Sic apud Iosephum *ant.* l. 7. c. 8. p. 231. amicus Dauidis eandem Absalomo *πίστιν* et *εὔνοιαν* pollicetur, de qua dicit: *ἣν εἴωθά με τῷ πατρί σε παρεσχημένον*, *quam me patri tuo praestitisse nosti.* Idem etiam cont. *Apion.* p. 1063. voce actiua dicit: *διὰ τὴν ἐπιείκειαν καὶ πίστιν, ἣν αὐτῷ παρέσχον Ἰεδαῖοι*, *propter*

propter aequitatem et fidem, quam ei praebuere Iudaei. Non est haec notio ab hoc loco tam aliena, quam putat Raphelius. *Fidum se exhibuisse* Deus dici potest πᾶσι tam gentilibus quam Iudaeis v. 30. 1) promissiones de salute etiam gentibus conferenda, iam post Christi resurrectionem implens, πιςὸς enim Deus praecipue est ob ἐπαγγελίας Hebr. 10, 23. 2) *se aequum, iustum ac misericordem* omnibus etiam gentilibus exhibendo; omnes enim hae notiones latent in *fidelitate* Dei, vt Deut. 32, 4. 1 Ioh. 1, 9. 1 Petr. 4, 19.

Malo tamen acquiescere in explicatione Doctiss. Raphelii, qui πίςιν παρέχειν explicat, *fidem facere, demonstrationes et argumenta ad rem probandam proferre.* Ita vt Christi resurrectio hic adducatur vt argumentum, quod idem Iesus a Deo Iudex sit constitutus. Est haec frequentior phraseos significatio. Demosthenes adu. *Androt.* p. 421. *si quis nudis verbis vsus*, μὴ παράσχηται πίςιν ὧν λέγει, *orationi suae nullis argumentis fidem facit.* Aeschines *de fals. leg.* p. 254. πίςεις τῶν εἰρημένων ἱκανὰς ὑμῖν οἶμαι παρασχέσθαι, *argumenta eorum, quae dixi, sufficientia vobis me puto attulisse.* Strabo l. 1. p. 42. μείζω πίςιν παρέχουσιν, *maiorem fidem faciunt.* Plutarchus in *Lysandro* p. 435. τούτων δὲ τὴν πίςιν ἑκάςῳ δι᾽ ἔργων παρεῖχε. Idem *sympos.* l. 8. qu. 5. p. 725. Thucydides l. 6. p. 149. ὀργῇ πίςιν παρασχομένη, *ira fidem faciente.* Ibid. l. 4. p. 87. Iosephus *ant.* l. 2. c. 5. p. 55. *mox oraculo*, πίςιν ὁ τοκετὸς παρεῖχε, *fidem fecit partus.* Ibid. l. 15. c. 11. p. 532. Et cont. *Apion.* l. 1. p. 1039. et l. 2. p. 1076.

CAP. XVIII. v. 2.

Προσφάτως ἐληλυθότα ἀπὸ τῆς Ἰταλίας.

Vocula προσφάτως, *recens, nuper* ἀρτίως Polybio familiaris est et saepe vt h. l. cum praeterito iungitur. Sic ille l. 4. c. 51. p. 441. ἀναδεδειχότα προσφάτως αὐτὸν βασιλέα, l. 5. c. 52. p. 552. προσφάτως καὶ παραδόξως

δόξως - ἐγκρατὴς γεγονέναι, c. 64. p. 569. προσφάτως ἐκ τῆς Ἑλλάδος διαβεβηκότες, c. 65. p. 570. προσφάτως ἐπισυναχθέντες, c. 83. p. 592. προσφάτως παρειληφέναι τὰς ἀρχὰς, l. 9. c. 23. p. 782. Sic et Iosephus *bell. Iud.* l. 1. c. 5. p. 718. Damascum vocat, ἑαλωκυῖαν προσφάτως ὑπὸ Μετέλλȣ καὶ Λολλίȣ. Diodorus Siculus *excerpt. Valef.* p. 370. Attalum vocat, προσφάτως διαδεδεγμένον τὴν ἀρχήν.

V. 10.

Καὶ ἐδεὶς ἐπιθήσεταί σοι τȣ̃ κακῶσαί σε.

Ἐπιτίθεσθαι cum dandi casu significat, *adoriri*, *invadere*, *aggredi*. Vsurpatur vox 1) de aperto Marte alios *inuadentibus*. Apud Apollodorum *biblioth. Deor.* l. 1. p. 2. terra filiis suis persuasisse dicitur, ἐπιθέσθαι τῷ πατρὶ, *vt patrem adorirentur*. Vid. ib. paulo post. Iosephus *ant.* l. 14. c. 24. p. 495. Herodem dicit, fratrem impulisse, Πακόρῳ καὶ τοῖς ἥκȣσιν ἐπιτίθεσθαι, *vt Pacorum et reliquos venientes adoriretur.* Ibid. l. 13. c. 9. p. 439. 2) Notat, *insidiari*, *insidiose adoriri.* Maximus Tyrius *Diss.* 12. p. 119. de erumpentibus ex equo Troiano Graecis dicit: μεθύȣσιν ἐπιθέμενοι, *ebrios adorti ceperunt vrbem.* Achilles Tatius l. 6. p. 363. ἐμοὶ δὲ ἡ συνήθης τύχη πάλιν ἐπιτίθεται, *fortuna mihi pro more iterum insidiata est.* Dionysius Hal. *ant.* l. 5. p. 299. τίσιν ἀφορμαῖς χρυσάμενος ἐπιθήσεταί σοι, *quibus occasionibus vtens insidias tibi moliturus sit.* 3) *Infestare*, *variis iniuriis lacessere.* Iosephus *ant.* l. 18. c. 12. p. 649. *Sublato Anilaeo*, ἐπετίθεντο τοῖς Ἰȣδαίοις οἱ Βαβυλώνιοι, *Iudaeos Babylonii infestabant*, vbi ἐπιτίθεσθαι paulo post per ὕβριν explicatur. Maximus Tyrius *Diss.* 36. p. 357. συγγενεῖς καὶ συνεςίȣς πολεμίȣς πάντας πᾶσιν ἐπιτιθεμένȣς, *cognatos*, *commensales*, *inimicos*, *omnes sibi mutuo insurgentes.* 4) *litem alicui intendere*, *in iudicio persequi.* Demosthenes cont. *Eubulid.* p. 537. διὰ ταύτην τὴν ἔχθραν ἐπιτίθεταί μοι, *propter hoc odium me oppugnat* sc. in iudicio. Singulae hae notiones in verbis nostris coniungi possunt.

possunt. Immunitas vero a quibusuis hostium insultibus Paullo promissa, de eo tantum tempore intelligenda est, quo is Corinthi commorabatur.

v. 14.

Κατὰ λόγον ἂν ἠνεσχόμην ὑμῶν.

Λόγος h. l. *voluntatem*, *beneplacitum* denotat, notione a λέγειν *eligere* deriuanda. Sic Iosephus *ant.* l. 6. c. 14. p. 203. de Saulo Dauidem persequi desinente dicit: Σαέλῳ δὲ ταῦτα ἀκέσαντι λόγος ἔκετ' ἦν πέμπειν ἐπ' αὐτὸν ἢ βαδίζειν, *Saulo quum id audiuisset, non placebat amplius, contra illum aut proficisci aut milites mittere.* Hinc κατὰ λόγον est, *ex voto*, *ex animi sententia.* Sic Polybius l. 3. c. 24. p. 235. *factum est, vt omnia praeter opinionem*, καὶ κατὰ λόγον αὐτῷ χωρῆσαι, *et ex animi sententia ipsi succederent.* Idem l. 5. c. 36. p. 532. ἐὰν κατὰ λόγον αὐτοῖς χορήσῃ τὰ πράγματα. Idem ibid. c. 45. p. 542. διὰ τὸ κατὰ λόγον σφίσι προχωρεῖν τὰς πρώτας ἐλπίδας, *propterea quod spes primae ex voto illis successissent.*

Ἀνέχεσθαι notat, *aures praebere*, *dicenti patienter auscultare.* Achilles Tatius l. 7. p. 447. ἐ παύσεσθε φληνάφων ἀνεχόμενοι; *nonne desinetis tam vanis nugis aures praebere?* Iosephus *bell. Iud.* l. 1. c. 10. p. 729. ὡς μηδὲ λόγε τῶν ἐχθρῶν ἀνέχεσθαι, *ita vt ne verbis quidem inimicorum auribus vacaret.* Aeschines *epist.* 7. p. 125. δεηθείην ἀνέχεσθαι πολὺ μᾶλλον τῶν λοιδορέντων ἡμᾶς, *vos rogatos volo, vt potius maledicos nostros audiatis.* Demosthenes *or.* 3. in *Philip.* p. 45. ἀνέχεσθαί τινων ἐν ταῖς ἐκκλησίαις λεγόντων, *quod aures nonnullis praebeatis, qui in concionibus dicunt.* Idem adu. *Leptin.* p. 369. ἢ δῆλον, ὅτι φωνὴν ἐκ ἀνάχοισθε, ὡς συκοφαντέντων; *nonne certum est, quod illis vt calumniatoribus non auscultaturi sitis?* Idem *exord.* 27. *conc.* p. 140. item *de fals. legat.* p. 213. et in *Timocrat.* p. 484.

v. 24.

V. 24.

Ἰουδαῖος δέ τις Ἀπολλῶς ὀνόματι Ἀλεξανδρεὺς τῷ γένει ἀνὴρ λόγιος κατήντησεν εἰς Ἔφεσον, δυνατὸς ὢν ἐν ταῖς γραφαῖς.

Λόγιοι generatim funt *eruditi*, *fapientes*. Sic Plutarchus *praec. coniug.* p. 140. fubditos dicit λογίους *doctos* fieri, fi principes fint, φιλολόγοι *litterarum amantes.* Idem in *Numa* p. 67. λογιωτάτους Ῥωμαίων, *Romanorum eruditiffimos* vocat. Praefertim λόγιοι vocantur 1) *hiftorici*. Dionyfius Hal. *ant.* l. 1. p. 6. fe ad hiftoriam pertinentia didiciffe perhibet e colloquiis τῶν λογιωτάτων ἀνδρῶν. Ibid. p. 9. *praeftantiffimos Romanorum hiftoricos* vocat, λογιωτάτους τῶν Ῥωμαίων συγγραφέων. *Qui* Delphis *hiftorias optime callebant*, eos Plutarchus de *oracul. def.* p. 433. vocat λογιωτάτους Δελφῶν. 2) *eloquentes.* Mercurium Lucianus in *Gallo* p. 234. vocat Deorum omnium λαλίστατον et λογιώτατον. Λόγιον Ciceronem vocat Auguftus tefte Plutarcho in *Cicerone* p. 886. Ibid. in *apophth.* p. 205. ipfe Cicero dicit, *fibi plus effe fidei* ἢ λογιότητος, *quam facundiae.* Ibid. p. 204. ἐξ ἀφώνου λόγιος, *ex muto eloquens.* Idem de *glor. Athen.* p. 348. Euripidis fapientiam et Sophoclis λογιότητα praedicat; et de *garrul.* p. 506. Vlyffem λογιώτατον ab Homero factum effe σιωπηλότατον afferit. 3) *futura praedicere et fomnia explicare fcientes.* Tales inter Aegyptios λογιωτάτους Αἰγυπτίων vocat Iofephus *ant.* l. 1. c. 9. p. 17. et l. 2. c. 3. p. 45. quo vltimo loco de iis, qui Pharaoni fomnia explicare debebant, fermo eft. Dionyfius Hal. *ant.* l. 3. p. 203. Τυῤῥηνῶν αὐτὸν παραδίδωσι τῷ λογιωτάτῳ, *tradidit eum Etrufcorum doctiffimo, vt auguralem artem difceret.* 4) apud Iudaeos λόγιοι, funt, *peculiari facrarum litterarum peritia praediti*, τὰ γράμματα εἰδότες Ioh. 7, 15. Sic Iofephus *ant.* l. 17. c. 8. p. 596. Iudam et Matthiam celebres Iudaeos vocat, Ἰουδαίων λογιωτάτους, et τῶν πατρίων ἐξηγητὰς νόμων. Pleraeque hae notiones ad Apollonem applicari poffunt.

CAP.

CAP. XIX. v. 1.

Παῦλον διελθόντα τὰ ἀνωτερικὰ μέρη ἐλθεῖν εἰς Ἔφεσον.

Quid per ἀνωτερικὰ μέρη *regiones superiores* intelligendum sit, adhuc disceptatur. Grotius et alii post illum male *partes Asiae minoris septentrionales*, Pontum et Bythiniam, intelligunt. Sed deest probatio. Ego cum Cellario Galatiam et Phrygiam intelligo. Hic enim tantum veluti in transitu dicitur: διελθὼν, *postquam transiisset per regiones superiores*; adeoque palam phrasis haec respicit, ad illud c. 18, 23. διερχόμενος καθεξῆς τὴν Γαλατικὴν χώραν καὶ Φρυγίαν, ita vt verba haec idem significent. Littus maris Aegei et vrbes regionesque huic vicinae adeoque et Ephesus κάτω *infra* iacere a Graecis dicuntur; hinc regiones quaelibet vlterius orientem versus excurrentes ἄνω *superius* sitae erant; proinde ἀνωτερικὰ μέρη h. l. sunt regiones, quae respectu Ephesi ad orientem iacent. Hinc itinera a mari Aegeo orientem versus facta ἀναβάσεις vocantur, quale est decantata illa Cyri ἀνάβασις, iter vero ad mare Aegeum est κατάβασις. At propius huc pertinet locus Xenophontis *Cyrop.* l. 7. p. 123. vbi Cyrus Aegyptiis vrbes quasdam donasse dicitur τὰς μὲν ἄνω, *nonnullas superius sitas* et praeterea Λάρισσάν τε καὶ Κυλλήνην παρὰ Κύμην πλησίον θαλάσσης, *Laryssam et Cyllenen iuxta Cymen prope mare*, vbi vrbes maritimae Aeolicae opponuntur ταῖς ἄνω *orientem versus sitis*. Similiter de Artabazo cum exercitu ad littus maris Aegei in Troade commorante Demosthenes *adu. Aristocr.* p. 450. *Ille commeatus accipiebat*, ἐκ τῆς ἄνωθεν Φρυγίας, *e Phrygia superiore.*

v. 19.

Ἱκανοὶ δὲ τῶν τὰ περίεργα πραξάντων.

Περίεργα, *curiosa* h. l. omnino *artes magicas* significant. Addam iis, quae obseruarunt alii, duos locos sat luculentos. In *testamento 12 patriarch.* p. 705. Iosephus dicit,

dicit, missum sibi esse ab vxore Potipharis cibum, *ἐν γοητείᾳ πεφυρμένον*, *cum incantatione confectum*, et paulo post addit: *καὶ συνῆκα ὅτι ἡ περιεργία αὕτη εἰς ἀποπλάνησιν ψυχῆς ἐστι*, *et intellexi, quod factum hoc curiosum ad animum decipiendum faceret.* Dio Cassius *excerpt. Vales.* p. 714. de imperatore Adriano dicit: *ὁ Ἀδριανὸς περιεργότατος ἦν καὶ μαντείαις καὶ μαγγανείαις παντοδαπαῖς ἐχρῆτο*, *Adrianus admodum curiosus erat et diuinationibus magicisque artibus vtebatur.* Ex his qui hic *artes magicas* exercuerant, plurimi procul dubio e Iudaeis fuere conuersi. Celebres sane erant tum magi Iudaeorum, vide v. 13. quales carminibus daemones, morbos cet. expellere volebant. Lucianus in *tragopod.* p. 1056. a nonnullis Iudaeos quoque ad podagram expugnandam adhibitos asserit, dicens: *ἄλλος ἐπ' ἀοιδαῖς ἐπιθετῶν ἐμπαίζεται, Ἰουδαῖος ἕτερον μῶρον ἐξάδει λαβὼν*, *alius Carminibus animum adhibens illuditur; Iudaeus excantat fatuum nactus alium.*

v. 20.

Οὕτω κατὰ κράτος ὁ λόγος τοῦ κυρίου ηὔξανε.

Incrementa hic cepisse dicitur verbum Dei *κατὰ κράτος magna vi.* Sic Polybius l. 17. c. 20. p. 1057. *οἱ μισθοφόροι πιεζόμενοι κατὰ κράτος, ὑπὸ τῶν πολεμίων*, *mercenarii, qui magna vi ab hostibus premebantur.* Lucianus in *abdicato* p. 830. corpora nonnulla dicit: *κατὰ κράτος ὑπὸ τῶν νοσημάτων λαμβανόμενα*, *magna vi a morbis occupari.* Xenophon *Cyrop.* l. 4. p. 66. *ἔφευγον δὴ καὶ αὐτοὶ κατὰ κράτος*, *fugiebant etiam illi quam maxime poterant.* Latent hic duae notiones speciales. Innuitur 1) *maximopere*, *valdequam* creuisse verbum Dei. Sic apud Plutarchum *apophth. lac.* p. 213. regi Persarum Agesilaus promittit, *ὅτι καὶ αὐτὸς φίλος αὐτῷ κατὰ κράτος ἔσοιτο*, *se etiam summopere ipsi fore amicum.* 2) significatur *vi* creuisse verbum Dei, ita vt respiciatur ad repugnantiam, qua *οἱ σκληρυνόμενοι* v. 9. incantatores v. 13. 19. aliique verbo diuino restiterint, quam tamen verbum

verbum diuinum partim *vi insita*, partim per additas δυνάμεις v. 11. vicerit. Hoc sensu, quod κατὰ κράτος *vi* fit, *renitentiam* quandam supponit. Dionysius Hal. *ant.* l. 1. p. 66. τῶν χωρίων κατὰ κράτος ἐξειργόμενοι, *e pascuis vi expulsi.* Thucydides l. 3. p. 84. ὅσοι Σικελῶν κατὰ κράτος ἀρχόμενοι ὑπὸ Συρακουσίων, *Siculi quibus vi imperabant Syracusani.* Ibid. l. 2. p. 41. Ἄστακον - - λαβόντες κατὰ κράτος, *Astacum - - vi expugnantes.* Demosthenes de *corona* p. 318. *vrbes imperium detrectantes*, κατὰ κράτος λαβόντες *vi cepimus.* Idem in *Phorm.* p. 587. κατὰ κράτος ἐξελεγχόμενος ψευδῆ μαρτυρῶν, *falsi testimonii, vi conuictus.*

v. 21.

Ἔθετο ὁ Παῦλος ἐν τῷ πνεύματι.

Frustra sunt, qui per πνεῦμα h. l. spiritum sanctum intelligunt: falluntur quoque Grotius et alii, qui phrasin inter *locutiones hebraicas* referunt. Verte: *In animum induxit Paulus*, s. *apud animum constituit*, *consilium cepit.* Ponitur vero: ἐν τῷ πνεύματι pro εἰς τὸ πνεῦμα. Sic Luc 21, 14. θέσθε εἰς τὰς καρδίας ὑμῶν, *apud animum statuite.* Et Plutarchus in *Ag. et Cleom.* p. 805. εὐθὺς μὲν εἰς νοῦν ἔθετο τὰ παρόντα μεθιστάναι, *in animum protinus induxit res nouare.* Frequentior phrasis est de iis, qui *animis* aliorum aliquid *inspirant.* Homerus *Odyss.* ζ. v. 140. τῇ γὰρ Ἀθήνη θάρσος ἐνὶ φρεσὶ θῆκε, *ipsi enim Pallas audaciam animo inspirauit.* Idem *Iliad.* φ. v. 145. μένος δὲ οἱ ἐν φρεσὶ θῆκε Ξάνθος, *robur vero ei inspirauit Xanthus.* Idem *Odyss.* ε. v. 427. εἰ μὴ ἐπὶ φρεσὶ θῆκε θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη, *nisi animo inspirasset* (sc. consilium aliquod) *Dea caesia Minerua.* Similiter εἰς νοῦν βάλλεσθαι dicitur, tam de iis, qui *consilium aliquod capiunt*, quam *qui aliis* aliquid *inspirant.* Vide dicta ad Ioh. 13, 2.

v. 25.

Ἐπίςασθε ὅτι ἐκ ταύτης τῆς ἐργασίας ἡ εὐπορία ἡμῶν ἐςι.

Ἐργασία hic *lucrum*, *quaestum* denotat; neque obstat, quod illud a τῇ εὐπορίᾳ distinguatur. Εὐπορία enim h. l. non *quaestum*, sed *copias*, *opes*, *facultates* indicat. Simillime voces has coniungit Demosthenes in *Neaer.* p. 522. ὡς αὐτῇ ἡ ἀπὸ τοῦ σώματος ἐργασία, οὐχ ἱκανὴν εὐπορίαν παρεῖχεν ὥςε διοικεῖν τὴν οἰκίαν, *quum illi quaestus corporis non satis magnas ad alendam familiam copias suppeditaret.* Dionysius Hal. *ant.* l. 2. p. 135. Numae temporibus ciues Romanos pluris fecisse dicit, τὸν ἐκ γῆς πλοῦτον, *diuitias quas tellus praebet*, quam τὴν ςρατιωτικὴν καὶ οὐκ ἐχοῦσην τὸ βέβαιον εὐπορίαν, *opes militia partas atque instabiles.*

v. 26.

Ὁ Παῦλος οὗτος πείσας μετέςησεν ἱκανὸν ὄχλον.

Μετέςησεν, *auertit*, *peruertit*, *ad alias cogitationes traduxit.* Frequentior est significatus *auertendi* et *dimouendi in aliam sententiam.* Thucydides l. 6. p. 150. de Nicia Athenienses a bello Siculo dehortaturo dicit, sperasse illum, quod παρασκευῆς δὲ πλήθει εἰ πολλὴν ἐπιτάξειε, τάχ᾽ ἂν μεταςήσειεν αὐτοὺς, *multitudine apparatus, si magnum imperaret, illos fortasse in aliam mentem traducturus esset.* Plutarchus in *Phocione* p. 750. βουλόμενος δὲ καὶ καθόλου μεταςῆσαι τὸ μειράκιον ἐκ τῆς διαίτης ἐκείνης, *quum vero puerum penitus ab hoc vitae genere auertere vellet.* Idem *in Galba* p. 1059. *Aliosque adeuntes adhortati sunt, vt perstarent, in fide erga imperatorem,* καὶ τοὺς πλείους μετέςησαν, *et plurimos in aliam sententiam dimouerunt.* Si de re mala, vel quae pro tali habetur, sermo est, verbum notat, *peruertere.* Plutarchus in *Othone* p. 1064. οὐ γὰρ ἦν ἡμερῶν τεσσάρων ἔργον, ὑγιαίνοντος ςρατοπέδου μεταςῆσαι, *non enim erat quatuor dierum opus, exercitum sanae mentis peruertere*, f. *ad defectionem permouere.*

v. 27.

Ὀυ μόνον δὲ τῦτο κινδυνεύει ἡμῖν τὸ μέρος εἰς ἀπελεγμὸν ἐλθεῖν.

Non solum vero haec nobis res periclitatur, vt in redargutionem veniat, f. *vt in vitio ponatur.* Similiter voce κινδυνεύειν vtitur Thucydides l. 3. p. 78. ἡ πόλις ἐκινδύνευσε πᾶσα διαφθαρῆναι, *tota vrbs periclitata est, vt periret.*

Τῦτο τὸ μέρος verte: *haec res*, *hoc negotium*, aut si placet, μέρος in versione plane omitti potest. Si ad vinum rem resecare velis: *partem* aliquam artis argentariae in desuetudinem abituram esse caussatur Demetrius, nempe ναΐδια conficiendi, multis tamen aliis artis huius *partibus* et *negotiis* superfuturis. Sic μέρος pro *re, negotio* aut pleonastice occurrit 2 Cor. 3, 10. et c. 9, 3. 1 Petr. 4, 16. et saepe apud Polybium; e. g. l. 5. c. 10. p. 501. de destructione templorum a Persis in Graecia facta dicit: τῶν Περσῶν μάλιστα περὶ τῦτο τὸ μέρος ἐξαμαρτόντων, *quum Persae maxime hac in re peccassent.* Ibid. c. 57. p. 560. Achaeum nomen et insignia regis assumsisse testatur, Συνίριδος αὐτὸν τῦ φυγάδος εἰς τῦτο τὸ μέρος μάλιστα προτρεψαμένυ, *Syniride exsule illum prae ceteris ad hanc rem impellente.* Idem l. 8. c. 20. p. 738. de venatione loquens dicit, διὰ τὴν ὑπερβάλλυσαν ἐπὶ τῦτο τὸ μέρος ἐπιθυμίαν, *propter singularem huius rei cupiditatem*; l. 9. c. 5. p. 757. παρασκευαῖς πρὸς τῦτο τὸ μέρος, *apparatui ad hanc rem faciendo*; l. 17. c. 4. p. 1038. Philippus fuisse dicitur, πρὸς τῦτο τὸ μέρος εὖ πεφυκὼς, πρὸς τὸ διαχλευάζειν ἀνθρώπυς, *ad hanc rem, ad irridendos nempe alios aptissimus.* Diodorus Siculus *excerpt. Vales.* p. 329. de luxu et voluptatibus, quas a Graecis adsciuerunt Romani, dicit, ἐζήλωσαν τῶν Ἑλλήνων τὴν περὶ τῦτο τὸ μέρος εὐχέρειαν, *imitati sunt Graecorum ad hanc rem propensionem.*

v. 31.

Παρεκάλουν μὴ δοῦναι ἑαυτὸν εἰς τὸ θέατρον.

Hortati ſunt illum, *ne in theatrum ſe conferret*, *ſ. coniiceret*. Sic Ioſephus *ant.* l. 7. c. 9. p. 232. εἰς κώμην τινὰ τῶν Ἱεροσολυμιτῶν οὐκ ἄπωθεν ἑαυτοὺς ἔδωκαν, *in vicum quendam non procul Hieroſolymis ſe coniecerunt.* Ibid. l. 15. c. 11. p. 531. de Herode dicit: καὶ τέλος εἰς τὰς ἐρημίας αὐτὸν διδοὺς, *tandem in ſolitudines ſe conferens.* Latet in Phraſi, *quod periculum Paulo in theatro immineat, cui ſe non debeat imprudens committere.* Hinc ſaepe additur, εἰς κίνδυνον ſ. κινδύνους. Demoſthenes de *corona* p. 339. ἔδωκα ἐμαυτὸν, ὑμῖν ἁπλῶς εἰς τοὺς περιεστηκότας τῇ πόλει κινδύνους, *me veſtra cauſſa in vrgentia rempublicam pericula conieci.* Polybius l. 3. c. 19. p. 239. παραβόλως διδοὺς αὐτὸν εἰς τοὺς κινδύνους, *periculis temere ſe obiiciens.* Dionyſius Hal. *ant.* l. 11. p. 708. εἰς κίνδυνον ἑκούσιον ἔδωκεν ἑαυτόν.

In theatrum vero hic confluebat multitudo, ex recepto Graecarum vrbium more, ex quo populus ſe aut legitime conuocatus, aut ſponte aut tumultuarie confluens εἰς τὸ ἐκκλησιάζειν v. 32. 41. in theatrum conferre ſolebat. Factum id Athenis eſſe docet Plutarchus in *Demetrio* p. 905. et Ioſephus *ant.* l. 14. c. 16. p. 482. Auſonius in *ſapient.* v. 11. p. 267. *Vna eſt Athenis, atque in omni Graecia, Ad conſulendum publici ſedes loci, Quam in vrbe noſtra ſero luxus condidit.* Idem Antiochiae moris fuiſſe narrat Ioſephus *bell. Iud.* l. 7. c. 9. p. 973. et c. 14. p. 976. et Tacitus *hiſt.* l. 2. c. 80. de Veſpaſiano dicit: *Tum Antiochenſium theatrum ingreſſus, vbi illis conſultare mos eſt, concurrentes et in adulationem effuſos alloquitur.* De eadem re etiam Alexandriae ſolemni teſtis eſt Philo in *Flaccum* p. 971. Auctore Valerio Maximo l. 2. c. 2. legati Romani Tarentum miſſi: *In theatrum, vt eſt conſuetudo Graeciae introducti, legationem, quibus acceperunt verbis peregerunt.* Agrigentinos fefelliſſe Alcibiadem in theatro diſſerentem, *vbi ex more*

Graeco-

Graecorum locus conſultationi praebebatur, teſtatur Frontinus in *ſtratagem.* l. 3. c. 2. Hic Epheſii congregati erant, v. 32. καὶ οἱ πλείους οὐκ ᾔδεισαν τίνος ἕνεκεν συνεληλύθεισαν. Simile quid accidebat Corinthi, vrbe hac per Aratum aſtu capta. Plutarchus in *Arato* p. 1030. dicit: καὶ τὸ θέατρον ἦν ὄχλου μεστὸν, ἔτι πρὸς τὴν ἄδηλον αἰωρουμένων φήμην, καὶ σαφὲς οὐδὲν εἰδότων ὑπὲρ τῶν πραττομένων, *theatrum coetu erat plenum, ad incertum rumorem adhuc ſuſpenſo, neque quicquam certi quid ageretur cognoſcente.*

v. 33.

Ἐκ δὲ τοῦ ὄχλου προεβίβασαν Ἀλέξανδρον, προβαλόντων αὐτὸν τῶν Ἰουδαίων ὁ δὲ Ἀλέξανδρος κατασείσας τὴν χεῖρα, ἤθελεν ἀπολογεῖσθαι τῷ δήμῳ.

Vtrum hic Alexander hoc tempore Iudaeus fuerit, an Chriſtianus, imo vtrum cum illo de quo Paulus 1 Tim. 1, 20. 2 Tim. 4, 14. idem fuerit, an ab illo diuerſus, non ſatis liquet: mihi proinde non ſatis conſtat, quomodo vox προβαλόντων vertenda ſit. Notat illa, *denominare, deſignare, eligere.* Ioſephus *bell. Iud.* l. 4. c. 15. p. 877. προεβλήθησαν δ' ἐπὶ τὴν ἀγγελίαν δύο τῶν δραστηρίων ἀνδρῶν, *deſignati vero ſunt ad legationem duo viri ſtrenui.* Plutarchus *vit.* 10. *orat.* p. 838. de Iſocrate dicit: τρὶς προεβλήθη τριήρας (ſ. τριηραρχεῖν). Demoſthenes diſtinguit προβάλλεσθαι *deſignare*, et χειροτονεῖν *eligere.* De *corona* p. 353. Populus, οὐ σὲ ἐχειροτόνησε προβληθέντα, *non te elegit, quamuis eſſes deſignatus.* Sic ibid. p. 334. Etiam actiuum hoc ſenſu adhibetur, ſecus quam putat Budaeus aliique Lexicographi. Iſaeus *orat.* 4. p. 439. *Duo arbitri*, οὓς ἐγὼ προύβαλον, *quos ego denominaui.* His ibid. paulo poſt opponuntur arbitri, οὓς Λεωχάρης προυβάλετο. Si igitur Iudaeus tam religione, quam gente fuiſſet Alexander: dicerem eum a Iudaeis, qui et ipſi ob contemtum cultus Dianae inuiſi erant, vt virum dicendi peritum, *deſignatum et electum* eſſe, ad

 cauſſam

caussam eorum tuendam, et culpam auersionis tot hominum a sacris Dianae v. 26. in Christianos transferendam. Si Christianus fuisset Alexander: dicerem eum a Iudaeis ex odio coram populo *accusatum* esse. *Accusare* verbum hoc denotat apud Demosthenem adu. *Midiam* p. 388. *quae contra festiuitatem commisit crimina*, ἐφ' οἷς αὐτὸν προὐβαλόμην, *quorum caussa illum accusaui.* Ibid. p. 389. τοῦτο γὰρ αὐτὸν ἐγὼ προὐβαλλόμην, *hanc enim ob caussam illum ego accusaui.* Ibid. p. 409. Euander condemnatus dicitur, προβαλλομένου αὐτὸν Μενίππου, *accusante illum Menippo.* Musonius apud Stobaeum *serm.* 2. p. 31. τί προβαλλόμεθα τοὺς τυράννους; *cur reos agimus tyrannos, quum illis longe deteriores simus?* Fateor tamen me actiuum nondum hoc significatu obseruasse.

Κατασείειν τὴν χεῖρα s. τῇ χειρὶ, est, *manum extensam deorsum mouere*, qui gestus eorum erat, qui loqui incipientes, tumultuantes ad silentium hortabantur. Habes hunc ritum supra c. 12, 17. et c. 13, 16. et infra 21, 40. Sic apud Iosephum *ant.* l. 8. c. 5. p. 281. Abias, τῇ χειρὶ κατασείσας, τὸ πλῆθος καὶ τὸν Ἱεροβόαμον ἀκοῦσαι πρῶτον αὐτοῦ μεθ' ἡσυχίας ἠξίωσε, *manu mota plebem et Ieroboamum rogauit, vt cum silentio se audirent.* Ipse Iosephus *bell. Iud.* l. 2. c. 43. p. 826. de semet ipso testatur, quod in tecto Taricheatas allocutus sit, τῇ δεξιᾷ κατασείλας τὸν θόρυβον αὐτῶν, *strepitu eorum dextra sedato.* Inter legiones seditiosas auctore Tacito *annal.* l. 1. c. 25. *Stabat Drusus silentium manu poscens.*

v. 36.

Ἀναντιῤῥήτων οὖν ὄντων τούτων, δέον ἐστὶν ὑμᾶς κατεσταλμένους ὑπάρχειν.

Priora verte: *quum igitur haec extra controuersiam sint*, s. *indubia sint.* Diodorus Siculus *excerpt. Vales.* p. 333. Scipionem narrat, nactum esse, ἀναντίῤῥητον ἔπαινον χρη-

χρηϛότητος καὶ μεγαλοψυχίας, *indubiam benignitatis et animi magnitudinis laudem.*

Sequentia verte: *Vos modeſtos* ſ. *ſedatos eſſe oportet.* Καταϛέλλειν eſt, *reprimere, inhibere, ſedare.* Plutarchus de *ſui laude* p. 547. laudis cupidis praecipit, καταϛέλλειν τὰς μέγα τι περὶ αὐτῶν λέγοντας, *illos, qui aliquid praeclari de illis dicunt, reprimere.* Praeſertim de *tumultuantibus* et *ſeditioſis* adhibetur, vt apud Dionyſium Hal. *ant.* l. 11. p. 690. vbi de Appio ad ſenatores tumultuantes verba facturo dicitur: κατέϛειλε τὸ ταραττόμενον αὐτῶν, *tumultuantes ex iis repreſſit.* Hinc paſſiue, κατεϛαλμένοι ſunt, *ſedati, modeſti.* Arrianus *Diſſert. Epict.* l. 3. c. 23. p. 325. *Ecce tanto tempore familiaritate tua vtitur; te differentem audiuit, legentem audiuit,* κατέϛαλται; ἐπέϛραπται ἐφ' αὐτὸν *num modeſtior factus eſt? num in ſe ipſum deſcendit?* Ibid. l. 4. c. 4. p. 382. εἰ τὸν ἀπαθῆ τηρεῖς, εἰ τὸν ἀκατάπληκτον, εἰ τὸν κατεϛαλμένον, *ſi perturbatione vacuum, ſi imperterritum, ſi modeſtum te praebes.* Ioſephus *ant.* l. 16. c. 6. p. 554. de filiis Herodis ex Mariamne natis dicit, καταϛαλέντων τῶν μειρακίων, *poſteaquam ſedatiores facti eſſent pueri.*

v. 38.

Εἰ μὲν οὖν Δημήτριος καὶ οἱ σὺν αὐτῷ τεχνῖται ἔχουσι πρός τινα λόγον.

Λόγος h. l. *litem, controuerſiam, cauſſam, coram iudice agendam* denotat, vti πρᾶγμα 1 Cor. 6, 1. et κρίμα ibid. v. 7. Sic Achilles Tatius l. 8. p. 533. *Legibus recitatis,* καθ' οὓς οὐδεὶς ἔτι τῷ Θερσάνδρῳ λόγος πρὸς ἡμᾶς ἦν, *ſecundum quas nulla amplius nobis cum Therſandro controuerſia intercedebat.* Demoſthenes adu. *Lacrit.* p. 599. ἐμοὶ μὲν οὖν ἐϛιν ὦ ἄνδρες δικαϛαὶ, πρὸς τούτους ὁ λόγος, *mihi quidem o iudices cum his lis eſt.* Idem adu. *Leptin.* p. 370. πρῶτος πάλιν περὶ τῆς ἡγεμονίας ἐποίησε τῇ πόλει τὸν λόγον πρὸς Λακεδαιμονίους

 εἶναι,

εἶναι, *primus effecit, vt vrbs iterum de principatu cum Lacedaemoniis contenderet.* Iosephus *ant.* l. 14. c. 22. p. 493. εἰ δέ τινα ἔχετε πρὸς αὐτὸν δικαιολογίαν, *quod si vero aliquam cum illo litem habetis.* Plutarchus *apophth. lacon.* p. 215. περὶ ὧν εἶχον πρὸς ἀλλήλους ἐγκλημάτων, *de controuersiis, quas inter se habebant.* Idem *consol. ad vxor.* p. 610.

CAP. XX. v. 3.

Ποιήσας τε μῆνας τρεῖς.

Posteaquam vero tres menses exegisset. Nominatiuus hic absolute ponitur pro ποιήσαντος genitiuo consequentiae. Sic in sacris Marc. 9, 20. et Euripides in *Hippolit.* v. 23. τὰ πολλὰ δὲ, πάλαι προκόψασ' οὐ πόνου πολλοῦ με δεῖ, *verum quum multa antea praepararim, non opus habeo magno labore.* Idem in *Phoeniss.* v. 290. Μέλλων δὲ πέμπειν μ' Οἰδίπου κλεινὸς γόνος, *quum me vero missurus esset, Oedipi filius inclytus* cet. *Interea Argiui duxerunt exercitum ad vrbem.* Vbi multa similia collegit Barnesius. Lucianus de *astrolog.* p. 985. ἰδόντες οὖν πρῶτα τὴν σεληναίην - - ἐδόκεεν αὐτέοισι, *quum igitur primo lunam viderent, - - visum est illis.* Etiam in aliis exemplis extra participia, nominatiuus haud raro absolute occurrit, vti supra c. 7, 40. Luc. 21, 6. 1 Ioh. 2, 27. et similiter Lucianus in *Herodot.* p. 625. ἐγὼ δὲ καὶ πρὸς Φιλίου, μή με κορυβαντιᾶν ὑπολάβητε, *quod ad me attinet, per Iouem Philium quaeso, ne insanire me suspicemini.* Et Hippocrates de *morb. vulg.* l. 5. *sect.* 7. in init. ἐν Ἤλιδι ἡ τοῦ κηπωροῦ γυνὴ πυρετὸς εἶχε αὐτὴν ξυνεχὴς, *olitoris vxorem in Helide febris assidua detinuit.*

v. 7.

Παρέτεινέ τε τὸν λόγον μέχρι μεσονυκτίου.

Extendit s. *produxit sermonem.* Sic Iosephus *ant.* l. 12. c. 19. p. 425. τῆς μάχης μέχρι δυσμῶν παρατεινομένης, *quum pugna ad solis occasum protracta esset.*

Saepe

Saepe et παρατείνειν intranſitiue occurrit. Idem *bell. Iud.* l. 3. c. 1. παρέτεινεν ἡ μάχη μέχρι δείλης, *pugna ad veſperam vsque durabat.* De *ſermonibus productis* Plutarchus in *Catone min.* p. 792. *Contenta et aſpera voce*, ἀπέτεινε ποῤῥωτάτω τὸν λόγον, *in longum produxit ſermonem.* Sophocles in *Trachin.* p. 343. μείζον' ἐκτενῶ λόγον, *prolixiori ediſſeram ſermone.*

v. 9.

Καταφερόμενος ὕπνῳ βαθεῖ.

Senſus recte redditur, ſi vertas, *alto ſopitus ſomno.* Καταφέρεσθαι in ſe notat, *deiici*, *proſterni*, idque de hominibus ſomno profundiori obrutis vel nude adhibetur, vel additur εἰς ὕπνον. Exemplum prioris habet Plutarchus *diſcr. adul. et am.* p. 71. εἰ τοσαῦτα κοπιῶν καὶ ἀγρυπνῶν κατηνέχθης, *ſi poſt tot labores et vigilias ſomno obrutus es.* Poſteriorem locutionem habet idem *conſol. ad Apoll.* p. 107. *Diogenes Cynicus* κατενεχθεὶς εἰς ὕπνον, *ad ſomnum proſtratus*, vbi paulo ante βαθύτατον ὕπνον, *ſomnum profundiſſimum* vocat. Apud Ioſephum *ant.* l. 2. c. 3. p. 43. Pharao dicit: καταφέρομαι καὶ πάλιν εἰς ὕπνον, *denuo ad ſomnum proſtratus ſum.* Hinc et verba noſtra proprie vertenda puto: *ad altum proſtratus ſomnum.* Phraſis eſt elliptica et ſubaudiendum eſt ἐπί. Plene Dionyſius Hal. *ant.* l. 4. p. 207. καὶ κατενεχθέντος ἐφ' ὕπνῳ, *et, quum ille ad ſomnum proſtratus eſſet.*

v. 14.

Ὡς δὲ συνέβαλεν ἡμῖν εἰς τὴν Ἄσσον.

Συμβάλλειν τινὶ eſt, *peruenire ad aliquem, occurrere alicui.* Homerus *Odyſſ.* ω. v. 259. ἔτος ἀνὴρ νῦν δὴ ξυμβλημένος ἐνθάδ' ἰόντι, *Hic vir, qui nunc primum obvius factus eſt, huc venienti.* Ioſephus *ant.* l. 6. c. 5. p. 175. *Inde venies ad Rachelis monumentum*, ὅπȣ συμβαλεῖς τῷ σεσῶσθαί σȣ τὰς ὄνȣς εὐαγγελιȣμένῳ, *vbi peruenies ad illum, qui nunciet inuentas eſſe aſinas.* Ibid. l. 2. c. 4. p. 52. Ioſephus patri obuiam profectus, καθ'

 Ἡρώαν

Ἡρώων πόλιν αὐτῷ συνέβαλεν, *circa Heroopolim cum illo se coniunxit.* Vide ibid. l. 9. c. 2. p. 306.

v. 20.

Ὡς οὐδὲν ὑπεστειλάμην τῶν συμφερόντων τοῦ μὴ ἀναγγεῖλαι ὑμῖν καὶ διδάξαι ὑμᾶς.

Ὑποστέλλεσθαι h. l. est, *dissimulare*, vti infra v. 27. Sic Iosephus *bell. Iud.* l. 1. c. 15. p. 744. μηδὲν γοῦν τῆς ἀληθείας ὑποστειλάμενος, ἄντικρυς εἶπεν, *nihil ex veritate dissimulans palam dixit.* Isocrates de *permutat.* p. 496. *Quod de reliquis*, οὐδὲν ὑποστειλάμενος, ἀλλὰ παντάπασιν ἀνειμένως, *sine omni dissimulatione et prorsus aperte verba facturus sim.* Maximus Tyrius *Diss.* 6. p. 59. *Dicam vero vobis qualis caussa mea sit*, οὐδὲν ὑποστειλάμενος, *nihil dissimulans.* Opponitur vero ὑποστέλλεσθαι, τῇ παῤῥησίᾳ et τῷ παῤῥησιάζεσθαι, quibus saepe Apostolorum indolem et morem exprimens, vtitur Lucas, vti c. 13, 46. c. 14, 3. c. 19, 8. c. 26, 26. c. 28, 31. Ita enim Demosthenes *or.* 1. *in Philipp.* p. 20. πάνθ' ἁπλῶς οὐδὲν ὑποστειλάμενος πεπαῤῥησίασμαι, *simpliciter omnia, sine vlla dissimulatione libere elocutus sum.* Idem de *falf. legat.* p. 231. μετὰ παῤῥησίας διαλεχθῆναι μηδὲν ὑποστελλόμενον, *libere loqui et nihil dissimulare.* Ibid. p. 220.

In sequentibus, τοῦ μὴ ἀναγγεῖλαι vocula μὴ abundat vti v. 27. Solemne hoc est post verba *negandi*. Vide Luc. 20, 27. c. 21, 34. et confer ibi notata.

v. 22.

Καὶ νῦν ἰδοὺ ἐγὼ δεδεμένος τῷ πνεύματι.

Rarior est haec phrasis, adeoque multis interpretationibus fuit obnoxia. Battierius in *Bibliotb. Brem.* Class. 6. p. 94. *illam admodum abusiue positam esse censet*, et mutata lectione δεδομένος pro δεδεμένος legi iubet. Quicquid dicant alii, verto: *ego vinctus spiritu* s. *per spiritum*, eo sensu, vt Paulus se a Spiritu S. *cogi*, *impelli* et quasi *vinculis constringi* dicat, vt non possit non Hierosolymam proficisci. Firmant explicationem hanc frequentia

quentia' testimonia, quibus Apostoli Spiritus S. *instinctu aut impulsi aut impediti* dicuntur, vti supra c. 13, 4. c. 16, 6. 7. imo et c. 18, 5. vbi *συνείχετο τῷ πνεύματι - διαμαρτυρόμενος*, verte: *coactus est per spiritum - vt testaretur;* participium enim positum est pro infinit. *διαμαρτύρεσθαι*. Eleganter *δέειν*, et composita illius cum Dandi casu ponuntur pro, *cogere*, *impellere*, *constringere*. Pindarus *Pyth. γ.* v. 96. *ἀλλὰ κέρδει καὶ σοφία δέδεται, at lucro etiam sapientia impelli solet.* Idem *Nem. ια* v. 59. *Et tamen in superbiis incedimus opera multa molientes, δέδεται γὰρ ἀναιδεῖ ἐλπίδι γυῖα, impelluntur enim impudenti spe membra*, vbi tamen alio tendit Scholiastes. Nitide idem *Pyth. δ.* v. 125. dicit: *τίς δὲ κίνδυνος κρατεροῖς ἀδάμαντος δῆσεν ἅλοις; quodnam vero periculum illos validis ex adamante ligauit clauis* i. e. coëgit. Obiicit huic explicationi Battierius, quod teste scriptura f. Spiritus S. hominem non vinciat, sed potius liberet. At potest tamen *vinculis amoris vincire* et *suaui* veluti *necessitate impellere*. Frequentia sunt in hoc negotio *ligandi* verba. Sic hebraicum קָשַׁר occurrit Gen. 44, 30. et אָסַר Cant. 7, 6. Similiter de Thersandro Leucippen forma venustam intuente, Achilles Tatius l. 6. p. 371. dicit: *εἱστήκει τῇ θέᾳ δεδεμένος*, *stabat obtutu illo vinctus.* Xenophon *Cyrop.* l. 5. p. 80. de hominibus, qui vehementi aliorum amore ducuntur, dicit: *δεδεμένους ἰσχυροτέρᾳ τινὶ ἀνάγκῃ, ἢ εἰ σιδήρῳ ἐδέδεντο*, *validiore necessitate ligatos esse, quam si ferreis vinculis constringerentur.* Themistius or. 3. *legat. ad Const.* p. 48. de Constantio dicit: *ἔρωτι καὶ πόθῳ καταδεῖς τοὺς οἰκήτορας, amore et desiderio constringis incolas.* Iosephus *ant.* l. 4. c. 4. p. 114. de puellis Midianiticis dicit: *ἐνδησάμεναι δὲ αὐτοὺς, τῷ πρὸς αὐτὰς ἔρωτι, postquam vero illos* (sc. Israëlitas) *amore sui vinxissent.* Δεδεμένος τῷ πνεύματι elliptice positum est, pro *ἐν τῷ πνεύματι.* Plene Euripides in *Ione* v. 1498. *ἐν φόβῳ καταδεθεῖσα, metu constricta animam tuam perdidi.* Pro quo Iosephus *ant.* l. 11. c. 4. p. 361. *custoditur a vigilantibus, καὶ ὡσανεὶ δεδεμένων*

δεμένων ὑπὸ τȣ̃ φόϐȣ, *et quasi metu vinctis.* Sic h. l. δεδεμένος τῷ πνεύματι, pro ὑπὸ τȣ̃ πνεύματος.

v. 24.

Ἀλλ᾽ ȣ̓δενὸς λόγον ποιȣ̃μαι.

Sed nullius rei rationem habeo. Λόγον ποιεῖσθαι est, *rationem habere, curare, aestimare.* Sic Dionysius Hal. *ant.* l. 9. p. 606. λόγον ȣ̓δενὸς αὐτῶν ποιησάμενος, ἐκύρωσε τὴν κόλασιν, *nullius ex illis rationem habens, poenas ratas esse iussit.* Ibid. l. 7. p. 461. δικαιωσύνης καὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς μηθένα ποιῆται λόγον, *si iustitiae ceterarumque virtutum nullam habeat rationem.* Dinarchus in *Philocl.* p. 83. μήθ᾽ ὅρκȣ, μήτ᾽ αἰσχύνης μήτε δικαίȣ πλείω λόγον ἢ τȣ̃ λαμϐάνειν ποιεῖται, *neque iusiurandum, neque turpitudo, neque ius magis illi curae est, quam vt auferat.* Demosthenes *or.* 2. *in Philip.* p. 26. ἀλλὰ καὶ τȣ̃ δικαίȣ λόγον ποιȣ́μενοι, *sed et iusti rationem habentes.* Idem pro *Phormion.* p. 606. Lucianus in *Hermot.* p. 551. μήτε πατρίδος - - πολὺν ποιεῖσθαι λόγον, *neque patriae multa ratio habenda est.* Plutarchus de *educat. lib.* p. 4. πλείω λόγον τῆς τῶν δεομένων ποιεῖται χάριτος, ἢ τῆς τῶν τέκνων παιδεύσεως, *qui maiorem rationem habet gratiae petentium, quam educationis liberorum.* Idem *narrat. amator.* p. 774. bis. Iosephus *ant.* l. 1. c. 4. p. 8. μήτε τȣ̃ πρὸς ἀνθρώπȣς δικαίȣ ποιȣ́μενοι λόγον. Ibid. l. 2. c. 3. p. 42. et l. 13. c. 6. p. 434.

v. 26.

Ὅτι καθαρὸς ἐγὼ ἀπὸ τȣ̃ αἵματος πάντων.

Καθαρὸς, h. l. est, *purus, insons, innocens,* notione et Graecis et Hebraeis trita; quod vero καθαρὸς cum ἀπὸ h. l. construatur, id *hebraismis* annumerat Vorstius *philol.* S. c. 19. p. 340. Ita tamen Iosephus *ant.* l. 4. c. 8. p. 123. καθαρὰς ἀναϐοησάτωσαν τὰς χεῖρας ἔχειν ἀπὸ τȣ̃ φόνȣ, *puras se proclament a caede habere manus.* Ibid. l. 8. c. 2. p. 265. τὴν διάνοιαν αὐτοῖς καθαρὰν ἀπὸ πάσης φυλάττεσθαι κακίας, *vt mentem ipsis ab omni*

malitia

malitia puram conseruet. Ibid l. 9. c. 2. p. 304. Quodsi haec non sufficit auctoritas: Demosthenes in *Neaer.* p. 528. haec profert verba iurisiurandi ministrarum Bacchi: *ἁγιστεύω καὶ εἰμὶ καθαρὰ καὶ ἁγνὴ ἀπὸ τῶν ἄλλων τῶν οὐ καθαρευόντων, καὶ ἀπ' ἀνδρὸς συνουσίας, pia et pura et munda sum a ceteris immundis et a concubitu viri.* Porphyrius de *occas. ad intellig.* apud Stobaeum *serm.* 1. p. 22. *νοῦν mentem* vocat, *ἀπὸ ψυχῆς καθαρὸν, ab anima puram.* *Ἀπ' ἀνδρὸς καθαρεύειν, a viro puram esse* occurrit apud Diogenem Laërtium l. 8. c. 1. §. 22.

v. 29.

Ὅτι εἰσελεύσονται μετὰ τὴν ἄφιξίν μου, λύκοι βαρεῖς εἰς ὑμᾶς.

Ἄφιξις h. l. *abitum*, *discessum* significat. Quum frequentius vox haec *aduentum* denotet: hanc huius nominis significationem prorsus *inusitatam* vocat Beza, adeoque *ἄφεσιν* pro *ἄφιξιν* legendum esse coniectat. At sine necessitate. Herodotus in *Calliop.* p. 280. *Postea in Aeginam illam dimisit, ἐς τὴν αὐτὴ ἤθελε ἀπικέσθαι, μετὰ δὲ τὴν ἄπιξιν τῆς γυναικὸς αὐτίκα μετὰ ταῦτα ἀπίκοντο Μαντινέες, in quam ipsa abire volebat. Statim vero post discessum mulieris adueniebant Mantinenses.* Dionysius Hal. *ant.* l. 5. p. 304. *Vt multi his beneficiis deuincti, μηκέτι τῆς οἴκαδε ἀφίξεως πόθον ἔχειν, domum abeundi desiderio non amplius tenerentur.* Iosephus *ant. Iud.* l. 2. c. 2. p. 38. filios Iacobi narrat Sichemum profectos esse, *μὴ προδηλώσαντες τῷ πατρὶ τὴν ἐκεῖσε ἄφιξιν, ita vt patrem non praemonerent, quod eo abituri essent.* Ibid. l. 7. c. 10. p. 234. Ioabus Ahimaazo, post Absalomi caedem permisisse dicitur, *τὴν πρὸς τὸν Δαβίδην ἄφιξιν, vt ad Dauidem abiret.* Ibid. l. 12. c. 4. p. 402.

Doctores peruersi hic lupi vocantur *βαρεῖς*, i. e. *molesti*, *crudeles*, *noxii*. Sic *βαρεῖς πολεμίους*, *hostes molestos* Philistaeos vocat Samuel apud Iosephum *ant.* l. 6. c. 2. p. 171. Apud Polybium l. 1. c. 10. p. 13. veriti dicuntur

dicuntur Romani, ne Poeni, occupata Sicilia λίαν βαρεῖς καὶ φοβεροὶ γείτονες, *valde molesti et formidabiles vicini* ipsis fierent. De Periandro, postquam foedae eius libidines innotuerant, Diogenes Laërtius l. 1. c. 7. §. 2. scribit, βαρὺς πᾶσιν ἐγένετο, *crudelis erga omnes factus est*. Philo *legat. ad Caium* p. 1017. χαλεπώτερος καὶ βαρύτερος ἦν ἐχθρὸς, *molestior et crudelior erat hostis*. Libanius *epist.* 1041. p. 489. βαρὺς ἐχθροῖς καὶ χρήσιμος φίλοις, *inimicis nocens, amicis vtilis*. Theocritus *idyll.* 23. v. 19. de duobus draconibus dicit, βαρὺν δ' ἐξέπτυον ἰὸν *noxium exspuebant venenum*.

v. 30.

Λαλοῦντες διεστραμμένα τοῦ ἀποσπᾶν τοὺς μαθητὰς ὀπίσω αὐτῶν.

Διεστραμμένα sunt, *peruersa, contorta, falsa* et *errores* denotant, qui vt eo facilius animis se insinuent, veritatibus immiscentur et *intorquentur*. Proprie διεστραμμένον est aliquid *incuruatum*, στρεβλὸν, σκολιόν; *veritatem* enim Graeci vt *viam rectam*, *errores* vt *curuum* aliquid sibi fingunt. Hinc supra c. 13, 10. διαστρέφων τὰς ὁδοὺς κυρίου τὰς εὐθείας. Plutarchus de *malign. Herod.* p. 868. διαστρέφειν τὴν ἀλήθειαν *veritatem peruertere, intorquere*. Arrianus *dissert. Epict.* l. 1. c. 29 p. 158. δόγματα ὀρθὰ *praecepta recta* opponit, στρεβλοῖς καὶ διεστραμμένοις, *curuis et peruersis*.

Ἀποσπᾶν, *abstrahere*, *persuasionibus auellere*. Iosephus *ant.* l. 13. c. 8. p. 437. de Ptolemaeo socero Alexandri dicit: ἀποσπάσας γὰρ τὴν θυγατέρα, πέμπει πρὸς Δημήτριον, *abstracta ab Alexandro filia, ad Demetrium mittit legatos*.

CAP. XXI. v. 3.

Ἀναφανέντες δὲ τὴν Κύπρον.

Quum vero Cyprus nobis apparuisset. Raritas huius locutionis plures peperit lectiones. Haec vero, quae absque dubio potior est, idem valet ac, ἀναφανείσης

ϑης ἡμῖν τῆς Κύπρȣ. Solemne eſt Graecis, paſſiua cum perſonis conſtruere, quae conſtruenda erant cum rebus, tum addito accuſat. rei. Sic οἰκονομίαν πεπίςευμαι 1 Cor. 9, 17. Aelianus *Var. hiſt.* l. 13. c. 1. ἄρκτος ἀφῃρημένη τὰ βρέφη, *vrſa, cui catuli ablati erant.* Proxime tamen accedit locus Luciani *ver. hiſt.* l. 2. p. 774. vbi ſe naui rectum quinque naues Caryonautarum e conſpectu amiſiſſe narrans, dicit: ἐπεὶ δὲ ἀπεκρύψαμεν αὐτȣ̀ς, *poſtquam illi nobis e conſpectu ſublati ſunt.* Vide Budaeum *in Comment. Graecae lingu.* p. 405.

Ἀποφορτίζεσθαι eſt, *exonerare ſe, onus deponere.* Media voce Philo vtitur de *exſecrat.* p. 935. vbi terram incolis exſuendam vocat: ἀποφορτισαμένην τὸ τῶν ἀσεβῶν οἰκητόρον ἄχθος, *exonerantem ſe impiorum incolarum mole.* Paſſiue Dionyſius Hal. *ant.* l. 3. p. 183. ταῖς ποταμηγοῖς ἀπογεμίζονταί τε καὶ ἀποφορτίζονται σκάφαις, *euacuantur et exonerantur per nauigia fluuialia.*

V. 12.

Παρεκαλȣ̃μεν ἡμεῖς τε καὶ οἱ ἐντόπιοι.

Ἐντόπιοι, *incolae, indigenae.* Innuuntur Chriſtiani Caeſarienſes, qui Paulo et ſociis eius h. l. opponuntur. Vocem habent Sophocles in *Oedip. Colon.* p. 277. προβᾶτ' ὧδ' ἐμβᾶτε βᾶτ' ἐντόπιοι, *progredimini huc adeſte, currite incolae.* Arrianus *peripl. mar. Eryth.* ſaepe voce hac vtitur; e. g. p. 167. βασιλικοὶ ἁλιεῖς ἐντόπιοι, *piſcatores regii indigenae.* Saepe is *merces domeſticas* vocat ἐντοπίȣς, vt p. 155. bis, p. 157. bis, p. 162. p. 170. τὸ ἐντόπιον νόμισμα, *moneta domeſtica. Bella domeſtica* ἐντοπίȣς πολέμȣς vocat, Dionyſius Hal. *ant.* l. 8. p. 550.

V. 13.

Τί ποιεῖτε κλαίοντες καὶ συνθρύπτοντές μȣ τὴν καρδίαν; ἐγὼ γὰρ ȣ̓ μόνον δεθῆναι ἀλλὰ καὶ ἀποθανεῖν εἰς Ἱερȣσαλὴμ ἑτοίμως ἔχω.

Συνθρύπτειν notat, *frangere, infirmare, emollire, effeminare.* Hoc ſenſu Θρύπτειν *de corpore* tamen adhibitum

bitum occurrit apud Teletem in *eclog.* Stobaei *serm.* 91. p. 509. θρύπτει δὲ ὁ πλῦτος καὶ μαλάττει λαβὼν πολλάκις καὶ τὰς ὑγιεινὰς φύσεις, *diuitiae saepe etiam saluberrima corpora nactae, eadem frangunt atque emolliunt.* Διαθρύπτειν simillime *de animo* vsurpat Plutarchus in *Othone* p. 1064. καίπερ ὀ κατὰ τὴν τῦ σώματος μαλακίαν, καὶ θηλύτητα τῆς ψυχῆς διατεθρυμμένος, ἀλλὰ ἰταμὸς ὢν πρὸς τὰ δεινὰ καὶ ἄτρεπτος, *quamuis neque corporis mollitia, neque animi ignauia effeminatus, sed ad pericula audax atque intrepidus esset.*

Ἑτοίμως ἔχω, *paratus sum.* Demades de *duodecen.* p. 236. ἑτοίμως ἔχω τελευτᾷν, *mori paratus sum.* Iosephus *ant.* l. 3. c. 2. p. 74. πρὸς τὸ δεινὸν ἑτοίμως ἔχοντες, *ad periculum alacres*, et cum infinit. ibid. l. 6. c. 10. p. 188. ad fratres Dauid dixisse fertur ἑτοίμως ἔχειν μονομαχῆσαι τῷ πολεμίῳ, *paratum se esse, ad singulare certamen cum hoste adeundum.* Ibid. c. 14. p. 195. ποιεῖν τὰ ἐκείνων δοκῦντα ἑτοίμως ἔχειν, *paratos se esse ad faciendum quae vellent.* Ibid. l. 8. c. 2. p. 256. de meretrice dicitur: τῆς δ' ἑτέρας ἐχύσης ἑτοίμως διαιρέμενον ἰδεῖν τὸ παιδίον, *quum altera dissectum videre puerum cuperet.* Ibid. c. 8. p. 290. et l. 11. c. 8. p. 386.

V. 22.

Τί ὖν ἐςι; πάντως δεῖ πλῆθος συνελθεῖν.

Verba τί ὖν ἐςι verte: *quid igitur factu opus est?* Respondet enim partim sequenti δεῖ, partim v. 23. verbis: τῦτο ὖν ποίησον. Simili sensu, phrasis haec occurrit 1 Cor. 14, 15 et 26. Frequentius est eadem notione ellipticum loquendi genus τί ὖν; Rom. 6, 15. τί ὖν; ἁμαρτήσομεν; *quid igitur faciendum est? num peccabimus.* Sic Arrianus *Diss. Epict.* l. 1. c. 2. p. 90. τί ὖν; *Quid ergo? num quia ingenio careo, omnem curam abiiciam? Absit.* Ibid. c. 8. p. 106. τί ὖν; *quid igitur agam? num euertam facultates istas? Absit.* Plenius Demosthenes de *repub. ordin.* p. 68. dicit: ἀλλὰ τί ὑμῖν γένηται; *quid vero vobis faciendum est?*

v. 24.

v. 24.

Καὶ δαπάνησον ἐπ' αὐτοῖς ἵνα ξυρήσωνται τὴν κεφαλήν.

More apud Iudaeos receptum erat, et pro insigni pietatis officio habebatur, vt in pauperum Nasiraeorum gratiam ditiores sumtus erogarent, ad sacrificia, quae, dum illi tonderentur, offerre necesse erat. Egit hac de re e fontibus rabbinicis Sam. Petitus in *variis lection.* c. 2. Insignis est in hoc argumento locus Iosephi *ant.* l. 19. c. 5. p. 675. vbi de Agrippa Hierosolymam redeunte dicit: *Quamprimum peruenit Hierosolymam*, χαριστηρίους ἐξεπλήρωσε θυσίας, οὐδὲν τῶν κατὰ νόμον ἀπολιπών. διὸ καὶ ναζιραίων ξυρᾶσθαι διέταξε μάλα συχνούς, *votiua sacrificia persoluit, nihil quod lege praescriptum est, omittens. Vnde et multos Nazaraeos tonderi mandauit.*

v. 37.

Ἑλληνιστὶ γινώσκεις;

Recte obseruauit Grotius subaudiendum esse h. l. λαλεῖν; *nostine Graece* sc. *loqui.* Eodem modo Xenophon elliptice dicit *Cyrop.* l. 7. p. 132. τοὺς Συριστὶ ἐπισταμένους, *qui Syriace loqui scirent.* Verbum διαλεχθῆναι supplet Appianus de *bell. Parth.* p. 285. ἤξιε δὲ αὐτῷ προσελθεῖν τινα, Παρθιστὶ διαλεχθῆναι δυνάμενον, ἢ Συριστὶ, *Petiit aliquem ad se venire, qui Parthice aut Syriace colloqui posset.*

CAP. XXII. v. 2.

Ἀκούσαντες δὲ ὅτι τῇ Ἑβραΐδι διαλέκτῳ προσεφώνει αὐτοῖς, μᾶλλον παρέσχον ἡσυχίαν.

Verba vltima verte: *Eo magis se quietos praebuerunt.* Posses quidem non male vertere: *conticuerunt;* at latior tamen est phraseos sensus, ita vt illos non solum a mutuis colloquiis, sed et ab alio quocunque strepitu abstinuisse significetur. Similiter de Appio Decemuiro ad

populum verba facturo Dionysius Hal. *ant.* l. 11. p. 613 dicit: τοῖς τε περιεστῶσι, διασημήνας ἡσυχίαν παρασχεῖν λέγει τοιάδε, *circumstantibus vt quietos se praeberent indicans, sequentia locutus est.* Iosephus *ant.* l. 5. c. 9. p. 156. *sublata voce, vt exaudiri posset, rogauit,* τοῦ πλήθους ἡσυχίαν αὐτῷ παρασχόντος, *vt populus, quietum ipsi se praebens, verba ipsius audire dignaretur.* Vbi statim additur, γενομένης δὲ σιγῆς, vti hic c. 21, 40. Paulo igitur diuersum est hoc Sophoclis in *Trachin.* p. 361. vbi ad Herculem dicit Hyllus, ἐπεὶ παρέσχες ἀντιφωνῆσαί πατερ, σιγὴν παρασχὼν κλῦθί μου, *quoniam pater permittis, vt tecum loquar, tace parumper et me audi.*

v. 3.

Ἀνατεθραμμένος δὲ ἐν τῇ πόλει ταύτῃ παρὰ τοὺς πόδας Γαμαλιὴλ πεπαιδευμένος κατὰ ἀκρίβειαν τοῦ πατρῴου νόμου.

Ἀνατεθραμμένος h. l. de *educatione* proprio sensu, πεπαιδευμένος vero de *institutione* accipiendum est, quod recte monet Cel. Alberti ad h. l. simillimus est locus Appiani *bell. Ciu.* l. 4. p. 1008. vbi Cassius in Rhodo enutritus de Rhodiis conquerens, auxilium sibi dicit denegatum esse, ὑπὸ τῶν παιδευσάντων καὶ θρεψάντων, *ab eruditoribus et educatoribus suis,* ab iisdem vero praelatum sibi dolet Dolabellam, ὃν οὐκ ἐπαίδευσαν οὐδὲ ἀνέθρεψαν, *quem neque erudiuerint, neque educauerint.*

Quod Paulus *ad pedes Gamalielis* enutritus s. eruditus dicitur, id vulgo de ritu explicant, quo *ad pedes doctorum* discipuli sedere consueuerint. Sed grauis est huic sententiae antiquitas iudaica, quae ad mortem Gamalielis vsque, stantes coram magistris discipulos institutos esse docet; qua de re omnium optime egit Vitringa de *synag. vet.* l. 1. P. 1. c. 7. p. 166. seq. Mihi duplex se aperit via, has effugiendi salebras. Vel παρὰ πόδας Γαμαλιὴλ idem est, ac πλησίον Γαμαλιὴλ, *apud Gamalielem.* Hoc sane sensu non infrequens est locutio. Ἐτίθουν παρὰ τοὺς πόδας τῶν ἀποστόλων supra c. 4, 35. 37. c. 5, 2.

c. 5, 2. me iudice nonnisi hoc notat: *Deposuerunt apud apostolos.* Sic et 3 Macc. 4, 8. παρὰ πόδας ἤδη τὸν ᾅδην ὁρῶντες κείμενον, *orcum sibi iam videntes propinquum.* Ibid. c. 5, 8. Themistius *or.* 27. p. 341. παρὰ πόδας ἐστὶ καὶ πλησίον ἀεὶ τῷ δυναμένῳ λαμβάνειν, *ante pedes id semper et prope est, illi qui accipere potest.* Lucianus de *conscr. hist.* p. 669. de laudibus loquitur, ὧν παρὰ πόδας οἱ ἔλεγχοι, *quarum refutatio in promtu est.* Id si minus placet, παρὰ πόδας Γαμαλιὴλ, verto: *sub ductu Gamalielis*, s. *duce Gamaliele*; idque ad imitationem phraseos hebraicae dictum puto. Exod. 11, 8. כל העם אשר ברגליך, *omnis populus, qui est sub ductu tuo.* 2 Sam. 15, 16. *Et exiit rex et omnis domus eius* ברגליו *sub ductu eius.*

v. 14.

Ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν προεχειρίσατό σε.

Προεχειρίσατο vertunt nonnulli: *expediuit, praeparauit.* Sic e. g. Demosthenes *or.* 1. *in Philip.* p. 16. δύναμίν τινα ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι φημὶ προχειρίσασθαι δεῖν ὑμᾶς, *copias quasdam o Athenienses, vos expedire debere, suadeo.* Et ita apparitio c. 9. Paulo facta, et insequens coecitas, vt *praeparatio* quaedam spectari possent, quae *aptiorem* eum reddere debuerat, ad futuras ipsi reuelationes diuinas et munus apostolicum. At προχειρίζεσθαι frequentius notat *eligere*, et Ananiae procul dubio in animo adhuc versabantur verba Dei c. 9, 15. quibus apostolum σκεῦος ἐκλογῆς vocauerat. Sic Polybius l. 5. c. 72. p. 579. ὁ δὲ Ἀχαιὸς προχειρισάμενος Γαρσύηριν, *Achaeus Garsyerim* ducem *eligens.* Apud Plutarchum in *vit. 10 orat.* p. 848. Hyperides Demosthenem corruptionis accusasse dicitur, προχειρισθεὶς ἐξ ἁπάντων, *quum ex omnibus ad illud electus esset.* Idem in *Galba* p. 1056. Dionysius Hal. *ant.* l. 2. p. 111. *centum viros*, ὃς αἱ φράτραι προεχειρίσαντο, *curiarum suffragiis electos.* Ibid. p. 120. Ibid. p. 132. *Vnus e fetialibus*, ὃν οἱ λοιποὶ προεχειρίσαντο, *quem reliqui eligebant.*

bant. Item l. 3. p. 202. l. 4. p. 259. l. 6. p. 353. et p. 377. l. 8. p. 508. et *excerpt. legat.* p. 739.

v. 28.

Ἐγὼ πολλȢ κεφαλαίȢ τὴν πολιτείαν ταύτην ἐκτησάμην.

Κεφάλαιον h. l. pro *ſumma pecuniae* h. l. noue adhiberi putauit Beza, quum vox haec in re numaria occurrere non ſoleat. Recte iam interceſſerunt alii. Habent vocem pro *ſumma* Theophraſtus *charact. eth.* c. 25. p. 606. Puero imperat, κεφάλαιον ποιήσαντι γράψαι αὐτῷ εἰς λόγον, *vt vbi ſummam fecerit, id alteri ferat expenſum.* Lyſias *orat.* 18. p. 310. de pecunia, quam teſtamento Conon legauerat, dicit: τȢ́των δὲ κεφάλαιόν τι γίγνεται περὶ τετταράκοντα τάλαντα, *horum ſumma eſt quadraginta circiter talentorum.* Ibid. p. 311. Ioſephus *ant.* l. 12. c. 2. p. 390. *Iudaeos omnes ſeruos, liberos dimitti iubeo,* τὸ προγεγραμμένον κομιζομένȢς ὑπὲρ αὐτῶν κεφάλαιον τȢ̀ς κεκτημένȢς, *a dominis pro iisdem ſummam modo dictam accipientibus.* Ibid. c. 3. p. 401. καὶ συναθροίζοντες τὸ προστεταγμένον κεφάλαιον τοῖς βασιλεῦσιν ἐτέλȢν, *et collectam ſummam imperatam regibus ſoluebant.* Ibid. l. 9. c. 11. p. 320. Demoſthenes *in Euerg.* p. 687. *Accipiens a me in menſa* 1313 *drachmas et duos obolos,* τὸ σύμπαν κεφάλαιον, *integram ſummam.* Saepe et vox de *pecunia in foenus data* ſ. *ſorte* accipitur, vt apud eundem in *Callip.* p. 719. vbi menſarios, apud quos pecunia deponitur, in tabulas referre dicit: τὸ κεφάλαιον τȢ̃ ἀργυρίȢ.

CAP. XXIII. v. 9.

Καὶ ἀναστάντες γραμματεῖς τȢ̃ μέρȢς τῶν Φαρισαίων διεμάχοντο.

Μέρος h. l. *factionem, partem* ſignificat. Similiter de ſenatu Romano in duas *factiones* diuiſo Dionyſius Hal. *ant.* l. 7. p. 437. dicit: βραχὺ μὲν ȣ̃ν τȢ̃το τὸ μέρος καὶ ἀσθε-

ἀσθενὲς ὄν, περιωθεῖτο ὑπὸ τῦ βιαιοτέρυ, *factio haec vt parua et debilis cedere cogebatur potiori.*

Θεομαχεῖν *cum Deo pugnare* est, aliquid voluntati diuinae aduersum moliri. Sic apud Euripidem *Iphig. in Aul.* v. 1409. Iphigeniam, quae ex oraculo Calchantis morti destinata, mori non recusabat, laudat Achilles, dicens: τὸ θεομαχεῖν γὰρ ἀπολιπῦσ' ὃ σῦ κρατεῖ, ἐξελογίσω τὰ χρηςὰ τὰ ἀναγκαῖά γε, *Omittens enim repugnare Deo, qui te potentior est, aestimasti bona esse, quae necessaria sunt.* Hippocrates *epist. ad Damaget.* sect. 8. p. 9. se dicit Democritum his alloqui velle: ὦ θεομαχεῖς δὲ, εἰ δύο ἐόντων ἐν κόσμῳ, χαρᾶς καὶ λύπης, σὺ θάτερον αὐτῶν ἐκβέβληκας; *nonne Deo repugnas, quando tu, cum Duo gaudium nempe et tristitia sint in mundo, vnum ex iis reiicis.* Arrianus *Diss. Epict.* l. 3. c. 24. p. 330. de iis qui cupiunt, quae non sunt in potestate dicit: *Alioqui* θεομαχήσω, ἀντιθήσω πρὸς τὸν δία, ἀντιδιατάξομαι αὐτῷ πρὸς τὰ ὅλα, *cum Diis pugnabo, aduersabor Ioui, totum illius ordinem inuertere conabor.* Habet quoque vocem Plutarchus de *superstit.* p. 168. et *apophth. lacon.* p. 225. vt et Iosephus *contra Apionem* l. 1. p. 1053. et p. 1055.

v. 10.

Εὐλαβηθεὶς ὁ χιλίαρχος μὴ διασπασθῇ ὁ Παῦλος ὑπ' αὐτῶν.

Vltima verte: *Ne Paulus discerperetur ab illis.* Sensus horum verborum, quae irae feruidissimae descriptionem continent, est: veritum esse tribunum *ne Paulo manus violentae inferrentur.* Διασπᾶν enim, *discerpere, dilaniare*, notat 1) *excruciare* verberibus aut vulneribus et mutilationibus. Appianus *bell. pun.* p. 92. de plebis Carthaginiensis in senatores quosdam violentia dicit: ὡς ἐξάρχυς τῆς ἐνέδρας ἤκιζόν τε καὶ διέσπων, *illos vt insidiarum auctores excruciabant et lacerabant.* Apud Euripidem in *Hecuba* v. 1126. dicit: *dic vbi est? vt illam rapiens manibus,* διασπάσωμαι καὶ καθαιμάξω χρόα,

 illam

illam discerpam et cruentem corpus. Quod v. 1128. explicat, vbi se dicit ipsi velle ἐφεῖναι χέρα, *manum immittere.* 2) notat, *occidere.* Dionysius Hal. *ant.* l. 7. p. 455. Κἀμὲ μετὰ τοῦτον ἀπολωλέναι διασπασθέντα ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν, *etiam me post hunc, ab inimicis discerptum perire.* Demosthenes de *pace* p. 22. *primus et solus pro concione aduersatus sum*, καὶ μονονὰ διεσπάσθην, ὑπὸ τῶν ἐπὶ μικροῖς λήμμασι πολλὰ καὶ μεγάλα ὑμᾶς ἁμαρτάνειν πεισάντων, *quin isti, qui parui lucelli caussa, vos ad multos atque magnos lapsus impulere, me dilaniarent.* Sensu proprio, Cinnam a plebe διεσπάσθαι, *laceratum esse* narrat Plutarchus in *Caesare* p. 740. quod explicans Appianus *bell. ciu.* l. 2. p. 847. dicit: *discerpserunt illum ferarum instar, ita vt nullum eius membrum ad sepulturam inueniretur.*

V. 13.

Οἱ ταύτην τὴν συνωμοσίαν πεποιηκότες.

Qui conspirationem hanc fecerant. Phrasin hanc habet Polybius l. 4. c 2. p. 489. de Apelle dicens: ποιεῖται συνωμοσίαν πρὸς τοὺς περὶ Λεόντιον καὶ Μεγαλέαν, *cum Leontio et Megalea coniurationem facit.* Et Apollodorus *biblioth. Deor.* l. 3. p. 202. ἐπεποίηντο γὰρ - - συνωμοσίαν, ἀλλήλοις συναπολέσθαι, *conspirauerant enim inter se, vt vna interirent.*

V. 25.

Γράψας ἐπιστολὴν περιέχουσαν τὸν τύπον τοῦτον.

Multum ad hunc locum se haesisse scribit Heinsius, quum τύπος alias nonnisi *summam epistolae* significet, h. l. vero ipsa epistola exhibeatur. Post multa igitur verba in eam tandem prolabitur explicationem, vt περιέχουσαν dictum putet, pro ἔχουσαν s. ὄντα; τὸν τύπον τοῦτον vero elliptice dictum arbitretur, pro κατὰ τὸν τύπον τοῦτον. Longius haec sunt petita. Vertere potes: *scribens epistolam, quae hanc continebat s. habebat formam.* Aut breuius: *scribens epistolam in hanc formam.*

Τύπος

Τύπος omnino *integram formam* f. vt vulgo dicunt, *extensum* epistolae significat. 3 Macc. 3, 30. de epistola Ptolemaei, quae integra ibi praemissa est, dicitur: *καὶ ὁ μὲν τῆς ἐπιϛολῆς τύπος ὅτως ἐγέγραπτο, et ita forma epistolae* f. *epistola ipsa conscripta erat.* Περιέχειν τύπον idem valet, ac ἔχειν τύπον. Probat hoc Iosephus, qui *ant.* l. 12. c. 5. p. 407. de epistola illa decantata, quam integram praemisit, dicit: *epistola quidem a rege Lacedaemoniorum missa, τῦτον περιεῖχε τὸν τρόπον, hanc habebat formam* f. *modum.* Pro quo Diogenes Laërtius l. 5. c. 3. §. 7. de testamento Stratonis loquens: *Physici*, inquit, *illius feruntur quoque, διαθῆκαι τῦτον ἔχυσαι τὸν τρόπον, testamenta in hunc modum.* Iosephus *ant.* l. 14. c. 22. p. 492. de decreto Antonii quodam, quod integrum subiungit, dicit: *misit etiam simul ad Tyrios, διάταγμα περιέχον ταῦτα, decretum in hanc sententiam.*

v. 29.

Μηδὲν δὲ ἄξιον θανάτυ ἢ δεσμῶν ἔγκλημα ἔχοντα.

Ἄξια θανάτυ dicuntur, *quae morte digna sunt*, f. *mortem merentur.* Sic Demosthenes in *Midiam* p. 403. θανάτυ πεποιηκότα ἄξια πολλά, *qui multa morte digna perpetrasset.* Paulo post: ὐδὲ ἄξιον εἶναι θανάτυ. Lucianus de *Dea syr.* p. 895. θανάτυ ἄξια ἐργασμένον, *quod capitalia peregisset.*

Ἔγκλημα ἔχειν duplicem habet notionem; h. l. idem est quod ἐγκαλεῖσθαι, *accusari.* Sic Demosthenes *or. 2. adu. Boeot.* p. 647. ὥϛε πολὺ μᾶλλον προσήκει, ἐμὲ τύτοις ἐγκαλεῖν, ἢ αὐτὸν ἐγκλήματ' ἔχειν ὑπὸ τύτων, *quare multo magis isti a me accusandi erant, quam ego ab istis.* Paulo aliter idem de *corona* p. 347. εἰ νῦν ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις κατηγορίας ἔχω, *si nunc de iis, quae gesta sunt, accusor.* Appianus de *bell. Annib.* p. 594. *Claudiam Quintiam*, μοιχείας ἔγκλημα ἔχυσαν ἔτι ἄκριτον, *adulterii accusatam, nondum cognita caussa.* Lucianus in *abdicat.* p. 804. ἔγκλημα μεν ἴδιον ὐκ ἔχω, κινδυνεύω δὲ τιμωρίαν ὑποσχεῖν ὑπὲρ τῆς τέχνης, *ob nullum*

crimen proprium accusor, sed propter artem poenam subire periclitor. 2) notat, *accusare*, ἐγκαλεῖν. Sic Sophocles in *Philoctet.* p. 381. ἤ γάρ τι καὶ σὺ πανωλέθρους ἔχεις ἔγκλημ' Ἀτρείδαις, *num et tu habes, in quo accuses perniciosos Atridas?* Thucydides l. 1. p. 16. μέγιστα ἐγκλήματα ἔχομεν, *grauissimas habemus querelas, quum et ab Atheniensibus iniurias passi et a vobis neglecti simus.* Sic et l. 1. p. 27. et l. 4. p. 93.

CAP. XXIV. v. 5.

Εὑρόντες γὰρ τὸν ἄνδρα τοῦτον λοιμὸν, καὶ κινοῦντα στάσιν πᾶσι τοῖς Ἰουδαίοις.

Homines *noxios*, λοιμοὺς *pestes*, s. *pestilentes* vocant Graeci. Philiscus teste Aeliano *Var. hist.* l. 14. c. 11. ad Alexandrum dixit: δόξης φρόντιζε, ἀλλὰ μὴ ἔσο λοιμὸς, καὶ μὴ μεγάλη νόσος, ἀλλὰ εἰρήνη καὶ ὑγεία, *ad gloriam incumbe, at ne sis pestis aut magnus aliquis morbus, sed pax et sanitas.* Vide ibid. seq. Demosthenes *cont. Aristogit.* p. 501. οὗτος οὖν αὐτὸν ἐξαιτήσεται ὁ φαρμακὸς; ὁ λοιμός; *Isne igitur pro eo intercedet veneficus? homo pestilens?* Heraclitus de *incredib.* c. 2. p. 69. de Scylla dicit: εἶχε παρασίτους λοιμούς τε κυνώδεις, *habebat illa secum parasitos pestilentes et caninos*, i. e. voraces. LXX. interp. Psalm. 1, 1 לצים *irrisores*, *impios* vertunt λοιμούς.

Κινοῦντα στάσιν, *seditionem mouentem.* Phrasin habet Dionysius Hal. *ant.* l. 10. p. 659. dicit: ἥ τε γὰρ πολιτικὴ στάσις ἤδη μεμαράνθαι δοκοῦσα, ὑπὸ τῶν δημάρχων πάλιν ἀνεκινεῖτο, *nam et ciuilis seditio, quae iam sopita videbatur, denuo a tribunis excitabatur.* Κινεῖν πόλεμον *bellum mouere*, dicit idem ibid. l. 8. p. 484. et Libanius *epist.* 1433. p. 656. Iosephus *bell. Iud.* l. 2. c. 14. p. 789. de Pilato dicit: μετὰ δὲ ταῦτα ταραχὴν ἑτέραν ἐκίνει, *post haec vero alium excitabat tumultum.*

v. 11.

v. 11.

Ὅτι ἐ πλείες εἰσί μοι ἡμέραι δεκαδύο, ἀφ' ἧς ἀνέβην προσκυνήσων ἐν Ἱερεσαλήμ.

Verte: *quod non plures mihi elapsi sint dies quam duodecim, ex quo ascendi.* Simile loquendi genus occurrit Luc. 1, 36. vbi *Hebraismum* id immerito vocauit Beza. Sic enim praestantissimi loquuntur auctores. Isaeus *orat.* 5. p. 454. τῇ μὲν γὰρ ςρατιᾷ ἀφ' ἕ ἐξέπλευσεν εἰς Σικελίαν ἤδη ἐςὶ δύο καὶ πεντήκοντα ἔτη, *exercitui, ex quo is in Siciliam nauigauit, iam duo et quinquaginta elapsi sunt anni.* Demosthenes *adu. Lacrit.* p. 595. ἐπειδὴ δὲ ἡμέραι τε ἦσαν συχναὶ ἐπιδημεσι τέτοις, *posteaquam vero illis hic commorantibus dies complures effluxissent.* Saepius vti Luc. 1, 36. numeralia ordinalia in hac constructione occurrunt. Homerus *Iliad.* Φ. v. 155. ἥδε δέ μοι νῦν, ἠὼς ἑνδεκάτη ὅτ' ἐς Ἴλιον εἰλήλεθα, *haec autem mihi nunc est dies vndecima, ex quo Ilium ingressus sum.* Idem *Iliad.* β. v. 295. et *Odyss.* ω. v. 388. αὐτὰρ Ὀδυσσῆϊ τόδε δὴ πέμπτον ἔτος ἐςὶν ἐξ ἕ κεῖθεν ἔβη, *At Vlyssi hic iam quintus effluxit annus, ex quo illinc iuit.* Sophocles in *Philoctet.* p. 382. ἦν δ' ἦμαρ ἤδη δεύτερον πλέοντί μοι, *Alterum iam nauigans transigebam diem.* Sic Dionysius Hal. *ant.* l. 10. p. 662. Similiter verbum γίνεσθαι vsurpat Antiphon *orat.* 16. p. 160. ὥςε αἱ σύμπασαι ἡμέραι ἐγένοντο αὐτοῖς πλέον ἢ πεντήκοντα, *ita vt in vniuersum plures quam 50 ipsis elaberentur dies.* Nicolaus Damascenus *excerpt. Vales.* p. 430. ὡς δ' ἑπτὰ ἔτη ἐγένετο αὐτῷ τοιαύτην δίαιταν ἔχοντι ἐν Βαβυλῶνι, *cum iam septennio eo cultu Babylone vixisset.* Sic et Arrianus *rer. Indic.* p. 552. Mentionem vix meretur, quod ἀφ' ἧς ἀνέβη, dictum sit elliptice pro, ἀφ' ἡμέρας ἧς ἀνέβη.

v. 13.

Οὔτε παραςῆσαι δύνανταί σοι, περὶ ὧν νῦν κατηγορεσί με.

Παραςῆσαι verte: *demonstrare, ostendere, plana facere,* et supple: τὰ f. ταῦτα, περὶ ὧν κατηγορεσι. Vtitur

 verbo

verbo hoc eo sensu Iosephus *ant.* l. 12. c. 7. p. 410. συμβελευομένοις ἡμῖν μετὰ τῶν φίλων, παρέστησαν οἱ πεμφθέντες ὑπ' αὐτῶν, ὅτι μηδὲν τοῖς τῶν Ἰουδαίων ἐγκλήμασι προσήκουσι, *nobis cum amicis consultantibus, legati eorum ostenderunt, ipsos a Iudaeorum criminibus alienos esse.* Ibid. l. 4. c. 3. p. 106. et *bell. Iud.* l. 1. c. 17. p. 750. τὸν ἔρωτα τοῦ βασιλέως παραστῆσαι τῇ γυναικὶ βουλόμενος, *regis amorem mulieri cupiens demonstrare.* Arrianus *Diss. Epict.* l. 1. c. 16. p. 127. *Numquid oratio sufficit,* ὁμοίως αὐτὰ ἐπαινέσαι ἢ παραστῆσαι, *ad haec satis laudanda aut ostendenda*, vbi tamen vertere quoque posses, *commendanda* vti 1 Cor. 8, 8. Ibid. l. 2. c. 26. p. 257. *Is cuique potest ostendere, qua in re erret*, καὶ σαφῶς παραστῆσαι, πῶς ὃ θέλει οὐ ποιεῖ, καὶ ὃ μὴ θέλει ποιεῖ, *et perspicue demonstrare, eum non facere, quod velit, sed id quod nolit.* Philo de *migrat. Abrah.* p. 395. πρῶτον ἐκεῖνό σοι βούλεται παραστῆσαι, *illud inprimis tibi scriptura vult ostendere, alium esse infantum locum, alium adultorum.*

v. 14.

Ὅυτω λατρεύω τῷ πατρῴῳ Θεῷ.

Magna erat gentilium erga θεοὺς πατρῴους, *Deos patrios* religio, per quos etiam praecipue iurare solebant. Sic Demosthenes de *corona* p. 333. iurat per τὸν Ἀπόλλω τὸν Πύθιον ὃς πατρῷός ἐστι τῇ πόλει, *Apollinem Pythium, qui vrbi* (Athenis sc.) *patrius est.* Conf. idem *cont. Eubulid.* p. 542. Iosephus *ant.* l. 18. c. 12. p. 645. de rege Parthorum dicit: τούς τε πατρῴους θεοὺς ἐπώμνυτο, *per patrios iurabat Deos.* Sic et teste eodem *bell. Iud.* l. 7. c. 9. p. 949. Θεοὺς πατρίους, *Deos patrios* testabatur Titus. Apud Sophoclem in *Antigon.* p. 221. simili per θεοὺς πατρῴους, *Deos patrios* Thebanorum obtestatione vtitur Antigone. Quot modis *Deos patrios* appellauerint gentiles, docent ad h. l. Elsnerus et Cel. Alberti. Deos, quos e Troia abstulit Aeneas, aliquoties πατρῴους vocat Dionysius Hal. *ant.* l. 1. p. 37. et p. 46. bis, p. 54. vbi eosdem

Deos

Deos a Romanis *penates* vocari testatur. Sapienti vero apostolus agebat consilio, dum contra obiectam sibi haeresin v. 5. se Dei patrii cultu, et legis atque prophetarum obsequio tuebatur. Inuisum quippe erat gentilibus, si quis se peregrinis aut Diis aut Deorum cultibus addiceret. Quid Athenienses de hac re senserint e dictis supra c. 17. 18. patet. Romani similiter peregrina aduersabantur sacra. Dionysius Hal. *ant.* l. 2. p. 91. de iisdem dicit: *Quod omnium maxime miratus sum, quamuis innumerae nationes in eam vrbem conuenerint, quibus necesse erat patrios Deos ritu domestico colere, nulla tamen peregrina sacra ab vrbe recepta sunt publice, quod multis iam vrbibus accidit; sed etiamsi aliqua oraculorum iussu aliunde introducta sunt sacra, suo tamen ritu peraguntur a ciuibus.* Praeterea Iudaeis per multa Imperatorum inferiorumque magistratuum decreta et senatus consulta sancitaerat potestas, Deum patrium colendi, et τοῖς πατρίοις θεοῖς καὶ ἱεροῖς χρῆσθαι, *patriis ritibus et sacris viuendi*, χρῆσθαι τοῖς ἰδίοις θεσμοῖς κατὰ τὸν πατρῷον αὐτῶν νόμον, *propriis institutis secundum patriam ipsorum legem vtendi*, de quo vide Iosephum *ant.* l. 14. c. 17. p. 487. 488. l. 16.. 4. p. 551. 552 et c. 10. p. 561. 562. et alibi. Breuissim igitur via, qua Christiani Romanos magistratus sibi conciare, et cultus sui libertatem consequi poterant, haec rat, vt se eundem cum Iudaeis Deum colere et iisdem bris sacris fidem praestare et obsequium assererent.

V. 22.

Ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ Φῆλιξ, ἀνεβάλετο αὐτούς.

Verba vltima recte vertunt: *distulit illos*, s. *ampliauit illos.* Differebat nempe Felix in aliud tempus caussae huius cognitionem. Ἀναβάλλειν s. ἀναβάλλεσθαι τινα dicitur, 1) qui alterum *remoratur*, et ad ea procrastinanda impellit, quae is agere aut vult aut debet. 2) notat, *differre* negotium, quod cum altero agendum est. Sermones, quibus homines Philippo addicti, bellum cum ipso gerendum remorabantur, Demosthenes de *Cherson.* p. 4. vocat λόγους ἐξ ὧν ἀναβάλλουσι μὲν ὑμᾶς, *sermones,*

nes, quibus vos remorantur et *or. 3. in Philip.* p. 45. λόγους οἷς ἀναβάλλουσιν ὑμᾶς. Posteriori sensu, de iis, quorum supplicia differebat Sylla, Dio Cassius *excerpt. Vales.* p. 657. dicit: αὐτοὶ μὲν ἀνεβέβληντο, οἱ δὲ ἄλλοι κατεσφάγησαν, *illos in aliud tempus distulit, alii vero interim caesi sunt.* Auctore Plutarcho in *Antonio* p. 940. Antonius decernebat, τὸν Μῆδον εἰς ὥραν ἔτους ἀναβαλέσθαι, *Medum in tempus anni opportunum differre*, i. e. bellum differre, quod copiis cum Medo iunctis gerere volebat. In nostro loco differebat Felix et ulteriorem Iudaeorum accusationem, et penitiorem caussae discussionem.

v. 25.

Τὸ νῦν ἔχον πορεύου· καιρὸν δὲ μεταλαβὼν μετακαλέσομαί σε.

Phrasis, τὸ νῦν ἔχον, *in praesentia, vt nunc se res habet*, est ἐκ τῶν ἅπαξ λεγομένων. Cel. Geogi in *Hierocrit. N. T.* p. 40. vertit: *hoc nunc sufficies sit*, siue, *hoc nunc sufficiat, abi;* et putat ἔχειν eodemsensu hic occurrere, quo ἀπέχειν Marc. 14, 41. accipitur. Non refellam hanc interpretationem, quam nunquam tenuisset. Vir doctus, si ipsi innotuisset, phrasin hanc profanis tam esse tritam. Sic Maximus Tyrius *Dissert.* 8. p. 85. *Rectene an contra haec fecerit Socrates, inquirere* ἀναθησόμεθα σμικρὸν ὅσον τὸ νῦν ἔχον, *paulululm in praesentia differemus.* Idem *Diss.* 21. p. 214. et *Diss.* 27. p. 272. Aelianus *hist. anim.* l. 12. c. 32. τὸ δὲ νῦν ἔχον, ὅπως ὠδῖνα ὄφεων ἡ γῆ ἀποδείκνυται εἰπεῖν ὁρμημαι, *in praesentia vero, quomodo foetus serpentum terra producat, dicere aggredior.* Lucianus in *Ioue confut.* p. 185. *Ego vero, si quid talium rerum est, haud obscure cognoscam, vbi fatis functus fuero,* τὸ δὲ νῦν ἔχον ἐβουλόμην, *vt nunc vero se res habet, volo, vt tempore hoc quantocunque in vita feliciter transacto, a sedecim vulturibus iecur meum depascatur.* Idem in *Catapl.* p. 438. Achilles Tatius l. 1. p. 31. τὸ δὲ νῦν ἔχον ἐφ᾽ ἱππασίαν ἄπειμι, *in praes-*

praesentia autem ad equestre certamen abeo. Plutarchus in *amator.* p. 749. ἄφελε τῦ λόγυ τὸ νῦν ἔχον ἐποποιῶν τε λειμῶνας καὶ σκιάς. Aristeas de 70. *interpr.* p. 22. καταλήξω τὸ νῦν ἔχον, *in praesenti finem faciam.*

Καιρὸν δὲ μεταλαβὼν, *opportunitatem* f. *tempus opportunum autem nactus.* Sic Polybius l. 2. c. 16. p. 146. μεταλαβόντες δὲ καιρὸν ἁρμόττοντα, ποιησόμεθα τὴν καθήκυσαν μνήμην, *opportunum vero nacti tempus, haec quantum satis est, persequemur.* Mireris merito hunc locum effugisse doctiss. Raphelii diligentiam. Paulo aliter Iosephus *ant.* l. 18. c. 8. p. 632. *Antonia - -* καιρὸν παραλαβῦσα τοιῦτον, *tempus tam opportunum nacta.* Simplici idem vtitur *ant.* l. 15. c. 11. p. 528. κάλλιςον ᾠήθησαν τὸν καιρὸν τῦ πρὸς ἐκείνην μίσυς ἐιληφέναι, *optimam odii in illam effundendi opportunitatem nacti sibi videbantur.* Demosthenes adu. *Aristocrat.* p. 452. καιρῦ τοιῦτυ λαβόμενον, *cum talem opportunitatem nactus esset.*

v. 26.

Ἅμα καὶ ἐλπίζων, ὅτι χρήματα δοθήσεται αὐτῷ ὑπὸ τῦ Παύλυ, ὅπως λύσῃ αὐτόν.

Repugnabat quidem legibus Romanis, non vero auaritiae et moribus magistratuum Romanorum in prouinciis, vt captiuos ob leuiores praesertim caussas in vincula coniectos accepta pecunia dimitterent. Simillimum Albini Iudaeae procuratoris exemplum narrat Iosephus *ant.* l. 20. c. 8. p. 699. *Albinus quum audiuisset Gessium Florum sibi successurum venire, videri volens aliquid gratificatus esse Hierosolymitanis ciuibus, captiuos, qui palam mortis rei erant, productos interimi iussit,* τὺς δὲ ἐκ μικρᾶς καὶ τῆς τυχύσης αἰτίας εἰς τὴν εἱρκτὴν κατατεθέντας, χρήματα λαμβάνων αὐτὺς ἀπέλυε, *reliquos qui leuioribus de caussis in vincula coniecti erant, accepta pecunia ipse dimisit.*

v. 27.

v. 27.

Θέλων τε χάριτας καταθέσθαι τοῖς Ἰουδαίοις ὁ Φῆλιξ.

Χάριτας καταθέσθαι vertunt, *gratiam ab aliquo inire*, idque bene. At paulo tamen accuratius verteres: *beneficium locare*, f. *collocare*. Κατατιθέναι enim *deponere* notat, et phrafis innuit, beneficia depofiti inftar apud alios collocari, ita vt referenda de iis gratia exfpectari et veluti repofci queat, ficque opponuntur fibi inuicem χάριν καταθέσθαι et χάριν ἀποδιδόναι f. ἀπολαμβάνειν. Moris erat magiftratibus, vt difcedentes e prouinciis incolas beneficiis fibi deuincire ftuderent, quod e loco Iofephi iam adducto patet. Referre volebant eam ab incolis gratiam, ne accufationibus fuis et querelis eos Romam fequerentur, quod nihilominus euitare non potuit Felix. Phrafin habent hoc fenfu Xenophon *Cyrop.* l. 8. p. 149. *Regnum equidem minime admitterem*, χάριν δ' ἀνδρὶ ἀγαθῷ καταθέσθαι δεξαίμην ἄν, *gratiam vero locare apud virum bonum admitterem.* Thucydides l. 1. p. 8. ὡς ἂν μάλιστα μετ' ἀειμνήστου μαρτυρίου τὴν χάριν κατάθησθε, *vt quam optime in fempiternam memoriam beneficium collocetis.* Antiphon *orat.* 14. 15. p. 118. τῇ πόλει τῇ ἡμετέρᾳ χάριν καταθέσθαι, *apud vrbem noftram gratiam inire.* Demofthenes in *Neaer.* p. 520. πρὸς αὐτὴν τὴν ἄνθρωπον χάριν καταθήσεσθαι, *fe apud ipfam mulierem beneficium locaturum.* Idem adu. *Ariftocr.* p. 431. dicit, εὐεργεσίας μέρος καταθέσθαι. Libanius *epift.* 1401. p. 421. Χάριν καταθέσθαι τῷ τῶν Ἑλλήνων γένει, *gratiam apud Graecorum gentem inire.* Ibid. *epift.* 1425. p. 433.

CAP. XXV. v. 1.

Φῆστος οὖν ἐπιβὰς τῇ ἐπαρχίᾳ.

Cum igitur Feftus in prouinciam perueniffet. Sic Iofephus *ant.* l. 14. c. 22. p. 493. *Antequam Caius Caffius* ἐπιβῆ-

ἐπιβῆναι τῆς ἐπαρχίας ἡμῶν *in prouinciam noſtram perueniret.* Ibid. l. 16. c. 4. p. 552. ὡς μὲν ἐπέβης τῆς χώρας εὐμενὴς, *quod beneuolus in regionem perueneris.* Rarius verbum hoc datiuo iungitur vt apud Arrianum *exped. Alex.* l. 5. ſub init. ὡς δ' ἐπέβη τῇ Νύσσῃ Ἀλέξανδρος, *ſimulac ad Nyſſam peruenit Alexander;* et Plutarchum in *Arato* p. 1045. οὐ γὰρ πρότερον ἐπέβη τοῖς Ἀχαιοῖς, *neque enim ante peruenit ad Achaeos.* Poſſes tamen quoque vertere: *poſteaquam Feſtus in prouinciam exſcendiſſet.* Procul dubio enim ille naui profectus Caeſareae applicuit. Et ita ἐπιβαίνειν vſurpat Dionyſius Hal. *ant.* l. 1. p. 41. ἔνθα καὶ αὐτὸς Αἰνείας ἐτύγχανεν ἐπιβὰς Ἰταλίας, *vbi etiam ipſe Aeneas in Italiam exſcendit;* et cum datiuo Lucianus *dial. mar. Zeph. et Not.* p. 215. ἐπεὶ δὲ ἐπέβη τῇ νήσῳ, *poſteaquam vero in inſulam exſcendit.*

v. 14.

Ὁ Φῆστος τῷ βασιλεῖ ἀνέθετο τὰ κατὰ τὸν Παῦλον λέγων.

Ἀνέθετο vertunt plerique: *expoſuit, enarrauit.* Significatum hunc apud auctores Graecos non occurrere aſſerit Camerarius; Grotius vero vocem Graecam ad modum latinae *retulit* factam eſſe exiſtimat. Sic tamen loquuntur Plutarchus in *narrat. amator.* p. 772. τὴν πρᾶξιν ἀνέθετο τῶν ἑταίρων τισὶν, *rem nonnullis e ſociis ſuis expoſuit.* Diogenes Laërtius l. 2. c. 18. §. 16. in *epiſt.* Menedemi: ἀκούω πρός σε ἀνατεθῆναι περὶ ἡμῶν, *audio tibi de nobis plurima fuiſſe narrata.* At verbum hoc notat etiam, *imponere, committere, tradere, transferre in alium.* Sic Ariſtophanes in *nubib. act.* 5. *ſcen.* 2. p. 203. *O nubes haec ego veſtri cauſſa fero mala,* ὑμῖν ἀναθεὶς ἅπαντα τὰ μὰ πράγματα, *dum vobis omnia mea commiſi negotia.* Aeſchines cont. *Cteſiph.* p. 294. Imperium terreſtre, ἀρχὴν φέρων ἀνέθηκε Θηβαίοις, *totum tranſtulit in Thebanos.* Dionyſius Hal. *ant.* l. 1. p. 62. de virginibus Veſtalibus dicit: αἷς ἀνατέθειται τοῦ τε ἀσβέστου πυρὸς ἡ φυλακὴ, *quibus ignis aeterni cuſtodia com-*

commissa est. Idem l. 4. p. 260. et l. 6. p. 398. Cum ergo in hunc Agrippam iuniorem post mortem Herodis fratris, potestas in templum Iudaeorum et sacra eorum devoluta esset, vti e Iosepho *ant.* l. 20. c. 1. p. 683. c. 3. p. 690. c. 6. p. 696. cet. apparet; controuersia vero, ob quam Paulus accusabatur, ad δεισιδαιμονίαν Iudaeorum pertineret v. 19. et Paulus accusaretur quasi τὸ ἱερὸν ἐπείρασε βεβηλῶσαι, *templum profanare tentasset* c. 21, 28. c. 24, 6: patet festum hanc litem Agrippae non solum *enarrasse*, sed et *in eius* veluti iudicis competentis *humeros* quodammodo *transtulisse*, haud quidem ea mente, vt Agrippae integrum faceret, iudicis instar decernere, quippe cum Paulum ad Caesarem mittere iam statutum esset v. 12. sed vt suis consiliis in re ipsi notiori et magis ad ipsum pertinenti Festum iuuaret v. 26. 27. Aptissimum igitur esse iudico, vt vtramque notionem coniungas et vertas: *Festus, ea quae ad Paulum spectabant ad regem retulit*, ita vt caussam Pauli partim Agrippae enarratam, partim iudicio eius submissam esse significetur. Simillime apud Dionysium Hal. *ant.* l. 6. p. 409. legati a senatu ad plebem in montem sacrum egressam missi dicunt: *Quoniam praeter opinionem occurrit nobis res noua, potestate nostra quodammodo priuati*, τῷ συνεδρίῳ φέροντες ἀναθήσομεν, *ad senatum rem totam referemus.* Sic προσανατιθέναι habes Gal. 1, 16.

Τὰ κατὰ τὸν Παῦλον sunt, *quae ad Paulum spectabant*, *res Pauli*, vti τὰ κατ' ἐμὲ *res meas*, *quae ad me spectant* Eph. 6, 21. vbi vide plura.

V. 18.

Οὐδεμίαν αἰτίαν ἐπέφερον, ὧν ὑπενόουν ἐγώ.

Phrasis αἰτίαν ἐπιφέρειν, *accusationem adferre*, *crimen deferre*, *criminari*, satis frequens est. Sic Demosthenes in *Neaeram* p. 518. ἐπενέγκας αὐτῷ αἰτίαν ψευδῆ, *crimen fictum contra illum adferens.* Paulo post: ψευδῆ αἰτίαν ἐπιφέρων. Idem cont. *Eubulid.* p. 540. Ψευδεῖς ἡμῖν αἰτίας τοῦτον ἐπιφέρειν, *istum falsa nobis impingere crimina.*

crimina. Idem in *Aphob.* 3. p. 563. ὥστε οὐδὲ ταύτην ἄν τις ἐπενέγκοι δικαίως τὴν αἰτίαν, *quare nec hoc crimen iure quisquam iis impegerit.* Idem adu. *Apatur.* p. 582. vt in *Olympiod.* p. 695. Iosephus *ant.* l. 4. c. 8. p. 125. τοῦ τολμηρῶς καὶ προπετῶς ἐπενεγκεῖν αἰτίαν καὶ διαβολήν, *quod petulanter et temerarie accusauerit et calumniatus sit.* Ibid. l. 2. c. 3. p. 47. l. 5. c. 1. p. 135. et *bell. Iud.* l. 7. c. 39. p. 997. γνοὺς ἀδίκως τὴν αἰτίαν τοῖς ἀνδράσιν ἐπενηνεγμένην, *cum cognouisset homines iniuste esse accusatos.*

CAP. XXVI. v. 3.

Μάλιστα γνώστην ὄντα σε πάντων τῶν κατὰ Ἰουδαίους ἐθῶν.

Σολοικοφανὲς hic reperisse sibi visi sunt nonnulli, quod accusatiuus γνώστην ὄντα σε cum praecedenti genitiuo ἐπὶ σοῦ male cohaerere videatur. Sed recte iam responderunt alii γνώστην ὄντα σε accusandi casu absolute poni pro genitiuo consequentiae, γνώστου ὄντος σου. Fit hoc inprimis vocula ὡς praemissa imo et alias. Sic Pausanias in *Messen.* s. l. 4. p. 279. Διαβάντα δὲ τούτους, πεδίον ἐστὶν ὀνομαζόμενον Στενυκληρικὸν *si quis amnes illos transierit, campi se ostendunt, qui Stenyclerici vocantur,* vbi διαβάντα ponitur pro διαβάντος δέ τινος. Idem in *Attic.* s. l. 1. p. 16. *Thracibus vero omnibus nulla gens numerosior est, praeter Celtas,* πρὸς ἄλλο ἔθνος ἕν ἀντεξετάζοντα, *si quis vnam gentem cum altera conferat.* Heraclitus de *incredib.* p. 70. de Atlante dicit: *Ille coelum humeris sustinuisse dicitur,* ὃ ἀδύνατον, ὑπὸ οὐρανὸν καὶ αὐτὸν ὄντα, *quod fieri nequit, cum et ipse sub coelo esset.* Simile exemplum ex Xenophontis *Hierone* p. 575. adscripsi supra ad c. 10, 10.

v. 9.

Ἐγὼ μὲν οὖν ἔδοξα ἐμαυτῷ πρὸς τὸ ὄνομα Ἰησοῦ τοῦ Ναζωραίου δεῖν πολλὰ ἐναντία πρᾶξαι.

Putaui equidem mihi necesse esse, vt nomini Iesu Nazareni in multis aduersarer, s. *vt nomini Iesu Naza-*

reni multa aduerſa agerem. Sic phraſin vſurpant Demoſthenes de *falſ. legat.* p. 222. καὶ παρὰ ταύτην ἀποδημίαν πάντα τἀναντία ἔπραττον τούτοις, *et in hac profectione illis per omnia fui aduerſatus;* et Thucydides l. 4. p. 119. *Plebs ira accenſa protinus arma arripit, et Peloponneſios*, καὶ τοὺς τὰ ἐναντία σφίσι μετ' αὐτῶν πράξαντας, *eosque qui cum illis, aduerſati ipſis fuerant, inuadit.* Ibid. l. 5. p. 130. δεδιότες, μή ἐναντία Λακεδαιμονίοις ποιήσωσι, *veriti ne quid Lacedaemoniis aduerſum facerent.*

V. 10.

Καὶ πολλοὺς τῶν ἁγίων ἐγὼ φυλακαῖς κατέκλεισα, τὴν παρὰ τῶν ἀρχιερέων ἐξουσίαν λαβών, ἀναιρουμένων τε αὐτῶν κατήνεγκα ψῆφον.

Φυλακαῖς κατέκλεισα, *carceribus incluſi.* Phraſis ſimilis occurrit Luc. 3, 20. et apud Dionyſium Hal. *ant.* l. 7. p. 446. καὶ τὰ σώματα κατακλείσαντες εἶχον ἐν φυλακῇ, *et corpora carceri incluſa ſeruabant.*

Verba vltima: κατήνεγκα ψῆφον, idem valent, ac ἤνεγκα ψῆφον κατ' αὐτῶν, *calculo meo eos damnaui,* ſ. *ſententiam contra eos tuli.* Hinc genitiuos ἀναιρουμένων αὐτῶν vel vt a verbo κατήνεγκα pendentes, vel vt abſolutos in conſequentia poſitos ſpectare potes, quo tamen modo αὐτῶν ſubaudiendum foret. Habent phraſin Ioſephus *ant.* l. 10. c. 7. p. 336. de Ieremia a iudicibus damnato dicit: οἱ μὲν ἄλλοι πάντες ἤνεγκαν τὰς ψήφους κατ' αὐτοῦ, *maxima pars eum calculis ſuis damnauit.* Ibid. c. 5. p. 334. Hulda prophetiſſa de Iſraëlitis dicit: ὅτι τὸ μὲν θεῖον κατ' αὐτῶν ψῆφον ἤνεγκεν, *quod Deus contra eos ſemel ſententiam tulerit*, eos nempe propriis ſedibus expulſum iri. Apud Euripidem in *Oreſte* v. 440. Oreſtes dicit: ψῆφος καθ' ἡμῶν οἴσεται τῇδ' ἡμέρᾳ, *calculus feretur contra nos hoc die*, quod paulo poſt explicat, ſe lapidibus obrutum iri. Male habet interpretes, quod Paulus pars ſenatus Iudaici non fuerit, adeo-

que

que calculo suo damnare non potuerit. At fuit ille insignis sanguinolentorum synedrii consiliorum minister, adeoque quamuis proprie vt iudex *suffragium ferre* non potuerit: potuit tamen ad multas priuatas et clandestinas membrorum synedrii deliberationes vocatus *de interimendis* Christianis *sententiam dicere*. Quippe probabile est, Synedrium ipsum, non tam ad capitis supplicium Christianos publice damnasse, quam potius occultis artibus et machinationibus caedes eorum molitum esse. Phrasis sane et de iis vsurpatur, qui proprie iudices non sunt. Apud Iosephum *ant.* l. 2. c. 3. p. 50. Iosephus patriarcha, ad fratres suos qui perniciem ipsius machinati erant dicit: μὴ ἒν δόξῃ λυπεῖν ὑμᾶς, τὸ κατ᾽ ἐμȣ̃ ψῆφον ἐνεγκεῖν πονηρὰν, *ne igitur male vos habeat, quod olim mali aliquid in me consulueritis.*

V. 22.

Ἐπικȣρίας ȣ̃ν τυχὼν τῆς παρὰ τȣ̃ Θεȣ̃, ἄχρι τῆς ἡμέρας ταύτης ἕςηκα.

Priora verte: *Diuino igitur adiutus auxilio.* Similiter loquuntur Iosephus *ant.* l. 2. c. 3. p. 44. πάντας ἀνθρώπȣς κατὰ συγγένειαν ἀξιȣ̃ντος ἐπικȣρίας τυγχάνειν Ἰωσήπȣ παρὰ τῶν εὐδαιμονίᾳ χρωμένων, *cum Iosephus putaret omnibus hominibus ob cognationem a fortunatioribus opem ferendam esse.* Polybius l. 1. c. 10. p. 13. μὴ τυχόντων ἐπικȣρίας τῶν Μαμερτίνων, *nisi Mamertinis auxilium feratur.*

Ἕςηκα verte: *sum incolumis, in statu permansi pristino.* Vox haec h. l. respicit ad τὸ διαχειρίσασθαι v. 21. cui apostolus opponit se ope diuina adhuc *in viuis esse*, imo se etiam *prorsus illaesum esse.* Opponitur nempe ἵςασθαι, τῷ πίπτειν; hoc *e statu pristino deturbari* notat, vti Apocal. 14, 8. vbi plura dabo, et c. 18, 2. illud indicat, *in statu suo conseruari, incolumem esse.* Sic Plutarchus in *apophth.* p. 201. ȣ̓ γὰρ οἷόν τε τὴν Ῥώμην πεσεῖν Σκιπίωνος ἑςῶτος, ȣ̓δὲ ζῆν Σκιπίωνα τῆς Ῥώμης πεσȣ́σης,

πεσέσθης, *Roma enim Scipione incolumi cadere non potest, neque viuere Scipio Roma euersa.* Polybius l. 17. c. 29. p. 1069. *In rebus prosperis licentiam vt homines decet ferre non posse*, ἐν δὲ ταῖς περιπετείαις εὐλαβῶς ἵστασθαι καὶ νουνεχῶς, *in aduersis vero caute et prudenter statum suum conseruare.*

v. 24.

Μαίνῃ Παῦλε· τὰ πολλά σε γράμματα εἰς μανίαν περιτρέπει.

Plebis et illitteratorum hominum vulgaris apud veteres erat opinio, eos qui sapientiae et litteris nimiam impenderent industriam, mente motos insanire. Serio ita censebant Abderitani, qui cum Democritum suum ad singula ridentem, ob sapientiam nimiam mente captum esse crederent, Hippocratis opem implorabant. Scribunt enim in epistola ad Hippocratem in *operibus huius* sect. 8. p. 5. ἔτος ὑπὸ πολλῆς τῆς κατεχούσης αὐτὸν σοφίης νενόσηκεν, ὥστε φόβος οὐχ ὁ τυχὼν ἂν φθαρῇ τὸν λογισμὸν Δημόκριτος, ὄντως δὴ τὴν πόλιν ἡμῶν Ἀβδηριτῶν καταλειφθήσεσθαι, *hic ob multam, quae illum occupauit, sapientiam; adeo aegrotat, vt non mediocriter verendum sit, ne si Democritus mente captus fuerit, vrbs nostra Abderitana penitus pro deserta habeatur.* Ibid. p. 18. in epistola quadam refert Hippocrates de ciuibus suis dixisse Democritum: δυσαρεστέονται γὰρ ὑπ' ἀκρασίης ἅπασι, καὶ μανίην τὴν σοφίην νομίζουσιν, *nihil illis ob intemperantiam placet, et sapientiam insaniam esse putant.*

v. 29.

Εὐξαίμην ἂν τῷ Θεῷ, καὶ ἐν ὀλίγῳ καὶ ἐν πολλῷ, οὐ μόνον σε ἀλλὰ καὶ πάντας τοὺς ἀκούοντάς μου σήμερον γενέσθαι τοιούτους.

Εὔχεσθαι Θεῷ primario significat *vota Deo facere l. nuncupare.* Sic apud Dionysium Hal. *ant.* l. 1. p. 19. Pelasgi sterilitate laborantes, εὔξαντο τῷ Διΐ, καὶ τῷ Ἀπόλλωνι καὶ τοῖς Καβείροις, *vouebant Ioui et Apollini*

et

et Cabiris omnium prouentuum suorum decimas, vt hoc se onere liberarent. Cumque, vti et ex h. l. patet, cum factis votis preces ad Deos emissae iunctae esse solerent: hinc factum est, vt εὔχεσθαι θεῷ s. θεοῖς, *Deo vota nuncupare* simul significet: *precibus a Deo aliquid expetere.* Occurrit cum datiuo et sequenti infinit. apud Demosthenem adu. *Leptin.* p. 365. εὔχομαι τοῖς θεοῖς, μάλιστα μὲν ἡμῖν καὶ χρήματα πολλὰ γενέσθαι, *Deos precor, vt inprimis aerarium habeamus locuples.* Xenophon de *venat.* p. 631. εὐξάμενοι τῷ Ἀπόλλωνι καὶ τῇ Ἀρτέμιδι τῇ ἀγροτέρᾳ, μεταδοῦναι τῆς θήρας, *Apollinem et Dianam venatricem precantes, vt venationis participes faciat.* Iosephus *ant.* l. 8. c. 2. p. 265. εὐξάμενοι τῷ θεῷ, παρασχεῖν αὐτοῖς εἰς πολὺν χρόνον Σολομῶνα βασιλέα, *Deum rogantes, vt in longum tempus Salomone rege frui concederet.* Ibid. l. 9. c. 2. p. 303. τῷ θεῷ δὲ ηὔξατο καθᾶραι τὰς ὄψεις τῶν πολεμίων, *preces ad Deum misit, vt hostium purgaret oculos.* Ibid. l. 14. c. 3. p. 470.

CAP. XXVII. v. 9.

Καὶ ὄντος ἤδη ἐπισφαλοῦς τοῦ πλοὸς, διὰ τὸ καὶ τὴν νηστείαν ἤδη παρεληλυθέναι.

Phrasin prioribus verbis similem habet Arrianus *peripl. mar. erythr.* p. 153. *Haec Arabiae continentis παράπλους ἐστὶν ἐπισφαλὴς, periculosa est praeternauigatio.* Tempus vero periculosae nauigationis cum autumno incipere iudicabant veteres. Hinc Hesiodus ἔργ. καὶ ἡμ. nauigantibus regulas praescribens v. 672. iubet: μηδὲ μένειν οἶνόν τε νέον καὶ ὀπωρινὸν ὄμβρον, καὶ χειμῶν' ἐπιόντα νότοιό τε δεινὰς ἀήτας, *non exspectare vinum nouum et autumnalem imbrem et hyemem accedentem notique molestos flatus.* Hinc inde a medio circiter mense Nouembri clausum erat mare mediterraneum. Addo iis, quae hac de re scripserunt alii, locum Philonis *legat. ad Caium* p. 994. Percrebuisse dicit famam de morbo Caii,

ἔτι πλοΐμων ὄντων· ἀρχὴ γὰρ ἦν μετοπώρε, τελευταῖος πλᾶς τοῖς θαλαττεύεσιν, *mari adhuc aperto. Initium enim erat autumni, quod vltima in mari versantibus nauigatio est, qui ab omnibus emporiis ad proprios portus redeunt, praesertim si apud gentes exteras hiemare nolunt.* Quum igitur et hic tempus hiemandi iam adesset v. 12. facile patet per τὴν νηστείαν h. l. optime *diem expiationis* in diem decimum mensis Tisri cadentem intelligi. Hic enim dies κατ' ἐξοχὴν, ἡ νηστεία vocatur. Philo ibid. p. 1035. κατ' αὐτὰ ἄδυτα - - εἰς ἃ ἅπαξ τᾶ ἐνιαυτᾶ ὁ μέγας ἱερεὺς εἰσέρχεται τῇ νηστείᾳ λεγομένη, *in intimo sanctuario, in quod semel quotannis summus sacerdos ingreditur, in die qui νηστεία vocatur.* Idem de *septenar. et festis* p. 1174. dicit: ἐνάτη δὲ νηστεία, *dies festus nonus est ieiunium*, quem ibid p. 1194. νηστείας ἑορτὴν vocat et plenius describit. Sic et Iosephus *ant.* l. 17. c. 8. p. 597. Plutarchus *sympos.* l. 4. qu. 5. p. 671. diem hunc vocat Iudaeorum μεγίστην καὶ τελειοτάτην ἑορτὴν, paulo post vero eum ridicule cum festo tabernaculorum confundit, dicens: τὴν γὰρ λεγομένην νηστείαν ἀκμάζοντι τρυγητῷ τραπέζας τε προτίθενται παντοδαπῆς ὀπώρας ὑπὸ σκηναῖς, *In die, qui ieiunium vocatur, maxime feruente vindemia mensas cum variis frugibus proponunt sub tabernaculis sedentes.*

v. 12.

Λιμένα τῆς Κρήτης βλέποντα κατὰ λίβα καὶ κατὰ χῶρον.

Portum Cretae ad Africum spectantem, cet. Similiter loquitur Polybius l. 5. c. 21. p. 513. dicit: ἵνα - - - πρὸ τῆς πόλεως τὴν δύναμιν ἐκτάττωσι, βλέπεσαν κατὰ τὸν εὐρώταν, *vt copias ante vrbem in aciem collocarent, quae versus eurotam spectaret.* Strabo l. 2. p. 190. Sinus gallicus βλέπων πρὸς τὰς ἄρκτες, *ad septentrionem spectans.* Ibid. l. 9. p. 657. ora Thessaliae maritima βλέπεσα πρὸς ἕω, *ad orientem spectans.* Ibid. l. 10. p. 734. *Cydonia ad mare sita est*, βλέπεσα πρὸς τὴν

Λακω-

Λακωνικὴν *Laconicam respiciens.* Βουλὴν τιθέναι est *facta consultatione aliquid decernere* s. *consilium capere.* Sic Plutarchus in *Caesare* p. 718. βουλὴν δὲ θέμενοι διεκρίθησαν, *capto vero consilio discesserunt.* Fallitur, vt puto, qui in *annot. Herod.* phrasin aliter explicat Raphelius.

v. 13.

Ἄραντες ἆσσον παρελέγοντο τὴν Κρήτην.

Quum inde soluissent, s. *discessissent, propius Cretam praeteruecti sunt.* Post verbum ἄραντες plurimi subaudiunt τὰς ἀγκύρας, *cum ancoras sustulissent*, quod non satis placet. Nam 1) αἴρειν in re nautica saepe cum voculis ἀπὸ, ἐκ, ἐκεῖθεν cet. iungitur, vbi id non *ancorarum sublationem, sed discessum* e loco quodam et ipsam *profectionem maritimam inchoatam* denotat. Plutarchus in *Cicerone* p. 885. ἐκεῖθεν δὲ βουλομένων εὐθὺς αἴρειν τῶν κυβερνητῶν, *quum inde extemplo gubernatores vela facere vellent.* Iosephus *ant.* l. 13. c. 8. p. 435. ἄρας ἀπὸ τῆς Κρήτης κατέπλευσεν εἰς Κιλικίαν, *e Creta soluens traiecit in Ciliciam.* Thucydides l. 2. in fine: ἄραντες ἐκ τῆς Ἀκαρνανίας καὶ ἀφικόμενοι ἐς τὴν Ναύπακτον, *ex Acarnania mari profecti et Naupactum venientes.* 2) Verbum hoc promiscue de *itinere maritimo incepto* adhibetur, quum tamen naues in portu in ancoris semper stetisse nemo dixerit. 3) De nauibus quae e mari ad littus portumue applicantur καταίρειν adhibetur. Dionysius Hal. *ant.* l. 1. p. 43. καταίραντες εἰς λιμένα καλὸν, *ad pulcrum deuecti portum.* Aelianus *Var. hist.* l. 4. c. 25. de Pyraeo dicit: τὰ πλοῖα τὰ καταίροντα ἐν αὐτῷ, *naues, quae ibi appellunt*, vbi etiam τὰς ἀγκύρας subaudiri debere nemo dixerit. Alii post ἄραντες supplent τὰς ναῦς. Ita plene Thucydides l. 1. p. 13. de Corinthiis in portu desidentibus dicit: οἱ δὲ τὰς μὲν ναῦς ἄραντες ἀπὸ τῆς γῆς, *illi naues a terra soluentes.* At ne hoc quidem satis firmum; quippe non ferunt id exempla, vbi datiuus ναυσὶ additur. Sic Idem ib. p. 7. ἄραντες ἑβδομήκοντα ναυσὶ καὶ πέντε, *septuaginta et*

quinque nauibus inde profecti. Idem l. 4. p. 119. ἄραντες δὲ ἐκ Ποτιδαίας ταῖς ναυσὶ, *a Potidaea cum nauibus discedentes.* Me igitur iudice aliquid fubaudire non opus eft. Pertinet hoc verbum ad ea, quae et actiuam habent fignificationem et neutralem, quod et de compofitis eius ἀπαίρειν, καταίρειν, μεταίρειν Matth. 13, 53. c. 19, 1. valet, quibus *neutraliter* pofitis ἑαυτὸν f. ἑαυτὲς fubaudire folent. Αἴρειν igitur notat, *abire, difcedere* et faepe quoque de itinere terreftri ponitur, vbi nec ancoras nec naues fubaudire potes. Philo in *vit. Mof.* p. 615. ἄρας ἐβάδιζε μετὰ γυναικὸς καὶ τέκνων ἐδὸν τὴν κατ' Αἴγυπτον, *coepto itinere cum vxore et liberis Aegyptum verfus profectus eft.* Iofephus *ant.* l. 7. c. 5. p. 221. de Davide dicit: ἄρας ἐκ τῶν Ἱεροσολύμων ἐπὶ τὲς Παλαιςινὲς ἧκε, *ex Hierofolymis difcedens, contra Philiftaeos profectus eft.* Ibid. l. 9. c. 11. p. 320.

Ἆσσον, *propius.* Neque hoc nomen proprium eft, neque vox poëtica. Sic Iofephus *ant.* l. 19. c. 2. p. 667. καὶ ἆσσον ἰέναι παρεκάλει μετ' ὀλοφυρμῶ καὶ δακρύων, *vt propius accederet, cum lacrymis et lamentis rogabat.* Plutarchus de *malign. Herod.* p. 866. καὶ ἦσαν ἆσσον τῶν βαρβάρων, *quod propiores barbaris facti fint.*

Παρελέγοντο τὴν Κρήτην, *praeterlegebant Cretam* i. e. Cretam praeteruecti littus legebant. Sic Arrianus *peripl. mar. erythr.* p. 175. πλοῖα μέχρι Λιμυρικῆς παραλεγόμενα τὴν γῆν, *nauigia ad Limyricam vsque terram praeterlegentia.*

v. 15.

Συναρπασθέντος δὲ τῶ πλοίω καὶ μὴ δυναμένω ἀντοφθαλμεῖν τῷ ἀνέμῳ, ἐπιδόντες ἐφερόμεθα.

Priora verte: *correpta* f. *abrepta vero naue.* Sic Plutarchus *apophth.* p. 206. de Iulio Caefare dicit: συνήρπασε τὲς λῃςὰς καὶ προσήλωσεν, *latrones correptos in cruces egit.* Idem de *garrulit.* p. 507. νεὼς μὲν

γὰρ

γὰρ ἁρπαγείσης ὑπὸ πνεύματος ἐπιλαμβάνονται, *navem a vento correptam inhibent.*

Ἀντοφθαλμεῖν *resistere*, *reniti*, κυρίως notat, *audacter adspicere* cuius consequens est: *obniti.* Vocem hanc satis e Polybio explicauit Raphelius. Similiter ἀντιβλέπειν vsurpat Iosephus, qui *ant.* l. 6. c. 2. p. 170. calamitates, quibus Philistaeos Deus cruciauerat, παθήματα vocat, οἷς οὐκέτι ἦν ἀντιβλέψαι, *quibus non potuerint amplius reniti.*

Ἐπιδόντες. Malim hic cum iis facere, qui supplent ἑαυτοὺς, *permittentes se.* Sic Plutarchus de *malign. Herod.* p. 862. τῷ φέροντι προσωτάτω τῆς Ἀττικῆς ἀνέμῳ παραδόντες αὐτοὺς, *vento se permittentes, qui ipsos quam longissime ab Attica proueheret.* Euripides in *Troad.* v. 687. de nautis in mari procelloso periclitantibus dicit: ἐνδόντες τύχῃ παρεῖσαν αὐτοὺς κυμάτων δρομήμασιν, *cedentes fortunae, permittunt se fluctuum cursibus.*

v. 17.

Βοηθείαις ἐχρῶντο ὑποζωννύντες τὸ πλοῖον· φοβούμενοί τε μὴ εἰς τὴν σύρτιν ἐκπέσωσι χαλάσαντες τὸ σκεῦος οὕτως ἐφέροντο.

Βοηθείαις ἐχρῶντο, *adiumentis vtebantur. Adiumenta* hic vocantur adminicula illa, quibus naui periclitanti succurritur, qualia h. l. sunt *cinctura nauis* et *demissio* τοῦ σκεύους. Stobaeus *serm.* 3. p. 42. ex Socrate: *Sicuti qui nauigant ventis secundis*, καὶ τὰ πρὸς τὸν χειμῶνα ἔχουσιν ἕτοιμα, *et ea parata habent, quibus se contra tempestatem muniunt, ita qui in bona fortuna sapiunt*; καὶ τὰ πρὸς τὴν ἀτυχίαν ἡτοιμάκασι βοηθήματα, *etiam ad infortunia sibi auxilia praeparant.*

Ὑποζωννύντες τὸ πλοῖον. Naues funibus vtrinque sub fundum adductis et vtraque earum latera adstringentibus contra ventorum et fluctuum vim munire voluerunt veteres; de quo vide agentem fusius Raphelium

annot. Polyb. Ego huc pertinere puto locum Luciani in *Toxar.* p. 66. *cum autem iam essent iuxta Zacynthum nuda nauigantes antenna*, ἔτι καὶ σπείρας τινὰς ἐπισυρομένους, ὡς τὸ ῥόθιον ἐπιδέχεσθαι τῆς ὁρμῆς, *et praeterea funes quosdam circumstringentes, vt fluctuum impetum exciperent.*

Μὴ εἰς τὴν Σύρτιν ἐκπέσωσι, *ne in Syrtim inciderent*, s. *impingerent.* Sic Euripides v. 415. *Et nunc miser naufragus amissis amicis*, ἐξέπεσον εἰς γῆν τήνδε, *in hanc terram eiectus sum.* Plutarchus *non suauiter viui sec. Epic.* p. 1103. *nauem* συντριβήσεσθαι ταχὺ πρὸς πέτρας ἐκπεσοῦσαν, *mox fractum iri scopulis allisam.* Idem *an. an corp. affect. peior.* p. 501. εἴς τι ναυάγιον φοβερὸν ἐξέπεσε, *terribile passus est naufragium.*

Χαλάσαντες τὸ σκεῦος. Quid hic sit τὸ σκεῦος non satis certum est. *Velum* sane nollem intelligi, illius enim *demissio* procul dubio statim post exortum ventum vehementiorem facta est, adeoque v. 14. s. v. 15. commemoranda fuisset. Verebantur ne in Syrtim inciderent, sicque in mari iam minus profundo, adeoque ancoris emittendis apto fuisse videntur. Hinc verba haec verto: *demittentes ancoram*, s. *ancoras.* V. 29. sane similis metus in loca aspera incidendi, faciebat vt ancoras proiicerent. Quod ad τὰ σκεύη etiam ancorae pertinuerint, docet Iulius Pollux l. 1. c. 9. p. 28. Plutarchus *praec. reip. ger.* p. 812. ὥσπερ ἐν πλοίῳ σκεῦος ἱερὸν, *sicut sacra ancora in naui.* Χαλάσω τὴν ἱερὰν ἄγκυραν, *sacram ancoram, demittam* Svidas dicit in hac voce, notante iam Elsnero.

V. 19.

Καὶ τῇ τρίτῃ αὐτόχειρες τὴν σκευὴν τοῦ πλοίου ἐῤῥίψαμεν.

Per τὴν σκευὴν hic *armamenta nauis* multi intelligunt. Et quod τὰ σκεύη apud auctores significatu hoc occurrant, euincunt. His adderem Arrianum *peripl. pont.*

pont. eux. p. 117. et Demosthenem de *fals. legat.* p. 238. et saepius in *orat. in Euerg.* At nusquam tamen hactenus τὴν σκευὴν in genere fem. hoc sensu reperi, nisi quod in Homeri *Odyss. β.* v. 390. ὅπλα scholia minora explicent, τὴν σκευὴν τῆς νηός. Porro quis credat, in media tempestate *armamenta nauis*, e. g. vela, malum, ancoras, funes et similia, quae ad nauem conseruandam pertinebant, eiecta esse, ad frumentum vero quod multo minus necessarium erat, effundendum multo post v. 38. demum deuentum esse. Per σκευὴν igitur *vasa, vtensilia* omnemque *apparatum*, qui viatorum erat, in hac naui proficiscentium, intelligo. Hinc me iudice Lucas *in prima persona* dicit: Nos viatores *ipsimet sarcinas nostras e naui proiecimus.* Τȣ̃ πλοίȣ ἐῤῥίψαμεν dictum puto, pro ἐῤῥίψαμεν ἐκ s. ἀπὸ τȣ̃ πλοίȣ.

V. 20.

Χειμῶνός τε ȣ̓κ ὀλίγȣ ἐπικειμένȣ λοιπὸν περιῃρεῖτο πᾶσα ἐλπὶς τȣ̃ σώζεσθαι ἡμᾶς.

Priora verte: *Cum tempestas non exigua incumberet,* s. *nos vrgeret.* Sic Libanius *epist.* 1139. p. 543. ἔδεισα ἂν, μὴ κρείττȣς γένησθε τȣ̃ χειμῶνος. Νῦν δ' ὑμῖν ἐπικείσεται, *vererer vtique, ne tempestatem illam salui effugeretis. Iam vero illa vos premet.*

Λοιπὸν h. l. ponitur pro ἤδη *iam*, quod non infrequens est auctoribus. Sic Arrianus *Dissert. Epict.* l. 1. c. 22. p. 141. ἄρχομαι λοιπὸν μισεῖν αὐτὸν, *iam illum odisse incipio.* Iosephus *ant.* l. 3. c. 10. p. 92. τρεπομένȣ τὸ λοιπὸν τȣ̃ καιρȣ̃ πρὸς τὴν χειμέριον ὥραν, *anni tempore iam in hiemem vergente.* Diogenes Laërtius l. 6. c. 2. §. 11. βȣλόμενον λοιπὸν ὑπεξελθεῖν τȣ̃ βίȣ, *e vita iam migrare volentem.*

V. 21.

Κερδῆσαί τε τὴν ὕβριν ταύτην καὶ τὴν ζημίαν.

Κερδῆσαι h. l. est, *euitare, effugere.* Sic Iosephus *bell. Iud.* l. 2. c. 28. p. 808. μανέντες γὰρ ȣ̓́τω τό γε τῆς ἥττης

ἥττης ὄνειδος κερδήσετε, *Ita enim insanientes saltem superatorum dedecus euitabitis.* Lucianus in *tyrannic.* p. 789. *Dignus illo carnifex est quaerendus*, ἀλλὰ μετὰ τὴν συμφορὰν, μηδὲ τὴν αὐτὴν κερδαίνειν, *sed post hanc calamitatem, ne vel hanc ipsam euitet.* Themistius *orat.* 8. *quinquen.* p. 118. *Non quem pastorem constituisti, eum si pro pastore se lupum ostendat*, κερδαίνειν τὴν προσήκουσαν δίκην ἐᾷς, *poenam promeritam effugere pateris.* Paulo aliter ibid. p. 115. dicitur: κερδαίνοντες μὲν μοῖραν οὐκ ὀλίγην τῆς συντελείας, *non exigua quidem vectigalis portione nobis remissa.*

Ὕβρις *iniuriam* corpori illatam proprie indicat. Demosthenes adu. *Midiam* p. 388. de verberibus, quae ab hoc acceperat, dicit: ὧν δὲ εἰς τὸ σῶμα ὑβρίζεσθαί φημι, ὕβρεως, *de eo vero, quod me corpore laesum dicam, iniuriae* sc. actionem me instituere debere. Hic vero apostolus ad *iniurias* coeli et ventorum respicit, quas ipsi nauigantes sentiebant. Simillime Iosephus *ant.* l. 3. c. 5. p. 82. tabernaculi tegumenta vocat, τό τε καῦμα καὶ τὴν ἀπὸ τῶν ὄμβρων ὕβριν ἀπομαχόμενα, *Aestum et imbrium iniurias arcentia.*

v. 23.

Τοῦ θεοῦ, οὗ εἰμὶ, ᾧ καὶ λατρεύω.

Post verba οὗ εἰμὶ subaudi κτῆμα s. δοῦλος, *cuius peculium* s. *seruus sum.* Eadem ellipsi Demosthenes vtitur pro *Phormion.* p. 603. ἔδωκε Σατύρῳ τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα, ἑαυτοῦ ποτε γενομένῳ, *dedisse vxorem suam Satyro, qui quondam seruus illius fuerat.* Ibid. paulo post. et p. 605. ὁ γὰρ αὖ σὸς πατὴρ ἐκείνου ἐγένετο, ὥστε καὶ σὺ καὶ οὗτος ἐκείνου γίνεσθε, *pater enim tuus seruus illius fuit, adeoque et tu et hic serui illius eritis.* Ibid. p. 606. Similiter vocem δούλη omittit idem in *Neaer.* p. 520. εἰδέναι Νέαιραν Νικαρέτης οὖσαν, ἥπερ καὶ Μετάνειρα ἐγένετο, *scire se Neaeram fuisse Nicaretae, cuius et Metanira fuerit.* Differt tamen οὗ εἰμὶ a sequenti ᾧ λατρεύω. Per hoc enim indicat, se etiam serui offi-

cio

cio strenue et gnauiter defungi et non esse *ἀχρεῖον δοῦλον* aut *ἀπειθῆ*.

v. 24.

Ἰδοὺ κεχάρισταί σοι ὁ Θεὸς πάντας τοὺς πλέοντας μετὰ σοῦ.

Sensus est: *Deus singulos itineris tui socios, tui gratia in vita conseruabit.* Sic Dionysius Hal. *ant.* l. 5. p. 283. cum consul Brutus in filios capitalem sententiam protulisset, ab omnibus dicit reclamatum esse, addens: *Indignum quippe iudicabant, talem virum mulctari filiis,* *καὶ χαρίζεσθαι τὰς ψυχὰς τῶν μειρακίων ἐβούλοντο τῷ πατρὶ, et vitam adolescentum donare patri volebant.* Apud Herodotum l. 3. p. 107. vxor Intaphernis dicit: *εἰ μὲν δή μοι διδοῖ βασιλεὺς ἑνὸς ψυχὴν, si vni rex mei caussa vitam seruare vult.*

v. 27.

Διαφερομένων ἡμῶν ἐν τῷ Ἀδρίᾳ, κατὰ μέσον τῆς νυκτὸς ὑπενόουν οἱ ναῦται προσάγειν τινὰ αὐτοῖς χώραν.

Διαφέρεσθαι est, *iactari, agitari, incerto cursu huc illuc ferri.* Sic Plutarchus in *Arato* p. 1046. *ὥσπερ ἐπὶ ναυαγίου τῆς πατρίδος ἐν τοσούτῳ σάλῳ καὶ κινδύνῳ διαφερόμενος, veluti in patriae naufragio in tantis vndis et periculo iactabatur.* Idem in *Othone* p. 1065. *τοῦ φορείου καθάπερ ἐν κλύδωνι δεῦρο κἀκεῖ διαφερομένου, cum lectica veluti in fluctibus huc illuc iactaretur.* Idem de *oracul. def.* p. 419. *τὴν ναῦν διαφερομένην πλησίον γενέσθαι, Παξῶν, nauem huc illuc agitatam prope Paxas delatam esse.* Idem de *sera numin. vind.* p. 552. et de *exsilio* p. 606. Lucianus in *Lexiphan.* p. 966. *ὄψομαι διαφερόμενον σέ τε, te fluctibus agitatum spectabo et nauem ipsam de puppi vento versatam.*

In verbis postremis: *suspicabantur nautae appropinquare sibi regionem aliquam,* Lucas optice loquitur nautarum more. Sic Achilles Tatius l. 2. p. 133. dicit: *Portus*

Portus relinquebatur, γῆν γὰρ ἑωρῶμεν ἀπὸ τῆς νηὸς κατὰ μικρὸν ἀναχωροῦσαν ὡς αὐτὴν πλέουσαν, *terra a naui, quasi ipsa nauigaret, recedere paulatim videbatur.* Philo in *Flaccum* p. 969. de Agrippa in naui ad portum Alexandriae appropinquante loquens dicit: περὶ γὰρ δείλην ὥραν ὁ Φάρος ἀναφέρεται, *circa vesperam enim Pharus altius surgebat.*

v. 30.

Προφάσει ὡς ἐκ πρώρας μελλόντων ἀγκύρας ἐκτείνειν.

Non opus est, vt cum Grotio existimes, genitiuum μελλόντων pendere a voce προφάσει. Id si voluisset scriptor sacer, scripsisset potius: προφάσει τοῦ μέλλειν. Μελλόντων est genitiuus consequentiae, post quem supplendum est αὐτῶν, vti Luc. 12, 36. αὐτοῦ subauditur; vide dicta ad Luc. 8, 20. Verte igitur: *sub specie, quasi ex prora ancoras vellent extendere.* Non insolens post voculam ὡς haec est constructio. Sic Arrianus *Dissert. Epict.* l. 4. c. 8. p. 407. *Nunc cum ipse sobrius es, propter ea, quae male facere tibi videtur, dicis: ecce philosophum!* ὡς πρέποντος λέγειν τὸν ταῦτα ποιοῦντα φιλόσοφον, *quasi illum, qui haec facit, philosophum vocare deceret.* Iosephus *ant.* l. 7. c. 1. p. 214. *Iussit, vt illum Dauidis nomine reuocarent*, ὡς ἔχοντος αὐτοῦ τινὰ περὶ τῶν πραγμάτων πρὸς αὐτὸν - - εἰπεῖν, *quasi is aliquid de negotiis ipsi dicendum haberet.* Appianus de *bell. Mithrid.* p. 385. κονιορτὸς δ᾽ αὖθις ἠγείρετο πολύς, ὡς ἐπιόντος τοῦ Τιγράνου, *puluis vero iterum ingens surgebat, quasi Tigranes aduentaret.*

v. 33.

Ἄχρι δὲ οὗ ἔμελλεν ἡμέρα γίνεσθαι, παρεκάλει ὁ Παῦλος ἅπαντας μεταλαβεῖν τροφῆς λέγων, τεσσαρεσκαιδεκάτην σήμερον ἡμέραν προσδοκῶντες ἄσιτοι διατελεῖτε.

Ἄχρι hic verte: *priusquam, antequam.* Sic Appianus *bell. Parth.* p. 253. *Et quum ductores vrgerent, vt pergeret.*

geret. Ἄχρι ἂν ἡ σελήνη παραλλάξῃ τὸν σκόρπιον; *priusquam luna transeat scorpium.* Μεταλαβεῖν τροφῆς est *cibum capere.* Sic Plato l. 9. *de republ.* ap. Stobaeum *serm.* 4. p. 61. οὐκοῦν καὶ πληροῖτ' ἂν, ὅ τε τροφῆς μεταλαμβάνων καὶ ὁ νοῦν ἴσχων, *adeoque saturatur et qui cibum capit et qui sapere discit.* Iosephus *ant.* l. 6. c. 7. p. 182. εἰ τροφῆς μετελάμβανον, *si cibo corpora recreassent, hostes multo plures capturos fuisse et trucidaturos.* Sensu paulo diuerso idem *bell. Iud.* l. 7. c. 44. p. 968. dicit: *Nonnulli ob odium custodum*, μὴ μεταλαμβάνοντες τροφῆς, οἱ δ' οὐ προσιέμενοι διδομένην, *cibum non accipientes, alii vero datum fastidientes.*

Verba: *diem iam decimum quartum exspectantes*, non tam de *tempore inediae*, quam de *tempore totius nauigationis* ex Creta factae intelligenda sunt, quod v. 18. 19. 27. collati docent. Hinc προσδοκῶντες *exspectantes* non innuit, eos per tot dies *exspectasse* antequam cibum caperent, sed exspectasse, vt vel tempestas desineret, vel ipsi portum attingerent. Verba igitur in hunc sensum interpretor: *Cur vos per quatuordecim iam dies, de nauigationis vestrae euentu anxii et solliciti, interim iteratis vicibus cibo abstinetis?* Ἄσιτοι διατελεῖτε, *cibo abstinetis*, quoniam cum 14. diebus construere non opus est, posses de solo vltimo die intelligere. Quoniam tamen v. 21. πολλῆς ἀσιτίας mentio fit, mallem hoc ita intelligere, comites Pauli mox cibo tumultuarie vtcunque vacasse, mox iterum a cibo abstinuisse. Si prorsus ieiunassent v. 21. pro πολλῆς ἀσιτίας dictum fuisset πάντως f. ὅλως δὲ ἀσιτίας οὔσης. Simili sensu de venationi intentis apud Xenophontem *Cyrop.* l. 4. p. 68. dicitur: εἰ ἐν θήρᾳ μὲν πολλάκις ἄσιτοι καρτεροῦμεν, *quodsi in venatione saepe cibo abstinemus, vt feram aliquam capiamus.* Ipsam phrasin habet Dionysius Hal. *ant.* l. 3. p. 158. ἄσιτοί τε οἱ πολλοὶ καὶ ἀθεράπευτοι τὴν ἑσπέραν ἐκείνην διετέλεσαν, *plerique ea vespera cibo curaque corporis abstinuere.*

V. 40.

v. 40.

Ἐπάραντες τὸν ἀρτέμωνα τῇ πνεούσῃ, κατεῖχον εἰς τὸν αἰγιαλόν

Ἐπαίρειν h. l. eſt, *expandere*, *tollere*. Plutarchus in *Lucullo* p. 493. μεθ' ἡμέραν μὲν ὑφειμένοις πλέων τοῖς ἱςίοις καὶ ταπεινοῖς, νύκτωρ δ' ἐπαιρομένοις, *interdiu velis ſubductis et contractis nauigans*, *noctu vero expanſis*. Idem de *malig. Herod.* p. 870. λαμπρῶς ἐπαιρόμενος τὰ ἱςία, *aperte ſublatis velis*.

Κατεῖχον εἰς τὸν αἰγιαλὸν, *ad littus tendebant*. Κατέχειν ſenſu nautico notat, 1) *ad littus nauem dirigere* ſ. eo *tendere*. 2) Ad littus *adpellere*, ita vt littus ſ. portus reipſa attingatur. Priori notione, quae in verbis Lucae obtinet, Antiphon *orat.* 14. 15. p. 98. dicit, de tempeſtate coorta: ὑφ' ἧς ἠναγκάσθημεν κατασχεῖν εἰς τῆς Μηθυμναίας τὶ χωρίον, *per quam ad locum quendam Methymnaeae tendere coacti ſumus*, vbi κατέχειν ab ὁρμεῖν vti et p. 99. ab ὁρμίζεσθαι, *apellere* diſtinguitur. Altera notione Arrianus *rer. Indic.* p. 569. vbi Nearchus nauem quandam iubet, μὴ κατασχεῖν μὲν εἰς τὴν νῆσον, *haud quidem ad inſulam appellere*, attamen quam proxime eidem adnauigare. Vid. ibid. paulo poſt. Poſſes ſubaudire τὴν ναῦν *nauem dirigere*. Sic plene ſenſu priori Homerus *Odyſſ.* λ. v. 454. *Clam non autem palam*, φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν νῆα κατισχέμεναι, *caram in patriam terram*, *nauem dirige*. Notione altera Plutarchus *conuiu.* 7. *ſapient.* p. 162. ὅπου τὴν ναῦν οἴεται κατασχήσειν, *vbi nauem appulſum iri putaret*. Attamen caſu datiuo Pauſanias in *Phocic.* ſ. l. 10. p. 628. dicit: κατέσχε ταῖς ναυσὶν ἐς Ἰταλίαν, *claſſe in Italiam applicuit*.

v. 42.

Μήτις ἐκκολυμβήσας διαφύγῃ,

Ἐκκολυμβᾶν eſt, *enatare*, *natando euadere et in tutum peruenire*. Sic Diodorus Siculus l. 20. c. 87. p. 456.

οἱ

οἱ πλεῖςοι δὲ καιομένων τῶν Ἀκατίων ἐξεκολύμϐησαν, *pars maxima conflagrantibus Acatiis natando enadunt.* Ibid. c. 89. p. 458. τῦ δὲ ἄλλυ πλήθυς ἐκκολυμβήσαντος καὶ διανηξαμένυ πρὸς τὺς ἰδίυς, *cumque reliqua multitudo euaderet, et ad suos transnataret.* Thucydides ἀποκολυμβᾶν habet eodem sensu, l. 4. p. 94. dicens: μίαν ναῦν αὐτοῖς ἀπώλεσαν τῶν ἀνδρῶν ἀποκολυμβησάντων, *vnam illis nauem perdiderunt, ita vt viri enatarent.*

v. 43.

Ἀποῤῥίψαντας πρώτυς ἐπὶ τὴν γῆν ἐξιέναι.

Post ἀποῤῥίψαντας subaudiendum est, ἑαυτύς. Simplici ῥίπτειν elliptice vtitur Arrianus *exped. Alex.* l. 2. p. 89. οἱ δὲ εἰς τὸν Κύδνον ποταμὸν λέγυσι ῥίψαντα νήξασθαι, *nonnulli tradunt eum natandi animo sese in Cydnum coniecisse.* Et Plutarchus in *parallel.* p. 311. *Valerius prae moerore* κατὰ τῶν αὐτῶν ἔῤῥιψε κρημνῶν, *de eodem se praecipitio deiecit.* Plene Lucianus in *Toxari* p. 66. dicit: ῥίψαι ἑαυτὸν εἰς τὴν θάλασσαν, *eum sese in mare coniecisse.*

CAP. XXVIII. v. 6.

Ἐπὶ πολὺ δὲ αὐτῶν προσδοκώντων καὶ θεωρύντων μηδὲν ἄτοπον εἰς αὐτὸν γινόμενον, μεταβαλλόμενοι ἔλεγον Θεὸν αὐτὸν εἶναι.

Ἐπὶ πολὺ, est, *diu.* Epictetus in *Enchirid.* c. 63. signum hebetis ingenii esse dicit, ἐπὶ πολὺ γυμνάζεσθαι, ἐπὶ πολὺ ἐσθίειν, ἐπὶ πολὺ πίνειν, ἐπὶ πολὺ ἀποπατεῖν, *exerceri diu, edere diu, potare diu, cacare diu.* Hinc *diutius* est ἐπὶ πλεῖον supra c. 24, 4.

Μηδὲν ἄτοπον, *nihil noxium, nihil incommodi, mali, damni* notat, nec multum interest, quid ex his eligas. Iosephus *ant.* l. 6. c. 14. p. 194. Ionathanem refert ad Dauidem dixisse: τῆς μέντοι γε ἀσφαλείας τεύξη παρ' ἐμῦ, καὶ ὐδὲν μὴ πάθῃς, *securitatem tamen praestabo*

 tibi

tibi et nihil damni patieris. Ibid. l. 11. c. 5. p. 369. τᾶ μηδὲν κατὰ τὴν ὁδὸν παθεῖν ἄτοπον, *vt nihil damni in via paterentur.* Ibid. l. 8. c. 8. p. 292. Θαῤῥεῖν ἐκέλευσε καὶ μηδὲν τῶν ἀτόπων προσδοκᾷν, *bono illum animo esse nihilque mali exspectare iussit.* Themistius *orat.* 10. de *amicit.* p. 279. δράκοντας ἰᾶ χαλεπᾶ καὶ ἀτόπᾶ μεςᾶς, *dracones crudeli et noxio plenos veneno.*

Μεταβαλλόμενοι *mutati*, omnino passiue vertendum est. Demosthenes de *fals. legat.* p. 226. ἔπειτα ἐξαίφνης μεταβέβλημαι καὶ κατηγορῶ, *quod deinde repente mutatus et accusator factus sim.* Dionysius Hal. *ant.* l. 10. p. 675. νῦν ἐξαίφνης μεταβέβλημαι, *quod nunc animum repente mutauerim.* Arrianus *Dissert. Epict.* l. 2. c. 22. p. 241. λυπῇ, φοβῇ, φθονεῖς, ταράσσῃ, μεταβάλλῃ, *moeres, times, inuides, perturbaris, mutaris;* et paulo post: ἐν δὲ τῷ φιλεῖν ἐ μεταβάλλῃ; *in amore autem nonne mutaris?* Plutarchus de *gen. Socrat.* p. 581. At vel sic quoque subaudiendum est τὴν γνώμην. Plene Iosephus *ant.* l. 13. c. 20. p. 456. dicit: μεταβάλλεσθαι τὰς γνώμας ἐποίησεν, *fecit vt mutarent sententiam.* Aristophanes in *Vespis* p. 534. μετεβάλλοντο τὰς τρόπας, *mutati sunt moribus.*

V. 7.

Ὃς ἀναδεξάμενος ἡμᾶς τρεῖς ἡμέρας φιλοφρόνως ἐξένισεν.

Qui nos exceptos tribus diebus hospitaliter tractauit. Illud φιλοφρόνως, *hospitaliter, amice, benigne* virtutem designat, quam in hospitum *exceptione* inprimis laudant auctores. Apud Iosephum *bell. Iud.* l. 7. c. 37. p. 995. de Onia dicitur: δεξαμένε Πτολεμαίε φιλοφρόνως αὐτὸν, *cum Ptolemaeus eum benigne exciperet.* Idem *ant.* l. 13. c. 9. p. 442. *Lacedaemonii legatos* φιλοφρόνως ὑπεδέξαντο *benigne exceperunt.* Ibid. c. 18. p. 453 καλέσας αὐτὰς πρὸς ἑςίασιν, καὶ φιλοφρόνως ὑποδεξάμενος, *ad conuiuium eos inuitans et hospitaliter excipiens.* Palaephatus de *incred.* c. 5. p. 16. Hyriaeum dicit aliquando Deos

ὑπο-

ὑποδέξασθαι, *excepisse*, ita vt eius φιλοφροσύνη, *hospitalitas* l. *comitas* Diis maxime placuerit. Dionysius Hal. *ant.* l. 3. p. 138. *Mandauit spectatissimis amicis suis*, τοὺς Ἀλβανῶν πρέσβεις ξενίζειν πάσῃ φιλοφροσύνῃ, *vt legatos Albanorum quam amicissime exciperent.*

v. 15.

Εὐχαριστήσας τῷ Θεῷ ἔλαβε θάρσος.

Θάρσος λαμβάνειν est, *fiduciam capere*, *animum capere.* Sic Dionysius Hal. *ant.* l. 4. p. 275. τὸ αὐτὸ λαβοῦσι θάρσος, καὶ μιᾷ γνώμῃ χρησαμένοις, *eandem capientibus fiduciam et eodem vsis consilio.* Ibid. l. 11. p. 723. παρακελευόμενοι ἀλλήλοις καί τι καὶ θάρσος ἐκ τοῦ δαιμονίου λαβόντες, *se inuicem cohortantes et aliquam etiam fiduciam diuinitus capientes.* Iosephus *ant.* l. 5. c. 6. p. 153. καὶ πρὸς τὴν ἔννοιαν τῆς βοηθείας τοῦ Θεοῦ θάρσος ἐλάμβανον, *et ob diuini auxilii persuasionem animos ceperunt.* Alia Constructione vtitur idem ibid. c. 8. p. 154. Γεδεῶνα δὲ ἀκούσαντα τὸ ὄναρ ἐλπὶς ἀγαθὴ καὶ θάρσος ἔλαβε, *Gideonem vero audito somnio spes et fiducia occupauit*; et Thucydides l. 2. p. 57. τοὺς δ' Ἀθηναίους ἰδόντας ταῦτα γιγνόμενα θάρσος τε ἔλαβε, *Athenienses cum haec fieri vidissent, animos capiebant.*

v. 20.

Τὴν ἅλυσιν ταύτην περίκειμαι.

Catena hac circumdatus sum. Verbum περίκειμαι construitur hic more passiuorum et neutrorum, de quo actum est supra ad c. 21, 3. et Luc. 16, 9. adeoque perinde est, ac si dicas: ἡ ἅλυσις αὕτη περίκειταί μοι; quo modo Plutarchus in *praec. reip. ger.* p. 820. ὡς οὔτε περικεῖσθαι χρυσὸν αὐτοῖς ἔξωθεν, οὔτε κεκτῆσθαι θέμις, *quod illis neque aurum foris appositum gestare, neque possidere fas sit.* Constructio vero nostra occurrit in Iosephi libro de *Maccab.* c. 12. sub init. ὁρῶν ἤδη τὰ δεσμὰ περικείμενον, *cum iam vinculis cerneret circumdatum*; et Phurnutus de *natura deor.* c. 6. p. 146. de Rhea dicit:

πυργωτὸν δὲ περίκειται στέφανον, *corona turrita cingitur.* Athenaeus l. 5. c. 13. p. 212. *περικείμενος δακτύλιον χρυσίου*, *aureo annulo indutus.*

v. 22.

Ἀξιοῦμεν δὲ παρὰ σοῦ ἀκοῦσαι, ἃ φρονεῖς.

Verbum *ἀξιοῦμεν* vertunt nonnulli: *petimus, rogamus.* Haec vero notio huic ſedi non ſatis apta eſt. Vix credibile eſt, Iudaeos tam reuerenter cum homine captiuo, qui ope ipſorum indigere videbatur, egiſſe, vt quod volebant, magis *peterent*, quam *poſcerent.* Imo tum quoque pro *παρὰ σοῦ ἀκοῦσαι* dicendum fuiſſet. *Petimus a te ἐκτιθέναι ἡμῖν* e v. 23. aut ſimile quid. Male enim cohaeret: *Rogamus a te audire.* Hinc verto cum aliis: *cupimus, volumus, placet nobis.* Sic Plutarchus de *fortun. Rom.* p. 320. *προτιμᾶσθαι τοῦ Θεμιστοκλέους ἀξιούντων*, *qui Themiſtocli praeferri cupiebant.* Iſocrates de *permutat.* p. 498. *οἱ μὲν ἄρχειν τῶν Ἑλλήνων ἀξιοῦντες*, *qui ſibi imperium in Graecos arrogant.* Xenophon *exped. Cyri* l. 1. p. 180. *ἀξιοῦντες εἰδέναι, τί σφίσιν ἔσται ἐὰν κρατήσωσιν*, *ſcire volentes, quid praemii relaturi eſſent, ſi vincerent.* Idem *Cyrop.* l. 2. p. 33. l. 6. p. 117. et l. 7. p. 123. Ioſephus *ant.* l. 4. c. 1. ſub init. *οὐ γὰρ ἠξίουν τοῖς μωυσέως πειθαρχοῦντες λόγοις ἠρεμεῖν*, *nolebant enim verbis Moſis morem gerentes quieſcere.* Ibid. c. 8. p. 120. et l. 10. c. 11. p. 348. de Nebucadnetzare a magis explicationem ſomnii ſui poſcente, dicit: *τί σημαίνει λέγειν ἠξίου*, *quid illud ſignificet, eos dicere poſtulabat.*

EPI-

EPISTOLA AD ROMANOS.

C A P. I. v. 10.

Εἴπως ἤδη ποτὲ εὐοδωθήσομαι ἐν τῷ θελήματι τῦ Θεῦ.

Voculae *ἤδη ποτὲ*, *tandem aliquando* ingens desiderium aut mali alicuius pertinacioris auertendi aut boni diu exspectati obtinendi significant. Sic Iosephus *bell. Iud.* l. 4. c. 12. p. 873. *ἤδη ποτὲ τίσασθαι τὲς λυμεῶνας τῆς ἐλευθερίας*, *vt tandem aliquando libertatis corruptores vltum irent.* Dionysius Hal. *ant.* l. 6. p. 375. *εἰς ὁμόνοιαν ἤδη ποτὲ καταστῆσαι τὴν στάσιν ὑμῶν*, *vt tandem aliquando seditionem vestram ad concordiam reducerem.* Ibid. l. 7. p. 442. *διαλλάγητε ἤδη ποτὲ βεβαίως*, *tandem aliquando firmiter nobiscum in gratiam redite* et p. 443. *ἐπισχεῖν ἤδη ποτε καὶ συστεῖλαι τὰς ἀδίκες ἐπιθυμίας*, *vt tandem aliquando iniustas cupiditates cohibeatis et reprimatis.* Ibid. p. 455. l. 8. p. 522. et l. 12. p. 713.

Priora igitur verto: *si forte tandem aliquando ea mihi contingat felicitas.* Εὐοδῦσθαι, vi etymologiae notat, *fortunatum iter habere*, imo et generatim *prosperos habere successus.* Posterior haec notio multo est frequentior, e. g. 3 Ioh. 2. bis occurrit, vbi et locum Herodoti notauit Raphelius. Sic saepe apud 70. interp. et apocryphos V. T. In *testament. 12 patriarch.* p. 684. *ἐάν τις ὑπὲρ ὑμᾶς εὐοδῦται, μὴ λυπεῖσθε, ἀλλὰ καὶ εὔχεσθε ὑπὲρ αὐτῦ, ἵνα τελείως εὐοδῦται*, *si quis vobis fortunatior est, ne lugeatis, sed potius pro illo orate, vt perfecte prosperetur.* Hanc notionem h. l. admittendam esse, probabile fit, ex eo quoque, quod ingens Pauli desiderium visendi Romanos non pati videatur, vt de *itinere felici* adeo esset solicitus; flagrans quippe desiderium nihil curare

solet aliquas molestias aut casus aduersos, dummodo finis obtineatur. Praeterea iter Pauli Romanum satis erat *infelix* Act. 27. Imo tautologicum fere esset, si per εὐοδῶσθαι *iter* exprimeretur, quod iam per vocem ἐλθεῖν satis significatur.

v. 13.

Ἵνα τινὰ καρπὸν σχῶ.

Vir doctus in *biblioth. Brem.* ἔχειν hic positum putat pro παρέχειν et vertit: *vt fructum aliquem exhibeam.* Fert omnino hunc sensum τὸ ἔχειν. Euripides in *Hercule fur.* v. 732. ἔχει γὰρ ἡδονὰς θνήσκων ἀνὴρ ἐχθρός; *adfert enim voluptates moriens vir inimicus.* Altera vero verborum horum explicatio est: *vt fructum aliquem consequar, obtineam.* Ἔχειν saepe notat, *consequi, obtinere.* Dionysius *ant.* l. 6. p. 348. τὰ μέγιστα ἕξοντες ἀγαθὰ, *maxima consecuturi bona.* Iosephus *ant.* l. 13. c. 4. p. 430. *Ne forte ille prior,* σχῇ τὴν παρ' αὐτοῦ βοήθειαν, *impetraret eius auxilium.* Si quaeras, quaenam ex his interpretationibus potior sit: notandum erit: hic vi nexus proxime sermonem non esse, de *fructu quem apostolus ipse percipere* volebat, sed de eo, *qui in* Romanis per euangelium *producendus erat.* Euincit hoc antecedens v. 11. ἵνα μεταδῶ χάρισμα πνευματικὸν et sequens v. 14. ὀφειλέτης εἰμὶ et v. 15. εὐαγγελίσασθαι. Sic tamen nondum finita est controuersia. *Fructum* etiam tunc *consequuntur* verbi diuini doctores, si per *sparsa* coelestis doctrinae *semina* alii aut conuertuntur, aut incrementa spiritualia capiunt. Hoc enim est καρπὸν συνάγειν, Ioh. 4, 36. et hi sunt καρποὶ δικαιοσύνης Phil. 1, 11. propter quos tamen et ipsi doctores μισθὸν λαμβάνουσι Ioh. 4, 46. Nostrum vero locum aptius est vertere: *vt fructum aliquem consequar,* quam: *vt fructum aliquem adferam.* 1) Quoniam oppido rarum est, vt ἔχειν ponatur pro παρέχειν, sat frequens vero vt notet: *obtinere:* 2) Non poterat proprie apostolus incrementa spiritualia Romanis *adferre* siue in iis *producere*; at *obtinere* et *consequi*

sequi illa poterat, per gratiam diuinam efficaciter in iis operantem. Deus enim est, *qui dat incrementum* 1 Cor. 3, 6. Qui terrae femina committit, agricola, is *fructum* non *exhibet*, aut *adfert*, sed Deo dante *impetrat*. Phrasin: *fructum obtinere* pro *emolumentis* e labore *redundantibus* habet et Xenophon *Cyrop.* l. 1. p. 16. *Nonnulli in bellicis rebus versati*, *πρὶν τινὰ καρπὸν ἀπ' αὐτῶν κομίσασθαι*, *antequam aliquem inde referunt fructum.* Ibid. l. 7. p. 124. *εἰ μή τινα καρπὸν λήψονται τῶν πόνων*, *nisi aliquem laborum suorum ceperint fructum.*

v. 14.

Ἕλλησί τε καὶ βαρβάροις, σοφοῖς τε καὶ ἀνοήτοις ὀφειλέτης εἰμί.

Per *Graecos* h. l. omnes gentes intelligendae sunt, partim *Graeca* stirpe ortae, partim linguae *Graecae* peritia, partim litteris, legibus et moribus *Graecorum* excultae, ita vt ipsi Romani simul sub Graecorum titulo contineantur. Luculente Graecorum et barbarorum discrimen docet Dionysius Hal. *excerpt. Valef.* p. 530. his verbis, quae latine tantum adscribam: *Neque enim nuda appellatione aut linguae dumtaxat proprietate Graecos a barbaris distingui velim, sed prudentia, bonisque institutis ac moribus, eoque praecipue, vt ne inter se inuicem vlla inhumanitate faciant. Quibus igitur haec natura altius insita fuere, eos Graecos appellandos esse censeo, quibus contra, barbaros. Consilia etiam et facta plena humanitatis et aequitatis, pro Graecis habeo: contra crudeliter atque immaniter facta et cogitata, praesertim in amicos et cognatos, pro barbaris duco.* Idem proinde saepe distinctione inter *graecos* et *barbaros* vtitur, per priores gentes *cultiores* et *moratiores* intelligens. Sic *ant.* l. 4. p. 235. Tarquinium sistit dicentem ad se regnum aui sui pertinere: *κατὰ τοὺς ἁπάντων κοινοὺς Ἑλλήνων τε καὶ βαρβάρων νόμους*; et p. 271. Brutus dicit, Tarquinium scelera perpetrasse; *οὔτε Ἑλλάδος οὔτε βαρβάρου γῆς οὐδαμόθι γινόμενα*, *quorum nusquam neque apud Graecos, neque apud*

barbaros exstarent exempla. Idem auctor Romanis conceptis verbis originem Graecam tribuit l. 4. p. 230; narrans enim, columnam a rege Tullio in templo Dianae dicatam, suo adhuc tempore superstitem, Graecis litteris inscriptam fuisse, addit: *Quod et ipsum non leue argumentum est, Romam non esse conditam a barbaris; numquam enim vsi fuissent graecis litteris, si barbari fuissent.* Proinde l. 5. p. 282. palam Romanos vocat *graecos*, dicens se mirabilia Bruti facta enarrare velle, ἐφ' οἷς μέγιστα φρονοῦσι Ῥωμαῖοι, *quibus maxime sibi Romani placerent*, sed vereri se tamen, ne ἄπιστα τοῖς ἄλλοις Ἕλλησι, *reliquis Graecis incredibilia* proferre videatur. Vti vero nostro loco apostolus omnes homines in *Graecos* et *barbaros* distinguit, ita ibid. l. 6. p. 406. facit Menenius, foedera iureiurando sancita vocans: τελευταίαν πίστιν ἅπασιν ἀνθρώποις Ἕλλησί τε καὶ βαρβάροις, *fidem vltimam apud omnes homines, graecos aeque ac barbaros.* Confer Viri immortalis summe Reu. Baumgartenii *Commentarium* ad h. l.

v. 15.

Οὕτω τὸ κατ' ἐμὲ πρόθυμον καὶ ὑμῖν τοῖς ἐν Ῥώμῃ εὐαγγελίσασθαι.

Duplicem plerique in verbis prioribus supplent ellipsin, ita vt plene dicendum fuisset: τὸ κατ' ἐμὲ (ὂν) πρόθυμόν (ἐστι); quomodo τὸ κατ' ἐμὲ vertendum foret: *quantum in me est, quantum in viribus meis situm est.* Quo sensu phrasis haec non cum τὰ κατ' ἐμὲ Eph. 6, 21. sed cum τὸ ἐξ ὑμῶν Rom. 12, 18. parallela foret. Hoc sensu Demosthenes de *corona* p. 348. dicit: ὥστε ἀήττητος ἡ πόλις τὸ κατ' ἐμέ, *quare quantum in me est, inuicta est ciuitas.* Idem in *Polyclem* p. 708. ἵνα μηδὲν ἐλλείπῃ τῷ δήμῳ ὧν προσετάξατε κατ' ἐμέ, *vt nihil ex iussis vestris, quantum in me esset, populus desideraret.* Ibid. p. 714. καὶ μηδὲν ὑμῖν κατ' ἐμὲ ἐλλείπηται, *vt nihil vos, quantum in me esset, desideraretis.* At sic verba impeditius fluere mihi videntur. Durior est, vt opinor, duplex ellipsis in tam paucis vocibus. Crederes

deres quoque apostolum, si hic esset sensus, saltem perspicuitatis gratia dicturum fuisse: τὸ κατ᾽ ἐμὲ πρόθυμός εἰμι. Me igitur iudice, simplicius est, vt non nisi vnicum verbum ἐςὶ subaudias et artic. τὸ referas ad vocem πρόθυμον eo sensu, vt τὸ κατ᾽ ἐμὲ πρόθυμον idem sit ac τὸ πρόθυμόν μȣ. Nam πρόθυμον substantiue adhibetur, ita vt idem quod προθυμία, *promtitudinem*, *voluntatem*, *desiderium* significet. Dionysius Hal. *ant.* l. 6. p. 348. ἐπαινέσας τὸ πρόθυμον αὐτῶν, *alacritatem eorum laudans.* Thucydides l. 6. p. 163. μέγιςον μὲν περὶ τῆς αὐτίκα ἀνελπίςȣ σωτηρίας, ἣν μὴ κρατῶσι, τὸ πρόθυμον ἔχον, *maxime propter pereuntem protinus*, *nisi vincerent*, *salutis spem*, *promti erant.* Euripides *Iphig. in Taur.* etiam vti nostro loco infinit. habet sequentem. Dicit ibi v. 989. Iphigenia, τὸ μὲν πρόθυμον πρίν σε δεῦρ᾽ ἐλθεῖν ἔχω, Ἄργει γενέσθαι, *voluntatem equidem habui*, *priusquam huc venirem*, *Argos proficisci.* Porro κατὰ c. accus. saepe ponitur pro genitiuo, vt εὐαγγέλιον κατὰ Ματθαῖον pro Ματθαίȣ, vbi multa de hoc constructione habent interpretes. Sic Act. 27, 2. τȣ̀ς κατὰ τὴν Ἀσίαν τόπȣς, *loca Asiae.* Thucydides l. 1. p. 31. τὰ κατὰ Παυσανίαν - - καὶ Θεμιςοκλέα *facta Pausaniae - et Themistoclis.* Vides itaque τὸ κατ᾽ ἐμὲ πρόθυμον idem velle, ac τὸ πρόθυμόν μȣ. Cui si addas ἐςὶ, vertere potes: *adeoque promtus sum.*

V. 22.

Φάσκοντες εἶναι σοφοί.

Quum sapientes se esse venditarent. Sic Aristophanes in *Ranis Act.* 3. *scen.* 1. sub init. ὅτι δȣ̃λος ὢν, ἔφασκες εἶναι δεσπότης, *quod seruus cum esses*, *herum te venditares.* Demosthenes *adu. Androtion.* p. 423. φάσκων ἐπιεικὴς εἶναι, *quum se bonum esse virum profiteatur.* Idem *cont. Neaer.* p. 523. Ἀθηναῖος φάσκων εἶναι, *quum Athieniensem se esse dicat.* Idem *adu. Boeot.* p. 636. υἱὸς εἶναι φάσκων, *cum se filium eius venditaret.* Dio Cassius *excerpt. Vales.* p. 753. de Caracalla dicit: λέγων εὐσεβέςατος

ϛατος πάντων ἀνθρώπων εἶναι, *cum se omnium hominum religiosissimum esse diceret, tamen nouis et inauditis caedibus saeuiit.*

v. 26.

Μετήλλαξαν τὴν φυσικὴν χρῆσιν, εἰς τὴν παρὰ φύσιν.

Vocem χρῆσις *vsus* in eodem argumento vsurpat Ocellus Lucanus de *vniuers.* c. 4. p. 534. vbi vtile esse dicit, si sero discat iuuenis, τὴν τῶν ἀφροδισίων χρῆσιν, idque eo vsque, ὡς μηδὲ ἐπιζητεῖν πρὸ τῶν εἴκοσιν ἐτῶν τὴν τοιαύτην χρῆσιν, ἀλλὰ καὶ χρησάμενον σπανίως χρῆσθαι, *ita vt eiusmodi vsum ante viginti annos non appetat, imo et vtens raro vtatur.* Similiter Suetonius in *Caligula* c. 25. Liuiam Orestillam ab imperatore hoc repudiatam et relegatam esse perhibet: *quod repetisse vsum prioris mariti tempore medio videbatur.*

Eadem distinctio inter φυσικὴν χρῆσιν et τὴν παρὰ φύσιν in hoc negotio, etiam apud gentiles et Iudaeos erat recepta. Aeschines in *Timarchum* p. 196. mulierem adulteram vocat: κατὰ φύσιν ἁμαρτάνουσαν, et tali mulieri opponit Timarchum, qui muliebria passus erat, eumque vocat: τὸν παρὰ φύσιν ἑαυτὸν ὑβρίσαντα, *hominem, qui se ipsum contra naturam prostituerit.* Iosephus cont. *Apion.* l. 2. p. 1080. peccatum quod hic v. 27. tangitur, vocat: τὴν παρὰ φύσιν καὶ ἄγαν ἀναιδῆ πρὸς τοὺς ἄῤῥενας μῖξιν. Paulo post idem scelus vt et incestas nuptias vocat: ἀτόπους καὶ παρὰ φύσιν ἡδονάς. Vide locum Porphyrii infra ad c. 4, 19. notandum.

v. 29.

Πεπληρωμένους πάσῃ ἀδικίᾳ, πορνείᾳ, πονηρίᾳ, πλεονεξίᾳ, κακίᾳ μεστοὺς φθόνου, φόνου, ἔριδος, δόλου, κακοηθείας.

Miscet hic apostolus prauos animi habitus cum peccatis externis ipso facto commissis. Voces quippe πεπληρωμένους et μεστοὺς ad vtrumque exprimendum aptae sunt.

Sic

Sic Act. 9, 36. Tabitha πλήρης ἀγαθῶν ἔργων fuiſſe dicitur. Plutarchus in *Lucullo* p. 495. hunc dicit deteſtatum eſſe Cethegi vitam, αἰσχρῶν ἐρώτων, καὶ ὕβρεως καὶ πλημμελίας μεστὸν ὄντα, *quae infamibus amoribus et petulantia et omni improbitate plena fuerit.* Demoſthenes adu. *Androt.* p. 423. homines, qui turpiter vixerint vocat, τοιούτων ὀνειδῶν καὶ κακῶν μεστὸς, *talibus probris et malis refertos.* Idem cont. *Ariſtogit.* p. 496. τούτου δὲ οὔτε πλειόνων, οὔτε μειζόνων ἁμαρτημάτων, οὐδεὶς μᾶλλόν ἐστι μεστὸς ἐν τῇ πόλει, *nemo in hac vrbe pluribus aut maioribus peccatis refertus eſt, quam hic.*

Qui per κακοήθειαν h. l. *malos mores* intelligunt, ii non ſatis ponderaſſe videntur, quod vocabulum tam generale, poſt tot prauos mentis habitus iam ſpeciatim memoratos, ſedem hic non ſatis aptam inueniat, imo confudiſſe hi videntur ἔθος et ἦθος, quae tamen non plane ſunt eadem. Plutarchus *diſcr. adul. et am.* p. 51. initium amicitiae eſſe dicit animi indolem τ' αὐτὰ ἀσπαζομένην ἔθη καὶ ἤθη, *quae eaſdem amet conſuetudines et mores.* Κακοήθεια, aliquid κακὸν ἐν τῷ ἤθει, *malum* aliquid *in* ipſa hominis *indole* innuit, ita vt optime vertas: *malignitatem, maleuolentiam.* Innuit haec *ſtudium aliis aſtu, occulte et ſub amicitiae ſpecie nocendi.* Sic Ioſephus *ant.* l. 1. c. 2. p. 6. ſerpenti tribuit κακοήθειαν τὴν πρὸς τὸν Ἄδαμον, *malignitatem contra Adamum.* Polybius l. 5. c. 50. p. 549. Antiochum dicit ſui iuris non fuiſſe, quippe et cuſtodibus et cubiculariis, ὑπὸ τῆς Ἑρμείου κακοηθείας, *ab Hermiae malignitate* circumdatum. Praeſertim haec *malignitas* ſtudium inuoluit et habitum dicta et facta aliorum ſiniſtre interpretandi. Sic Ioſephus *ant.* l. 16. c. 6. p. 553. Herodis filios ex Mariamne κακοηθείας dicit a Pherora et Salome expertos eſſe. Ibid. c. 12. p. 570. Aeſchines in *Timarch.* p. 193. Quomodo *malignitas* in factis aliorum enarrandis ſe prodat, optime docuit Plutarchus de *malignit. Herodot.* p. 855. ſeq. Refert huc 1) ſi quis in re narranda odioſiſſimis nominibus vtitur, 2) ſi quis vitia aliorum iniuſto loco recenſet. 3) ſi quis lauda-

laudabilia facta, vbi narranda erant, reticet. 4) Si quis, quum plures de eadem re sermones feruntur, deteriorem arripit. 5) si quis de actionibus, quarum caussae in obscuro sunt, in deteriorem partem coniecturas facit, et hoc p. 886. vocat φθόνε καὶ κακοηθείας ὑπερβολήν. 6) si quis reprehensionibus, vt maiorem illis fidem faciat, laudes admiscet. cet.

v. 30.

Ψιθυριςὰς, καταλάλες, θεοςυγεῖς.

Ψιθυριςαὶ *susurrones*, sunt homines, qui crimina et vitia aliorum vel vera vel ficta in clandestinis colloquiis diuulgant, et aliis quasi in aures *insusurrant*. Ψιθυριςὴν Ἑρμῆν, *Mercurium susurronem* commemorat Demosthenes in *Neaer*. p. 522. de quo confer *Lexic.* Harpocrationis et ibi notas Maussaci. Eodem sensu ψιθυρίζειν et ψιθυρισμὸς occurrunt. Themistius *orat.* 21. *explorat.* p. 263. de Carione dicit, illum non nisi eo consilio in domos ingressum esse, ἵνα λαλήσῃ καὶ ψιθυρίσῃ, καὶ διαβάλλῃ, *vt loquatur, vt insusurret, et calumnietur.* Plutarchus de *frat. amor.* p. 483. ὅτι ὁ Πολυδεύκης τὸν καταψιθυρίζοντα τῆ ἀδελφῆ πρὸς αὐτὸν κονδύλῳ παίσας ἀπέκτεινεν, *quod Pollux hominem, sibi contra fratrem aliquid insusurrantem, pugno caesum occiderit.* Idem *coniug. praec.* p. 143. de mulieribus obtrectationes vxoribus contra maritos adferentibus dicit: τότε ἦν δεῖ μάλιςα τὴν νῦν ἔχεσαν ἀποκλείειν τὰ ὦτα καὶ φυλάττεσθαι τὸν ψιθυρισμὸν, *tunc prudentes maxime opus est aures occludere et susurros cauere.*

Θεοςυγεῖς hic sunt *Dei osores*. Eodem sensu Euripides in *Cyclop.* hanc vocem vsurpat. Dicit ibi de Cyclope, qui v. 320. se Iouem superbe contemnere fassus erat, Vlysses v. 395. ὡς δ' ἦν ἕτοιμα πάντα τῷ θεοςυγεῖ ᾅδε μαγείρῳ, *cum parata essent omnia Dei osori Plutonis coquo.* Idem ibid. v. 598. de eodem dicit: ὕπνε ἄκρατος ἐλθὲ θηρὶ τῷ θεοςυγεῖ, *o Somne! profundus venias belluae Deos exosae*, vbi v. 601. addit: *cum nec Deos curare nec homines.*

nes. Apud Stobaeum ferm. 20. p. 172. Neophron poëta ad iratum dicit: κάτισχε λῆμα καὶ σθένος θεοςυγὲς, *Reprime voluntatem et vim impiam.*

CAP. II. v. 4.

Ὅτι τὸ χρηςὸν τοῦ Θεοῦ εἰς μετάνοιαν σὲ ἄγει.

Phrasis εἰς μετάνοιαν ἄγειν, fignificat: *ad poenitentiam impellere, flectere, ducere.* Integram phrafin habet Iofephus *ant.* l. 4. c. 6. p. 116. ἐπειρᾶτο τοὺς νέους ἐπανορθοῦν, καὶ εἰς μετάνοιαν ἄγειν, ὧν ἔπραττον, *conabatur iuuenes corrigere, et ad faniorem mentem reducere.* Plutarchus *reip. ger. praec.* p. 813. largitiones, quae pauperibus dentur, fieri iubet, μετὰ τιμῆς Θεοῦ πάντως ἀγούσης πρὸς εὐσέβειαν, *cum Dei quodam honore, omnino ad pietatem impellente.* Dionyfius Hal. *ant.* l. 2. p. 133. inftituta dicit a Numa praefcripta effe: εἰς εὐτέλειάν τε καὶ σωφροσύνην ἄγοντα τὸν ἑκάςου βίον, *fingulorum vitam ad frugalitatem et temperantiam ducentia.* Xenophon de *repub. Athen.* p. 672. de pauperibus dicit: ἥ τε γὰρ πενία αὐτοὺς μᾶλλον ἄγει ἐπὶ τὰ αἰσχρὰ, *paupertas illos potius ad facta turpia impellit.* Demofthenes cont. *Ariftogit.* p. 500. δι᾽ ὧν εἰς ἔλεον καὶ φιλανθρωπίαν τοὺς δικάζοντας ἤγαγον, *per quae ad mifericordiam et humanitatem iudices flexerunt.* In nonnullis horum exemplorum ἄγειν de *effectu*, in aliis vt et apud apoftolum de *conatu* capiendum eft.

v. 5.

Θησαυρίζεις σεαυτῷ ὀργὴν ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς.

Reponis f. *coaceruas tibi poenam.* Opponit hic apoftolus duplicem thefaurum, πλοῦτον nempe μακροθυμίας v. 4. et θησαυρὸν ὀργῆς: quo maior eft longanimitas, eo grauior fit poena apud Deum veluti repofta. Adhibetur nempe θησαυρίζειν etiam de malis, quae *accumulantur.* Simillime apud Philonem in *Flaccum* p. 990. Flaccus conqueritur, malum daemonem non permittere ipfi bre-

vem

vem vitae exitum, vt dicit: διὰ τινὰς ὑπερβολὰς ἀνηκέςων κακῶν ἃ κατ' ἐμῦ θησαυρίζομενος, χαρίζεται τοῖς δολοφονηθεῖσι, *propter insanabilium malorum magnitudinem, quae ille contra me cumulans, iniuste a me peremtis gratificatur.* Diodorus Siculus l. 20. c. 36. p. 412. de Appio Claudio dicit: τὸ δ' ὅλον ὁρῶν τεθησαυρισμένον κατ' αὐτῦ παρὰ τοῖς ἐπιφανεςάτοις φθόνον, *tandem magnum sibi cumulatam videns apud nobiles inuidiam.*

Ὀργὴ, h. l. non *iram* diuinam, neque etiam *qualercunque* huius *irae effectus*, sed *poenam* designat, quam Deus vt iustus index infligit. Frequens hoc Paulo, vti infra c. 3, 5. c. 12, 19. et in primis c. 13, 5. vt ὀργὴν vocet *poenam.* Similiter profani. Demosthenes adu. *Midiam* p. 391. τῷ δράσαντι δ' οὐκ ἴσην τὴν ὀργὴν, ἀλλ' ἑκὼν, ἀντ' ἄκων, ἔταξεν ὁ νόμος, *fonti autem lex non eandem poenam statuit, siue volens siue inuitus fecerit.* Ibid. p. 409. τί πεποιηκότες αὐτῶν ἔνιοι τίνος ὀργῆς τετυχήκασι παρ' ὑμῶν, *quid facientes nonnulli eorum, quibus supplicii a vobis adfecti sint.* Idem adu. *Timocrat.* p. 477. leges dicit potestatem facere iudicibus, ὁποῖον ἄν τι νομίζωσι τὸ ἀδίκημα, τοιαύτῃ περὶ τῦ ἠδικηκότος κεχρῆσθαι τῇ ὀργῇ, *vt quale scelus iudicauerint, talem etiam fonti poenam infligant.* Ibid. p. 481. et *epistol.* 1. p. 114. Aeschines cont. *Ctesiph.* p. 283. *qui praesidia publica inter sese partiebantur*, μεγάλης ὀργῆς ἦσαν ἄξιοι, *magna poena digni erant.* Ibid. p. 276. Dionysius Hal. *ant.* l. 2. p. 96. temulentiam et adulterium testatur secundum leges Romanorum diu crimina fuisse ἀπαραιτήτυ τυγχάνοντα ὀργῆς, *poenam ineuitabilem merentia.* Ibid. l. 6. p. 397.

v. 15.

Οἵτινες ἐνδείκνυνται τὸ ἔργον τῦ νόμυ γραπτὸν ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν.

Legem cordibus inscriptam esse significat, tam firmam atque constantem inesse gentilibus legis naturae cognitionem, vt non possint eandem ex animis suis euellere et supprimere. Opponit hoc modo apostolus legem hanc cordi-

cordibus inscriptam, legi diuinae reuelatae, quae tabulis inscripta erat. Similis mos est profanorum, et veri rectique scientiam animis insculptam, opponant legibus ciuilibus. Isocrates in *Areopagit.* p. 216. δεῖ δὲ τοὺς εὖ πολιτευομένους, οὐ τὰς στοὰς ἐμπιμπλάναι γραμμάτων, ἀλλ' ἐν ταῖς ψυχαῖς ἔχειν τὸ δίκαιον, *prudentes magistratus decet, non vt legibus scriptis porticus impleant, sed vt ius animis insitum habeant.* Plutarchus ad *princip. indoct.* p. 780. *Quis ergo imperabit principi?* ὁ νόμος, ὁ πάντων βασιλεὺς θνητῶν τε καὶ ἀθανάτων (ὥς φησι Πίνδαρος) οὐκ ἐν βιβλίοις ἔξω γεγραμμένος (sic lego pro γεγραμμένοις) οὐδέ τισι ξύλοις ἀλλ' ἔμψυχος ἐν (sic lego, pro ὢν) ἑαυτῷ λόγος, *lex, quae, vt Pindarus dicit, rex est omnium hominum et Deorum, non ea foris scripta in libris aut lignis insculpta, sed viua in ipsius corde ratio, semper vna habitans atque excubans, et animum nunquam sinens esse principatus vacuum.* Apposite quoque Demosthenes cont. *Aristogit.* p. 495. dicit: καὶ δίκης γε καὶ εὐνομίας, καὶ αἰδοῦς εἰσιν ἅπασιν ἀνθρώποις βωμοί· οἱ μὲν κάλλιστοι καὶ ἁγιώτατοι ἐν αὐτῇ τῇ ψυχῇ ἑκάστου, καὶ τῇ φύσει· οἱ δὲ καὶ κοινοί, τοῖς πᾶσι τιμᾶν ἱδρυμένοι, *quin et iustitiae et aequitatis et Verecundiae mortalibus omnibus arae sunt, aliae pulcherrimae et sanctissimae in animo cuiusuis et indole; aliae eaeque communes omnibus ad cultum propositae.* Adde Philonem *quod omnis probus liber* p. 872.

v. 18.

Καὶ γινώσκεις τὸ θέλημα, καὶ δοκιμάζεις τὰ διαφέροντα.

Ex variis vltimorum verborum explicationibus, mihi ea in primis se probat, qua vertere potes: *Et exploras ea quae momentum habent,* s. *quae conducunt, quae vtilia sunt*, ita vt τὰ διαφέροντα idem sit, quod τὰ συμφέροντα, quanquam maiori cum emphasi. Ita vt statuam, me monet locus Phil. 1, 10. vbi phrasis haec sensum habere alium vix potest. Sic et profani. Apud Iosephum *ant.*

l. 15.

l. 15. c. 14. p. 542. Herodes dicit: οὔτε γὰρ ἐν τοῖς δυσχερεστάτοις ἀμελήσας τῶν εἰς τὰς ὑμετέρας χρείας διαφερόντων, *neque enim in maximas vestris difficultatibus, ea quae ad vtilitatem vestram conducerent, neglexi.* Lesbonax *orat. hortator.* p. 208. ὅσα δὲ τὰ διαφέροντα ἐν αὐτῷ τῷ μάχεσθαι ἔνεστιν, εἰς τὸ σώζεσθαί τε καὶ διαφθείρεσθαι, ταῦτα ὑμᾶς διδάξω, *quantum vero in ipsa pugna sit ad salutem vel interitum momenti, vos docebo.* Lysias *orat.* 30. cont. *Philon.* p. 470. τούτοις μὲν γὰρ μεγάλα τὰ διαφέροντά ἐστιν, εὖ τε πράττειν τὴν πόλιν τήνδε, *horum nempe permultum interest, ciuitatem hanc prospere agere.* Vnum Polybii locum huc spectantem attulit Doctiss. Raphelius et vnum Dionysii Hal. notauit Cel. Elsnerus.

C A P. III. v. 5.

Μὴ ἄδικος ὁ Θεὸς, ὁ ἐπιφέρων τὴν ὀργήν;

Ὀργὴν h. l. *poenam* designare notaui iam supra ad c. 2, 5. Integram phrasin igitur vertere potes: *Qui poenam infligit.* Solemne enim est ἐπιφέρειν de poenis. Iosephus *ant.* l. 6. c. 14. p. 201. Deum vocat, τοῖς πονηροῖς ἀξίαν ἐπιφέροντα τὴν ποινήν, *sceleratis promeritas infligentem poenas.* Ibid. l. 3. c. 13. p. 99. τιμωρίαν *poenam* Iudaeis imminere dicit Moses, οἵαν οἱ πατέρες, ἐπὶ νουθεσίᾳ τοῖς τέκνοις ἐπιφέρουσι, *qualem patres emendationis gratia liberis infligunt.* Ibid. l. 2. c. 5. p. 63. de Deo dicitur: ἄλλην τοῖς Αἰγυπτίοις ἐπιφέρει πληγὴν, *aliam Aegyptiis infligit plagam.* Mirabilis est integrae huius locutionis notio apud Thucydidem l. 8. p. 217. *Horum omnium Astyochum esse auctorem* ἐπιφέροντα ὀργὰς Τισσαφέρνει διὰ ἴδια κέρδη, *qui priuati emolumenti caussa iniurias Tissapherni condonet.* Vbi scholiastes dicit: ἐπιφέρειν ὀργὰς positum esse, ἐπὶ τοῦ χαρίζεσθαι καὶ συγχωρεῖν, et similem locum Cratini adducit.

v. 25.

Ὃν προέθετο ὁ θεὸς ἱλαστήριον διὰ τῆς πίστεως ἐν τῷ αὐτοῦ αἵματι, εἰς ἔνδειξιν τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ διὰ τὴν πάρεσιν τῶν προγεγονότων ἁμαρτημάτων.

Vocem ἱλαστήριον de *ſacrificio expiatorio* intelligo, ita vt θῦμα, ἱερεῖον aut ſimile aliquid ſubaudiatur. Illa enim interpretatio, qua ad operculum arcae foederis alludi putant, mihi ſubtilior videtur et obſcurior. Non videmus ſane apoſtolum in hac epiſtola ad eccleſiam e multis gentilibus conſtantem ſcripta, ad reconditiores antiquitates Iudaicas alludere; neque in ſacris alibi operculum arcae vt typus Chriſti proponitur. Chriſtus ipſe eſt et ſacerdos et victima piacularis Hebr. 9. incommodum igitur eſſe puto, ſi ſtatuas, eundem ſimul per arcae operculum adumbrari. Ἱλαστήριον, pro *dono propitiatorio* vſurpat Dio Chryſoſtomus *Orat.* 11. p. 184. ἱλαστήριον Ἀχαιοὶ τῇ Ἀθηνᾷ τῇ Ἰλιάδι, *propitiatorium hoc donum dederunt Achiui MineruaeIlienſi.* Locum debeo Lamb. Bos in *Ellipſ.* p. 18.

Verbum προτιθέναι explico: *dare* ſ. *exhibere*, *loco alterius ſubſtituere.* Signat id non ſolum *dare* ſ. *exhibere* ſimpliciter, vt apud Dionyſium Hal. *ant.* l. 8. p. 507. vbi Marcius negat ſe prodere velle Volſcos, πολλὰς καὶ καλὰς προθέντας εὐεργεσίας, *qui multa et magna beneficia ipſi exhibuerint;* ſed et ſpeciatim haec vox occurrit, *de ſacrificiis*, *quae in locum aliorum ſubſtituuntur*, ita vt πρὸ idem ſit, quod ἀντὶ ſ. ὑπὲρ, et προτιθέναι idem valeat, ac ἀντιδοῦναι. Sic apud Euripidem *Iphig. in Aul.* vbi pro Iphigenia ſibi immolanda Diana ceruam ſubſtituiſſe fingitur, v. 1592. Calchas dicit: ὁρᾶτε τήνδε θυσίαν ἣν ἡ θεὸς, προὔθηκε βωμίαν ἔλαφον ὀρειδρόμον, *videtis hanc victimam, quam Dea ſubſtituit ad aram, ceruam montanam? hanc magis quam puellam dignatur.* Προτιθέναι hic poſitum eſſe pro ἀντιδιδόναι patet ex *Iphig. in Taur.* v. 28. vbi Iphigenia dicit: ἀλλ' ἐξέκλεψεν, ἔλαφον ἀντιδοῦσά μοι Ἄρτεμις

Ἀχαίοις, *verum me subduxit, Ceruam pro me substituens Diana Graecis.* Frequens Euripidi πρὸ adhibere vt aequipollens τῷ ἀντὶ et ὑπέρ. Sic in *Alcest.* v. 682. 684. 698. synonyma sunt, προθνήσκειν et ὑπερθνήσκειν, et v. 690. diuisim idem valent θνήσκειν ὑπὲρ et πρὸ τινός. Verto igitur verba Pauli: *Quem Deus nostri loco dedit vt sacrificium expiatorium.*

Διὰ τὴν πάρεσιν. Hic διὰ c. accus. verto: *per.* Sic Isocrates in *Aeginet.* p. 578. δι' ἐμὲ δ' ἀμφότερ' αὐτῷ ταῦτα γεγένηται, *per me horum vtrumque ipsi factum est.* Euripides in *Phoeniss.* v. 1292. διὰ σάρκα δ' ἐμὰν, *per corpus meum transit miseratio matris miserae.* Dionysius Hal. *ant.* l. 8. p. 507. *Ex humili*, μέγας διὰ τοὺς θεοὺς ἐγενόμην, *deorum ope magnus euasi.* Ibid. p. 519.

v. 27.

Ποῦ οὖν ἡ καύχησις; ἐξεκλείσθη· διὰ ποίου νόμου; τῶν ἔργων; οὐχὶ, ἀλλὰ διὰ νόμου πίστεως.

Per *legem operum*, legem Mosaicam, per *legem fidei* vero, doctrinam euangelii de fide intelligi debere, in confesso est. Hinc vulgaris est explicatio, vt post verba: διὰ ποίου νόμου, subintelligant, ἐξεκλείσθη ἡ καύχησις, eo sensu, vt omnis hominum gloriatio non per legem Mosaicam, sed per doctrinam de fide excludatur et tollatur. Huic vero explicationi contextus sermonis, imo scopus Pauli et res ipsa repugnat. Docuerat Apostolus in antecedentibus e. g. v. 20. neminem per opera legis iustificari, et διὰ νόμου obtineri tantum ἐπίγνωσιν τῆς ἁμαρτίας. Omnem igitur gloriationem lex diuina, cui e viribus naturae nemo satisfacere potest, penitus excludit. Iustificantur tantum οἱ πιστεύοντες v. 22. διὰ τῆς πίστεως v. 25. 30. ἐκ πίστεως v. 26. 30. et πίστει χωρὶς ἔργων νόμου v. 28. Bona vero, quae in iustificatione per fidem obtinentur, eamque sequuntur, sunt gloriandi vberrima materies Ies. 61, 10. Docent ergo antecedentia et consequentia verborum nostrorum, quod gloriatio per vsum legis,

legis legitimum tollatur, doctrina de fide vero caussam gloriandi suppeditet. Confirmat hoc stilus Pauli in aliis locis. Vanum est ἐν νόμῳ καυχᾶσθαι Rom. 2, 23. Laudabile est καυχᾶσθαι ἐπ' ἐλπίδι τῆς δόξης τȣ̃ Θεȣ̃, Rom. 5, 2. et καυχᾶσθαι ἐν τῷ Θεῷ, facta per Christum reconciliatione ibid. v. 11. Ad haec vero bona viam ostendit ὁ νόμος τῆς πίστεως. Haec doctrina ducit ad τὸ καυχᾶσθαι ἐν Χριστῷ Ἰησȣ̃ Phil. 3, 3. Iustificamur διὰ τῆς πίστεως ȣ̓κ ἐξ ἔργων, ἵνα μήτις καυχήσηται Eph. 2, 8. 9. Omnes euito scrupulos, ellipsin alia ratione supplens hoc modo: διὰ ποίȣ νόμȣ, sc. ἐστὶν ἡ καύχησις; τῶν ἔργων; ȣ̓χὶ, ἀλλὰ διὰ νόμȣ πίστεως, *per qualem legem oritur gloriatio? num per legem operum? nequaquam, sed per legem fidei.*

CAP. IV. v. 1.

Τί ȣ̓̃ν ἐρȣ̃μεν Ἀβραὰμ τὸν πατέρα ἡμῶν εὑρηκέναι κατὰ σάρκα.

Εὑρίσκειν h. l. notat, *nancisci*, *consequi*, *impetrare*; quam notionem Grotius hic et ad Luc. 1, 30. inter *hebraismos* refert. Addam ergo aliquot exempla auctorum. Demosthenes adu. *Leptin.* p. 370. τῶν εὑρημένων ταύτην τὴν τιμὴν, *qui honorem hunc obtinuerint.* Ibid. p. 376. et saepe alibi in hac orat. Strabo l. 16. p. 1109. de filiis Herodis dicit: Θεραπείᾳ πολλῇ μόλις εὕροντο κάθοδον, *multis obsequiis vix potestatem redeundi impetrarunt.* Dionysius Hal. *ant.* l. 2. p. 97. ἔπειτα τὴν ἐλευθερίαν εὑράμενος, *deinde libertatem adeptus.* Ibid. l. 3. p. 139. μηδὲν εὑρόμενος, ὧν ἐκέλευον αἱ συνθῆκαι, *cum nihil eorum, quae foederis conditiones postulant, obtinuerim.* Ibid. l. 1. p. 47. et l. 10. p. 673. Dio Cassius *excerpt. Vales.* p. 701. ȣ̓ μόνον ȣ̓δὲν εὕροντο, ἀλλὰ καὶ προσεπράσσοντο χρήματα, *non solum nihil impetrabant, sed et insuper pecunia ab iis exigebatur.* Apud Iosephum *ant.* l. 1. c. 19. p. 28. Abrahamus vocatur Iacobi πάππος, δόξαν ἀρετῆς μεγάλης εὑράμενος, *auus ma-*

gnae virtutis laudem nactus. Ibid. l. 14. c. 16. p. 482. et l. 18. c. 8. p. 631. Notionis paululum diuersae, qua verbum hoc aliquid pro aliis *acquirere* designat, exempla dabo ad Hebr. 9, 12.

v. 19.

'Ου κατενόησε τὸ ἑαυτȣ̃ σῶμα ἤδη νενεκρωμένον, ἑκατονταέτης πȣ ὑπάρχων, καὶ τὴν νέκρωσιν τῆς μήτρας σάῤῥας.

Corpus *emortuum* h. l. *effoetum* et *ad generandum inhabile*, νέκρωσις τῆς μήτρας, *mortificatio vteri vero inhabilitatem* eius ad foetum concipiendum et gignendum designat. Simillime loquitur Porphyrius de *abstinent.* l. 4. p. 418. dicens: *Res venereae contaminant; est enim congressus maris et feminae. Semen retentum* (sc. in vtero) *animam polluit, propter coniunctionem cum corpore*, μὴ κρατηθὲν δὲ τῇ νεκρώσει τȣ̃ παρατεθέντος· ὁ δὲ πρὸς ἄρσενας ἀρσένων, καὶ ὅτι εἰς νεκρὸν, καὶ ὅτι παρὰ φύσιν, *non retentum vero, propter mortificationem coniuncti* (sc. corporis muliebris). *Congressus vero marium cum maribus* polluit, *tum quia fit cum emortuis, tum quia contra naturam.*

'Εκατονταέτης πȣ ὑπάρχων. Abrahamus tunc 99 annos erat natus; adeoque hic additur πȣ *fere, circiter.* Sic Plutarchus in *vitis 10. orat. vit. Andoc.* p. 835. *aetate maior fuit Lysia*, ἔτεσί πȣ εἴκοσι *viginti circiter annis.* Idem in *Numa* p. 74. τετρακοσίων δὲ πȣ διαγενομένων ἐτῶν, *quadringentis circiter annis elapsis.*

CAP. V. v. 3.

'Ου μόνον δὲ ἀλλὰ καὶ καυχώμεθα ἐν ταῖς θλίψεσιν.

Formula connectendi ȣ̓ μόνον δὲ ἀλλὰ καὶ Paulo solemnis est, et e. g. v. 11. c. 8, 23. c. 9, 10. 2 Cor. 8, 19. occurrit. Indicat illa, adiectum iri aliquid a priori diuersum, idque vel cum gradatione quadam vel sine illa.

In

In nostro loco gradatio adest, et vertere potes: *Quinimo, quod maius est, etiam gloriamur in adflictionibus.* Similiter Philo de *vita Mosis* p. 625. Hebraeos asserit, quum adfligerentur Aegyptii, non nisi calamitatum alienarum fuisse spectatores, καὶ ὁ μόνον ἀλλὰ καὶ μαθημάτων τὸ κάλλιστον καὶ ὠφελιμώτατον, ἀναδιδασκομένους εὐσέβειαν, *imo quod maius est, etiam tales, qui doctrina pulcherrima et vtilissima pietatis eruditi essent.* Et apud Lucianum *Dial. mort. Cnem. et Dam.* p. 233. Cnemon queritur Hermolaum omnia bona sua possidere, lupi instar hamo cum esca auulso, et Damnippus respondet, ὁ μόνον ἀλλὰ καὶ αὐτόν σε τὸν ἁλιέα, *Quinimo quod maius est, etiam te piscatorem abstulit.* Alioqui locutionem hanc nude vertere potes: *praeterea etiam.* Sic apud eundem *vitar. auct.* p. 364. de Diogene Cynico, quem nulli vsui fore dixerat mercator, nisi vt fossor aut aquae gerulus fieret, Mercurius respondet: ὁ μόνον ἀλλὰ καὶ ἢν θυρωρεῖν αὐτὸν ἐπιστήσῃς, πολὺ πιστοτέρῳ χρήσῃ τῶν κυνῶν, *praeterea etiam, si ianitorem illum constitueris, multo eum habebis canibus fideliorem.* Heraclitus de *incredib.* c. 39. p. 82. ὁ μόνον δὲ ἀλλὰ καὶ ἡλίου βόας τούτους ἐκάλουν, *praeterea et solis boues eosdem vocabant.*

v. 6.

Ἔτι γὰρ Χριστὸς ὄντων ἡμῶν ἀσθενῶν κατὰ καιρὸν ὑπὲρ ἀσεβῶν ἀπέθανε.

Voculam ἔτι nonnulli hic vertunt: *insuper, porro.* Quod ἔτι et in primis ἔτι δὲ saepe hunc habeant significatum, nemo negauerit. At velim tamen, vt fautores huius sententiae exempla proferant, vbi ἔτι notet *insuper* sequente γὰρ, siue *vbi assertorum antecedentium redditur ratio.* Hic cum plurimis interpretibus ἔτι cum ἀσθενῶν iungendum puto, vti v. 8. ἔτι ἁμαρτωλῶν dicitur, et similem voculae ἔτι translocationem reperio apud Achillem Tatium l. 5. p. 325. ἐγὼ δὲ ἔτι σοὶ ταῦτα γράφω παρθένος, *ego vero adhuc virgo tibi haec scribo*, vbi palam ἔτι ad vocem παρθένος pertinet.

Κατὰ καιρὸν hic omnino cum ἀπέθανε conſtruendum eſt. Notat haec locutio 1) *tempeſtiue, opportune.* Sic Plutarchus in *Lucullo* p. 501. οὐκ ἔφη κατὰ καιρὸν ἥκειν τὸν Ὄλθακον, *dixit tempore minus opportuno venire Olthacum.* Theocritus *idyll.* 14. v. 10. *Talis tu ſemper es care Aeſchine nunc lenis, mox aſper,* πάντα ἐθέλων κατὰ καιρὸν, *omnia requirens tempeſtiue.* 2) indicat *ſtato tempore, fixo tempore.* Sic Lucianus *Diſſert. cum Heſiod.* p. 662. vbi Heſiodus aſſerit, ſe in colendis agris praedixiſſe ſucceſſus proſperos, τῶν γε ὀρθῶς καὶ κατὰ καιρὸν πραττομένων, *eorum quae recte ſtatisque temporibus fierent.* Idem *ver. hiſt.* l. 1. ſub init. Athletas dicit non ſolum exercitationis curam gerere, ἀλλὰ καὶ τῆς κατὰ καιρὸν γιγνομένης ἀνέσεως, *verum et ſuo tempore factae remiſſionis.* Verba Pauli vertere potes: *iuſto tempore;* ita vt Chriſtum tempore maxime opportuno et diuinitus praeſtituto mortuum eſſe ſimul ſignificetur.

CAP. VI. v. 10.

Ὃ γὰρ ἀπέθανε, τῇ ἁμαρτίᾳ ἀπέθανεν ἐφάπαξ.

Si phraſin ἀπέθανε τῇ ἁμαρτίᾳ, opponi ſequenti ζῇ τῷ θεῷ, et his reſpondere verba v. 11. fideles νεκροὺς εἶναι τῇ ἁμαρτίᾳ, ζῶντας τῷ θεῷ, conſideres: patebit, latisſimam hic locutionis ἀπέθανε τῷ θεῷ explicationem tenendam eſſe, quae ſingulis his phraſibus applicari posſit, vt proinde ſenſus ſit: *Chriſtum mortuum eſſe reſpectu peccati,* ita vt omnis ipſius cum peccato nexus ſublatus ſit. Haec vero interpretatio ſimul id complectitur, peccatum cauſſam fuiſſe mortis Chriſti, ita vt is *propter peccatum* mortuus ſit. Eodem ſenſu phraſin hanc habet Euripides in *Andromach.* v. 334. τέθνηκα τῇ σῇ θυγατρὶ καί μ' ἀπώλεσε, *quodſi moriar propter filiam tuam, et illa me perdiderit: non poterit amplius effugere cruentum caedis piaculum.*

v. 17.

v. 17.

Χάρις δὲ τῷ Θεῷ, ὅτι ἦτε δῦλοι τῆς ἁμαρτίας, ὑπηκύσατε δὲ ἐκ καρδίας, εἰς ὃν παρεδόθητε τύπον διδαχῆς.

Formula: *Gratia ſit Deo*, in qua verbum ἔςω ſubticetur, trita eſt et profanis. Xenophon in *oeconom.* p. 532. *Si vero recte adminiſtrantes conſeruet*, πολλὴ χάρις ἔφη τοῖς Θεοῖς, *multae diis inquit, grates agendae ſunt.*

Verba vltima: ὑπηκύσατε εἰς ὃν παρεδόθητε τύπον διδαχῆς, poſita puto, pro: ὑπηκύσατε εἰς τύπον διδαχῆς, ὃς παρεδόθη ὑμῖν. Verbum ὑπακύειν etiam cum εἰς iungi ſolet. Appianus *bell. ciuil.* l. 4. p. 1017. ἐκέλευσεν ἐς πάντα ὑπακύειν, *iuſſit vt imperata omnia facerent.* Paulo poſt: ἐθέλεν ὑπακύειν εἰς ὅ, τι βύλοιτο. Ioſephus *ant.* l. 15. c. 4. p. 518. ὑπακύειν εἰς ὅ, τι ἂν ἐκείνη θέλει, *illum omnibus illius placitis morem gerere.* Ibid. l. 14. c. 8. p. 473. ἐκ ὑπακυόντων δὲ εἰς ἃ προσεκαλεῖτο, *cum vero monitis eius non obtemperarent.* Ibid. c. 6. p. 473. ὑπακύειν cum vocula πρὸς conſtruitur.

Τύπος διδαχῆς eſt *forma, typus* ſ. *imago doctrinae*, ὑποτύπωσις τῶν ὑγιαινόντων λόγων 2 Tim. 1, 13. *Forma* quaedam tribuitur coeleſti doctrinae, quoniam veritatum eiusdem inter ſe connexarum *imago* quaedam atque *effigies* animis diſcentium *imprimitur*. Sic de Iudaeis tenaci legis diuinae cognitione imbutis Philo *legat. ad Caium* p. 1022. dicit: ἐν ταῖς ψυχαῖς ἀγαλματοφορῦσι τὰς τῶν διατεταγμένων εἰκόνας, εἶτα ἐναργεῖς τύπυς καὶ μορφὰς αὐτῶν καθορῶντες ἀεὶ, τοῖς λογισμοῖς αὐτῶν τεθήπασι, *in animis impreſſas gerunt praeceptorum imagines, eorumque claras formas et figuras perpetuo contemplantes intellectu ſuo admirantur.* Similiter Plutarchus de *liberor. educ.* p. 3. *ſicut*, inquit, *ſigilla mollibus imprimuntur ceris*, ὕτως αἱ μαθήσεις ταῖς τῶν ἔτι παιδίων ψυχαῖς ἐναποτυπῦνται, *ſic diſciplinae puerilibus adhuc animis infiguntur.* Idem in *Catone Min.* p. 766. de Catone dicit, illum quaeſturam tum demum petiuiſſe, poſtquam ſingu-

las huius muneris leges et officia satis explorasset, καὶ τύπῳ τινὶ τῆς ἀρχῆς τὴν δύναμιν περιλαβεῖν, *et quasi in forma quadam vim huius muneris complexus esset.*

v. 19.

Ἀνθρώπινον λέγω, διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς σαρκὸς ὑμῶν.

Verba haec plerique in eam explicant sententiam, vt apostolus indicet: *se ob infirmitatem intellectus eorum dicendi genere vti, captui eorum accommodato.* At non video, quomodo ἀσθένεια, si τῇ σαρκὶ tribuitur, commode de *intellectus vitio* accipi possit. Quod σὰρξ vocetur *corrupta hominum natura* vulgare est; quod vero intellectus vitio laborans σὰρξ vocetur, nusquam reperio. Neque etiam video, quî additamentum hoc huic loco magis, quam sexcentis aliis aptum sit, quum vbique apostolus in epistolis suis doctrinae atque sermonis genere vtatur, captum humanum non exsuperante, neque etiam h. l. in tractatione argumenti adeo reconditi et intellectu difficilis versetur. Obiiciebat apostolus Romanis peccata in illis olim dominantia, verbis, quae duriuscula videri poterant. Vocauerat illos δούλους ἁμαρτίας v. 17. dicit hic eos *membra* sua exhibuisse *impuritati seruientia* cet. vt igitur horum verborum emolliret asperitatem, me quidem iudice, verba nostra interposuit, quae sic verto: *Humanum aliquid loquor, quod ob carnis vestrae imbecillitatem factum est.* Post ἀνθρώπινον igitur suppleo τὶ, siue πάθος et ἀνθρώπινον λέγω, dictum puto pro λέγω περὶ τινὸς ἀνθρωπίνου, solemni Graecis constructione, vti Ioh. 6, 71. c. 8, 27. vbi confer dicta. *Humanum aliquid* Graeci et Latini vocant, *peccata* quaelibet atque *errata*, quae in omnes cadunt homines ob communem naturae eorum labem atque imbecillitatem. Sic teste Herodiano l. 5. p. 213. Heliogabalus, qui virginem Vestalem vxorem duxerat, excusabat apud senatum ἀσέβημά τε καὶ ἁμάρτημα τηλικοῦτον, φήσας ἀνθρώπινόν τι πεπονθέναι πάθος, *flagitium hoc et peccatum,*

tum, se humanum aliquid passum esse dicens. Apud Achillem Tat. l. 5. p. 355. Clitophon, de peccato quodam τῆς ἀκαθαρσίας a se commisso dicit: *Posteaquam vinculis solutus sum, mulierque flens me complexa est,* ἔπαθόν τι ἀνθρώπινον, *humani aliquid passus sum.* Aristoteles *probl. sect.* 29. qu. 16. τὸ μὲν ὑβρίζειν, ἀνθρώπινόν ἐστι πάθος, καὶ πάντες πλέον ἢ ἔλαττον αὐτοῦ μετέχουσι, τὸ δὲ κλέπτειν οὐ τῶν ἀναγκαίων, *contumeliose agere humani aliquid est, quod omnibus hominibus plus minusue competit, furari vero nulla necessitate cogimur.* Apud Xenophontem *Cyrop.* l. 3. p. 48. Cyrus ad Armenium, qui hominem quendam vt filii sui corruptorem occiderat, dicit: ἀνθρώπινά μοι δοκεῖς ἁμαρτεῖν, *humani aliquid peccasse mihi videris.* Ibid. l. 5. p. 93. Cyrus ad Cadusios, qui incauti et imprudentes cladem ab Assyriis perpessi erant, dicit: ἀνθρώπινον μὲν τὸ γεγενημένον πάθος, τὸ γὰρ ἁμαρτάνειν ἀνθρώπους ὄντας, οὐδὲν οἶμαι θαυμαστὸν, *humanum est quod perpessi estis, nam quod homines errent vt homines, mirum non esse puto.*

Verba διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς σαρκὸς ὑμῶν, *iungo cum* ἀνθρώπινον et supplendum puto particip. ὂν s. γεγενημένον, *quod per imbecillitatem carnis vestrae factum est.* Dicit igitur: haec Romanorum peccata orta esse ex *infirmitate*, quae propter insitam et innatam naturae corruptionem ipsis inesset, quod enim ἡ σὰρξ in homine caussa sit τῆς ἀσθενείας ad peragenda bona, probat, vt alia taceam, locus Rom. 8, 3.

CAP. VII. v. 1.

Ὅτι ὁ νόμος κυριεύει τοῦ ἀνθρώπου, ἐφ' ὅσον χρόνον ζῇ.

Verba vltima *quamdiu viuit*, Grotius aliique ad legem referunt, ita vt lex *viuere* dicatur, quatenus *valorem habet* atque *auctoritatem.* Facile largior, multas ob caussas potiorem esse interpretationem, qua ζῇ refertur

fertur ad ἄνθρωπον. Quum vero Doctiss. Wolfius in *Curis* dicit, *phrasin hanc, qua lex nondum abrogata, viuere dicitur, insolentiorem esse*, in eo me non habet omnino consentientem. Apud Sophoclem in *Antig.* p. 206. Antigone de legibus Deorum dicit: οὐ γάρ τι νῦν γε κἀχθὲς ἀλλ' ἀεί ποτε ζῇ ταῦτα, *non enim nunc aut heri sed perpetuo, viuunt illae valentque.* Iosephus cont. *Apion.* l. 2. p. 1080. de lege diuina Mosaica affirmat, ὁ γοῦν νόμος ἡμῖν ἀθάνατος διαμένει, *lex apud nos permanet immortalis.* Contra ea Demosthenes adu. *Macart.* p. 666. Etsi autem, inquit, *Theopompus huius pater mortuus est*, οἱ νόμοι οὐ τετελευτήκασιν, οὐδὲ τὸ δίκαιον τετελεύτηκεν, *leges tamen mortuae non sunt, neque ius mortuum est.* Sensu non multum diuerso apud Iosephum *bell. Iud.* l. 1. c. 3. p. 713. Iudas quidam dicit: *Nunc mihi pulchrum est mori*, ὅτι μοι προτέθνηκεν ἡ ἀλήθεια, *quoniam veritas mortua est ante me.*

V. 3.

Ἐὰν γένηται ἀνδρὶ ἑτέρῳ.

Si fiat viri alterius, i. e. siue cum viro alio matrimonium ineat, siue furtiuis amoribus se illi permittat. Quum phrasis haec hoc sensu etiam apud hebraeos (e. g. Leuit. 22, 12.) occurrat: sunt, qui pro *hebraismo* illam habeant; quibus tamen iam satisfecit Elsnerus. Addo locum Iosephi *ant.* l. 18. c. 7. p. 628. Ἡρωδιὰς δὲ αὐτῶν ἡ ἀδελφὴ γίνεται Ἡρώδῃ Ἡρώδου τοῦ μεγάλου παιδὶ, *Herodias vero soror eorum, Herodi Herodis magni filio nupsit.* De furtiuo vero cum aliis viris commercio loquitur Anaxandridas apud Stobaeum *serm.* 66. p. 419. dicens, ἀλλ' ἔλαβεν ὡραίαν τις οὐδὲν γίνεται μᾶλλόν τι τοῦ γήμαντος ἢ τῶν γειτόνων, *si quis formosam ducit, non fit illa magis mariti sui, quam vicinorum.*

V. 11.

Ἡ γὰρ ἁμαρτία ἀφορμὴν λαβοῦσα διὰ τῆς ἐντολῆς ἐξηπάτησέ με καὶ δι' αὐτῆς ἀπέκτεινε.

Ἀφορμὴν λαβοῦσα est, *occasionem arripiens.* Sic Polybius l. 5. c. 38. p. 535. εὐθέως ὁ Σωσίβιος λαβόμενος τῆς

τῆς ἀφορμῆς ταύτης, παρώξυνε τὸν βασιλέα καὶ τὰς ἄλλους φίλους, *tam bonam occasionem arripit statim Sosi ius, et regem atque reliquos amicos irritabat.* Dionysius Hal. *ant.* l. 9. p. 586. ἐκ δὲ τῆς Μενηνίου καταδίκης ἀφορμὴν αὖθις εἰλήφεσαν οἱ πατρίκιοι τῆς πρὸς τὸ δημοτικὸν ὀργῆς, *e condemnatione Menenii vero occasionem arripiebant patricii, vt plebi indignarentur.*

Δὶ αὐτῆς ἀπέκτεινε notat, *peccatum factum esse caussam mortis atque perniciei.* Sic enim τὸ ἀποκτείνειν vsurpant profani. Apud Plutarchum *Discr. adul. et am.* p. 60. Cassius Seuerus dicit: αὕτη τοῦτον ἡ παῤῥησία τὸν ἄνθρωπον ἀποκτενεῖ, *ista loquendi libertas hunc hominem perdet.* Apud Achillem Tatium l. 3 p. 181. Clitophon, qui naufragus seruatus cum Leucippe in captiuitatem inciderat, sociis suis mari absorptis, nare his verbis alloquitur: χρηστοτέρα γέγονας πρὸς οὓς ἀπέκτεινας, ἡμᾶς δὲ σώσασα μᾶλλον ἀπέκτεινας, *mitius egisti cum iis, quos perdidisti, nos vero seruans, multo crudelius occidisti.* Teste Nicolao Damasceno *excerpt. Vals.* p. 438. Stryangaeus violentas sibi inferens manus, quod turpibus ipsius cupiditatibus gratificari Zarinaea noluisset, ad hanc scripsit; σὺ δέ με ἀπέκτεινας *tu mihi necis caussa fuisti.* Euripides in *Troad.* v. 737.

v. 18.

Τὸ γὰρ θέλειν παράκειταί μοι, τὸ δὲ κατεργάζεσθαι τὸ καλὸν οὐχ εὑρίσκω.

Locutionem priorem verte: *voluntas est mihi inest* f. *adest.* Sic 2 Cor. 8, 12. εἰ γὰρ ἡ προθυμία πρόκειται; *quod si enim promtitudo adest*, vbi de dicenda. Hic v. 21. ἐμοὶ τὸ κακὸν παράκειται, *malum mihi inest.* Theognis in *sentent.* p. 202. ἔρδειν δ' ἀμφοτέροισιν ἀμηχανίη παράκειται, *facere vero aliquid vtrque impossibilitas adiacet; retinent enim illos quidem diuitiae hos vero mens.* Hippocrates de *decenti habit.* p. 25. χρὴ τὸν ἰητρὸν ἔχειν τινὰ εὐτραπελίην παρακειμένην, *medicum vrbanitate quadam ornatum esse oportet.*

Sequen-

Sequentia verte: *operari vero bonum nequeo* f. *nescio* Εὑρίσκειν pro *posse*, *valere*, frequens est apud 70. interp. Sic Leuit. 14, 22. ὅσα εὗρεν ἡ χεὶρ αὐτοῦ, c. 12, 8. ἐὰν δὲ μὴ εὑρίσκῃ ἡ χεὶρ αὐτῆς, pro hebraico מצא. Ne tamen *hebraismum* subesse credas, addam exempla, in quibus εὑρίσκειν c. infin. constructum *scire*, f. *valere* significat. Plutarchus in *Lucullo* p. 512. οὐδενὶ τρόπῳ πειθοῦς οὐδ' ἀνάγκης εὑρόμενοι προσαγάγεσθαι, *quod nullis blandimentis vel imperio mouere illos valerent.* Pausanias *Eliac. post.* f. l. 6. p. 377. Ἀλέξανδρος δὲ οὔτε πρὸς τὸ σόφισμα ἀντιμηχανήσασθαι τὶ εὑρίσκων, *Alexander vero cum neque contra callidum hoc inuentum aliquid excogitare posset, et iurisiurandi religione teneretur.* Arrianus *Dissert. Epict.* l. 2. c. 12. p. 199. *Da cuiuis nostrum, plebeium hominem, qui contra disputet, καὶ οὐχ εὑρίσκει χρήσασθαι αὐτῷ, et nesciet, quomodo cum illo agendum sit*

CAP. VIII. v. 14.

Ὅσοι γὰρ πνεύματι Θεοῦ ἄγονται.

Ἄγειν *significat*, *ducere*, *impellere*, *moderari* et de *impulsu interno* saepe adhibetur. Dionysius Hal. *ant.* l. 5 p. 481. Attium Tullum vocat: τὸ ἔθνος ὅλον ἄγοντα εἰς τὰ πολλὰ, *qui totam gentem* (Volscorum sc.) *vt plurimum moderabatur.* Ibid. l. 11. p. 696. εἰ μὲν γὰρ ἐπὶ τὰ κρείττω βουλεύματα ὁ Θεὸς ἄγει σε, *quodsi ad saniora te Deus impellat consilia.* Hinc verba nostra verte: *Qui enim spiritus Dei ductum* (f. impulsum) *sequuntur*, *qui a spiritu Dei duci se patiuntur.* Sic enim passim occurrit apud auctores. Ibid. l. 10. p. 655. ὡς δὲ κατεμαθεν ὁ Οὐεργίνιος ἀγόμενον τὸν δῆμον ὑπὸ τῶν λόγων *quum vero videret Virginius plebem his sermonibus flecti.* Plutarchus *discr. adul. et am.* p. 56. de hominibus qui camitatibus pressi sunt, ait: ἀλλὰ μᾶλλον ὑπὸ τῶν συνεπιθρηνούντων ἄγονται καὶ συνοδυρομένων, *sed potius ab iis, qui vna lamentantur et lugent, duci se*

se patiuntur. Idem de *audition.* p. 41. ἐθίζοντες τὸν δῆμον ὑπὸ τῦ τρόπυ μᾶλλον, ἢ τῦ λόγυ τῶν συμβυλευόντων ἄγεσθαι, *populum adsuefacientes, vt mores magis quam sermones consulentium duces sequerentur.* Vide dicta ad c. 2, 4.

CAP. IX. v. 4.

Καὶ ἡ νομοθεσία.

Omnes Iudaeorum praerogatiuae, quae ab Apostolo hic commemorantur vniuersales sunt, quae ad Iudaeos omnium temporum, praesertim tum quoque viuentes pertinebant. Proinde per νομοθεσίαν hic non tam *legis promulgatio*, quippe quae ad solum spectabat aeuum Mosis, quam potius *lex* ipsa, s. *integrum legum systema* intelligendum est. Haud rara est haec vocis notio. In libro de Maccabaeis quem Iosepho tribuunt c. 5. in fine, ὐδ' ἐξαρνήσομαί σε ἱερωσύνη τιμία καὶ νομοθεσίας ἐπισήμη, *neque te abnegabo sanctum sacerdotium et legum scientia.* Dionysius Hal. *ant.* l. 11. p. 725. leges Romanas 12 tabulis inscriptas vocat, τοσαύτην ἔχοντας διαφορὰν παρὰ τὰς Ἑλληνικὰς νομοθεσίας, *a legibus Graecorum tantopere diuersas.* Plutarchus *institut. lacon.* p. 240. tyrannorum ait imperio subiectos esse Spartanos, παντάπασιν ὑπεριδόντας τὴν Λυκέργυ νομοθεσίαν, *postea quam leges Lycurgi prorsus posthabuissent.* Vid. ibid. paulo ante. Voce non multum diuersa Diodorus Siculus *excerpt. Vales.* p. 230. Numam Pompilium dicit, ex quorumdam sententia a Pythagora accepisse, τάτε περὶ θεῶν νομοθετήματα, *leges, quas de Diis scripsit.*

v. 6.

Οὐχ οἷον δὲ ὅτι ἐκπέπτωκεν ὁ λόγος τῦ θεῦ.

Ἐκπέπτωκεν ὁ λόγος τῦ θεῦ, *excidit verbum Dei, i. e. irritum factum est atque inane, frustra fuit, finem quem oportuit non est sortitum. Irrita* enim *verba* considerantur, vt ex ore temere *excidentia* et *in inanes abeuntia*

untia ventos. Simillimo exemplo Plutarchus de *auditione* p. 38. sermones, qui ab adolescentibus imperitis frustra et sine effectu proferuntur, cum ouis auium e vento conceptis, comparat et de iisdem dicit: τῶν δὲ ἀκούειν μὴ δυναμένων νέων, μηδὲ ὠφελεῖσθαι δι' ἀκοῆς ἐθισθέντων, ὑπηνέμιος ὄντως ὁ λόγος ἐκπίπτων, ἀκλεὴς ἄδηλος ὑπαὶ νεφέεσσι σκεδάσθη, *adolescentium, qui audire nesciunt, neque vtilitatem ex auditione capere adsueti sunt, sermo veluti subuentaneus excidens, irritus, ignotus sub inania nubila fugit.* Phrasi paulo diuersa apud Euripidem in *Hecuba* v. 334. 335. Hecuba, dicit: *O filia,* οὐ 'μοὶ μὲν λόγοι πρὸς αἰθέρα φροῦδοι μάτην ῥιφέντες, *verba mea vana frustra in aërem proiecta sunt, de caede tua.* Et in *Medaea* v. 1404. Medaea dicit: οὐκ ἔστι. μάτην λόγος ἔῤῥιπται, *non licet, frustra a Te haec verba sunt proiecta.*

V. 21.

Ποιῆσαι ὃ μὲν εἰς τιμὴν σκεῦος, ὃ δὲ εἰς ἀτιμίαν.

Vasa alia ad honorem, alia ad dedecus fabricari dicuntur praecipue *propter vsum;* ita vt illa *ad honorem* facta dicantur, quae *vsibus honestioribus* et maioris momenti dicata sunt; illa *ad dedecus*, quae vilioribus rebus inseruiunt. Docet hoc locus 2 Tim. 2, 20. 21. Similiter apud Diodorum Siculum l. 17. c. 66. p. 151. cum mensam Darii pedibus suis subiectam haberet Alexander, quidam ex eunuchis Darii adstans lacrymas fundebat, et de caussa interrogatus, respondebat: ἤλγηκα ἰδὼν τὸ παρ' ἐκείνῳ μάλιστα τιμώμενον, νῦν ἄτιμον γεγονὸς σκεῦος, *dolui, quum vas, quod apud illum in maximo honore erat, ignominiae expositum viderem.* Philo de *vita contempl.* p. 890. Vasa ἀτιμότερα vocat illa, ἃ πρὸς τὰς ἐν σκότῳ χρείας ὑπηρετεῖ μᾶλλον ἢ τὰς ἐν φωτί.

V. 28.

v. 28.

Λόγον γὰρ συντελῶν καὶ συντέμνων ἐν δικαιοσύνῃ, ὅτι λόγον συντετμημένον ποιήσει κύριος ἐπὶ τῆς γῆς.

Difficilia ſunt verba, et operae pretium fore iudico, ſi ea et ex fontibus hebraicis; et ex hac citatione apoſtoli explicem. Ieſ. 10, 22. verba vltima ſunt: כליון חרוץ שוטף צדקה quae verto: *conſumtio eſt circumciſa* (ſ. feſtinata) *abundante iuſtitia.* כליון per *decretum* vertere non licet, quum vox haec nusquam, nomen cognatum כלה vero et radix כלה, rariſſime ſenſu *decernendi* occurrant. כליון vero de *conſumtione* oculorum adhibetur Deut. 28, 65. et כלה tam nomen quam verbum *funditus deleri et conſumi* ſaepe denotat. חרוץ notare poteſt aliquid *deciſum, decretum* aut etiam aliquid *feſtinatum, abbreuiatum, circumciſum.* LXX. vt et Apoſtolus hoc voce συντέμνειν exprimunt, quae *abbreuiare, circumcidere*, nunquam vero *decernere, decidere* ſignificat. Aptius quoque eſt, vt v. 23. כלה ונחרצה vertas: *conſumtionem et quidem abbreuiatam*, quum ibi parum nerui habeat, ſi vertas: *et quidem decretam*, et Zephanias c. 1, 18. ſimillime dicat: כי כלה אך נבהלה, *quoniam conſumtionem et quidem feſtinatam faciet Deus cum incolis totius terrae.* Sic homo *acer*, negotia ſua *abbreuians* חרוץ Prou. 21, 5. a LXX. interp. συντέμνων vocatur, et 2 Sam. 5, 24. אז תחרץ *tum abbreuiabis* ſc. viam, Symmachus vertit: συντεμεῖς. Senſus igitur verborum prophetae eſt: *Conſumtionem hanc Iſraëlitarum per Aſſyrios, qua partim reſpublica 10. tribuum penitus delenda erat*, paucis tamen reſiduis ad Deum ſe conuertentibus, *partim et Iudaea ipſa adfligi per Aſſyrios debebat, breui tempore finiendam eſſe, idque cum iuſtitia, ita vt neque impiis in peccatorum ſeruitio perſeuerantibus parcatur, neque ſemen illud electum cladibus his nimium prematur.* Sic v. 22. paſſiue dicitur: *Hanc conſumtionem abbreuiatam futuram eſſe*, ita vt non determinetur, quis huius conſumtionis auctor futurus ſit;

v. 23.

v. 23. vero adiicitur *Deum huius internecionis cito transiturae auctorem futurum esse.* Iam ad verba haec venio, cvti a Paulo, qui in plerisque 70. interp. secutus est, citantur. Pauli mens est: *eandem tempore internecionis, quam respublica Iudaica per Romanos pati debebat, fore et pertinacium et fidelium Iudaeorum sortem, qualis Israëlitarum Iesaiae temporibus fuerat.* In prioribus verbis: λόγον γὰρ συντελῶν καὶ συντέμνων ἐν δικαιοσύνῃ supple: ἐστὶ et verte: *Adest enim, rem perficiens et decurtans in iustitia.* Nolim cum aliis subaudire ὁ Θεὸς, quippe quod in fontibus hebraicis non apparet; imo et linguae Graecae conueniens est, vt ἐστι, *adest* supprimatur: Matth. 3. et in parallelis, φωνὴ βοῶντος, *adest vox clamantis*; tandem optime sic euitatur tautologia, sic enim verba priora generatim dicunt: *adest*, *qui rem breuibus absoluat*, posteriora caussam reddunt, siue magis rem determinant, quod sc. Deus hanc *abbreuiationem* facturus sit. Verba λόγον συντελῶν respondent voci כליון quae cum *consumtionem penitus finitam* notet, pro eo Graece positum est: *adesse*, *qui rem perficiat*, i. e. rem illam de Iudaeorum per Romanos internecione. Sic Polybius l. 9. c. 37. p. 796. τῆς δὲ προθέσεως συντελεσμένης, *quod inceptum, cum perfecisset.* Homerus *Odyss.* γ. v. 226. ὦ γέρον ὄπω τοῦτο ἔπος τελέεσθαι οἴω, *o senex numquam sermonem hunc perfectum iri existimo.* Additur: συντέμνων sc. *adest*, *qui rem decurtabit* s. *circumcidet.* Respondet hoc hebraico חרוץ. Hebraica passiue sonant: *consumtio erit abbreuiata.* Apostolus actiue dicit: *erit qui rem* (s. consumtionem) *perficiet et abbreuiabit.* Sensus est: *breuem fore hunc reipublicae Iudaicae interitum, cum tot impiorum morte et pernicie aeterna coniunctum.* Idem quod ad res et verba fere est locus Matth. 24, 22. vbi verba κολοβωθήσονται αἱ ἡμέραι ἐκεῖναι, idem volunt, quod h. l. λόγος συντετμημένος. Breues has Deus esse iubebat calamitates, propter electos ex Iudaeis siue iam conuersos siue adhuc conuertendos. Pro: *abundante iustitia* apostolus breuius dicit, ἐν δικαιοσύνῃ quod perinde est, ac

δικαίως,

δικαίως, vide dicta ad Act. 17, 31. Pro *consumtione abbreuiata*, apostolus vocat, *rem abbreuiatam*, quoniam et apud Iesaiam et h. l. (vide v. 29.) nexus satis docet, de *impiorum pernicie* sermonem esse. Frequens est: συντέμνειν hoc sensu apud profanos. Libanius *epist.* 572. τὸ σοφὸν δὲ ἦν ἐν τῷ συντέμνειν, καὶ μὴ διατρίβειν, *sapientiam vero in eo probasti, quod compendio non autem mora vsus es.* Euripides in *Rheso* v. 450. πρὸς οἶκον εἶμι συντεμῶν τοὺς σοὺς πόνους, *domum redibo, breui finitis tuis laboribus.* Iosephus l. 1. c. 7. p. 15. συνετέτμητο γὰρ ἤδη τοῖς ἀνθρώποις κατ' ὀλίγον τὸ ζῆν, *decurtatum enim iam erat hominibus paulatim vitae spatium.*

CAP. X. v. 19.

Ἐγὼ παραζηλώσω ὑμᾶς ἐπ' οὐκ ἔθνει.

Singularis est constructio ἐπ' οὐκ ἔθνει, *propter id quod non est gens*, quam cum hebraico בלא עם comparant. Cap. 9, 25. 26. eadem adest constructio iterum hebraicae conformis; neque tamen opus est, vt *hebraismum* suspiceris. Sic enim euiusuis generis scriptores Graeci loquuntur. Lucianus *Ver. hist.* l. 1. p. 738. *Belli autem caussa futura erat*, τοῦ φόρου ἡ οὐκ ἀπόδοσις, *quod tributum non solueretur.* Athenaeus l. 10. c. 19. p. 452. apud Clearchum libro de Gryphis hunc dicit gryphum reperiri: ὅτι βάλλοι τε ξύλῳ καὶ οὐ ξύλῳ, καθημένην ὄρνιθα καὶ οὐκ ὄρνιθα, ἀνήρ τε καὶ οὐκ ἀνὴρ, λίθῳ καὶ οὐ λίθῳ, *ferit ligno non ligno, insidentem auem non auem, vir et non vir, saxo non saxo;* vbi per *non lignum* ferula, per *non auem* noctua, per *non virum* eunuchus, per *non saxum* pumex significatur. Euripides in *Oreste* v. 902. Ἀργεῖον οὐκ Ἀργεῖον vocat, *Argiuum non Argiuum.* Plutarchus adu. *Colotem* p. 1111. Philosophos dicit asserere, χρυσὸν ἐκ μὴ χρυσοῦ, λίθον ἐκ μὴ λίθου, *aurum ex non auro, lapidem ex non lapide* nasci.

V. 21.

Ὅλην τὴν ἡμέραν ἐξεπέτασα τὰς χεῖράς μου.

Quum hic Deus *panſis manibus* Iſraëlitas vocaſſe dicitur, id *non* eſt *ſignum precantis* vti Ieſ. 1, 15. Precari enim Deo non aeque ac hominibus competit. *Non* eſt *ſignum perorantis* et *manu ſilentium poſcentis*, vti Prou. 1, 24. Act. 19, 33. vbi dicta vide; id enim *extenſione manus* fiebat non *expanſione*, *manu vna*, non *ambabus*; non etiam hic eſt *geſtus imperantis* vti Ieſ. 49, 22. Ezech. 20, 5. id enim pariter *vnius tantum manus extenſione* fiebat. Eſt potius hic geſtus, *benigne et peramanter inuitantis*, qui alios expanſis ambabus excipere geſtit atque amplecti. Sic enim apte reſpondent ſequentia apud Ieſaiam c. 65, 2. benignae a Deo factae inuitationi, vt ad ſe venirent Iudaei, opponitur, illos potius, vt rebelles, viam longe aliam, a Deo magis magisque abducentem ingreſſos eſſe. Simillime apud Dionyſium Hal. *ant.* l. 6. p. 408. Menenius ad populum, qui vrbe exceſſerat, ſenatus nomine verba faciens, de ſenatu dicit: *Nihil ille vobis mali fecit, neque faciet*, ἀλλ᾽ αὐτὴ καλεῖ καὶ ἀντιβολεῖ, καὶ τὰς χεῖρας ὑμῖν ἅμα ταῖς πύλαις ἀναπετάσασα ὑποδέχεται, *ſed potius ipſe inuitat et orat, et vna cum portis vlnas expandens vos excipit.*

CAP. XI. v. 2.

Ὡς ἐντυγχάνει τῷ Θεῷ κατὰ τοῦ Ἰσραὴλ, λέγων.

Ἐντυγχάνειν ſi de perſonis adhibetur, eſt, *conuenire*, *colloqui*, vt Act. 25, 24. et apud Plutarchum de *Pythiae orac.* p. 407. *Reges et tyranni nihil moderatum cogitantes*, ἐνετύγχανον τῷ Θεῷ περὶ πραγμάτων, *Deum de negotiis conſuluerunt.* Hinc poſtulante nexu et conſtructione interdum notat: *deferre apud iudicem*, *accuſare*. Sic ibid. *amator. narrat.* p. 774. homo, cuius filius occiſus erat, dicit: *Spartam profectus*, τοῖς ἐφόροις ἐνετύγχανον, *rem apud Ephoros detuli*, idem ille paulo poſt, alii,

alii, cuius duae filiae necatae erant, suadet, *μηδὲ ἐντυχεῖν τοῖς ἐφόροις vt rem ad ephoros ne quidem referret.* Perquam similis phrasi Paulinae est locus Isocratis de *permutat.* p. 462. *νῦν δ' εἰ μὲν ἐντυγχάνει κατηγορικῶς ἢ κακοήθως, οὐδεὶς ἂν τῶν παρόντων ἀγνοήσειεν, vtrum aliquis accusatorie et maligne alium deferat, nemo qui adest, ignorat.*

V. 22.

Ἴδε οὖν χρηστότητα καὶ ἀποτομίαν Θεοῦ.

Quod *ἀποτομία seueritatem, duritiem* significet, extra controuersiam est. Quum vox ab *ἀποτέμνειν abscindere* descendat, Grotius putat metaphoram desumtam esse, a medicis rigidioribus, qui membra infecta abscindunt. Credas firmari hanc originem per verba Catonis apud Plutarchum in *apophth.* qui p. 199. dicit: *τὸν δῆμον ἀποτόμου χρείαν ἔχειν ἰατροῦ, καὶ μεγάλου καθαρμοῦ, populum seuero medico et magna purgatione indigere.* At mireris hic transitum esse ad aliam metaphoram. Si *ἀπότομος ἰατρὸς* ob membra resecanda ita vocaretur; dicere debuisset Cato, populum indigere *μεγάλης περιτομῆς* s. *ἐκτομῆς*. Praeterea *ἀπότομος*, semper, quod sciam, est proparoxytonon, non paroxytonon, adeoque non vertendum est, *abscindens* sed *abscissus.* Cumque montes *praerupti ἀπότομοι* vocentur, hinc puto ductam esse translationem vt *ἀπότομος abscissus* primo *praecipitem* et ad facta duriora nimis *procliuem*, deinde *seuerum* et *durum*, *ἀποτομία* vero proxime *praecipitantiam*, deinde *seueritatem*, *duritiem*, significet. Latini etiam *abscissum* vocant, quod *durum* est et *asperum.* Valerius Maximus l. 2. c. 7. §. 14. *aspero enim et abscisso castigationis genere militaris disciplina indiget.* Vide *thesaurum* Henr. Stephani. Sic et Iosephus *ant.* l. 19. c. 7. p. 677. de Herode Magno dicit: *ἐκείνῳ πονηρὸν ἦν ἦθος ἐπὶ τιμωρίαν ἀπότομον, illi mores erant maligni, et ad poenas infligendas procliues.* Ἀποτομίαν Plutarchus de *educat. lib.* p. 13. *τῇ πρᾳότητι* opponit, dicens: δεῖ τοὺς

πατέρας τὴν τῶν ἐπιτιμημάτων ἀποτεμίαν τῇ πραότητι μιγνύναι, patres reprehensionum seueritatem mansuetudine temperare oportet. Diodorus Siculus illam vt aliquid σκληρὸν sistit et τῇ ἡμερότητι atque χρηστότητι vti Paulus opponit, *excerpt. Valef.* p. 345. vbi de Iulii Caesaris erga Corinthum benignitate loquens dicit, illi per historiarum annales, τὸν αἰώνιον τῆς χρηστότητος ἔπαινον, *aeternam benignitatis laudem* tribuendam esse, et caussam hanc addit: τῶν γὰρ προγόνων αὐτοῦ σκληρότερον κεχρημένων τῇ πόλει, οὗτος διὰ τῆς ἰδίας ἡμερότητος διωρθώσατο τὰς ἐκείνων ἀποτομίας, *cum enim maiores eius aduersus eam ciuitatem acerbius se gessissent, hic sua mansuetudine illorum emendauit asperitatem.* Dionysius Hal. *ant.* l. 8. p. 529. Marcio maxime in bellis nocuisse testatur, ἄκρατόν τε καὶ ἀπαράσπειστον, καὶ οὐθὲν τοῦ ἐπιεικοῦς διδοῦσαν ἀποτομίαν, *rigidam et implacabilem nullaque lenitate temperatam seueritatem.*

CAP. XII. v. 8.

Ὁ μεταδιδοὺς ἐν ἁπλότητι.

Ὁ μεταδιδοὺς est, *qui largitur, qui impertit.* Sic apud Appianum *bell. parth.* p. 282. Antonius laudatur vt μεταδιδοὺς ὅ τις δεηθείη, *largiens, s. impertiens necessaria.*

Ἁπλότης h. l. vt et 2 Cor. 8, 2. c. 9, 11. per *liberalitatem* explicatur. Neque id male. Attamen praegnantior est haec vox. Notat enim *liberalitatem cum simplicitate et candore coniunctam.* Consistit haec hominum *liberalium simplicitas* 1) in eo, vt opes quas possident, neque negent neque callide dissimulent. Sic Cyrus apud Xenophontem *Cyrop.* l. 8. p. 155. ad amicos dicit: ἁπλούστατος δέ μοι δοκεῖ εἶναι, τὸ τὴν δύναμιν φανερὰν ποιήσαντα ἐκ ταύτης ἀγωνίζεσθαι περὶ καλοκαγαθίας, *hominis simplicissimi* (s. liberalissimi) *mihi esse videtur, ostensis opibus suis, ex iisdem beneficentiae laudem quaerere.* 2) haec *simplicitas*, non inquirere solet nimis solicite,

licite, vtrum beneficia bene collocentur, 3) non illa patitur nimis prudenter atque anxie futuris necessitatibus propriis prospicere. Addam exempla e profanis. Iosephus *ant.* l. 7. c. 10. p. 245. Quum Oronnas Dauidi regi aream et aratra et boues largiri vellet, Dauidem dixisse refert, ἀγαπᾷν μὲν αὐτὸν τῆς ἁπλότητος, καὶ τῆς μεγαλοψυχίας, *gratam sibi esse simplicitatem eius et magnanimitatem.* In *testamento* 12 *patriarch.* p. 624. Isaschari haec tribuuntur verba: *Et dominus duplicauit bona in manibus meis. Sciuit vero etiam Iacobus*, ὅτι ὁ Θεὸς συνεργεῖ τῇ ἁπλότητί μου· παντὶ γὰρ πένητι καὶ παντὶ θλιβομένῳ παρεῖχον τῆς γῆς τὰ ἀγαθὰ ἐν ἁπλότητι καρδίας, *quod Deus opem ferret simplicitati meae. Omnibus enim pauperibus et oppressis largitus sum terrae bona cum simplicitate cordis.* Apud Appianum l. c. p. 282. Antonio tribuitur, ἁπλότης, τὸ φιλόδωρον καὶ μεγαλόδωρον, *simplicitas et crebra largaque munificentia.* Lucianus apud Budaeum in *Comment. Gr. L.* p. m. 1024. hominem quendam vocat, ἁπλοϊκὸν καὶ τῶν ὄντων κοινωνικὸν, *simplicem et ex bonis suis impertientem.*

v. 9.

Ἀποστυγοῦντες τὸ πονηρόν.

Ἀποστυγεῖν est, *abhorrere, detestari, auersari*, aliquid veluti vndas stygias *horrere*, adeoque maiorem odii gradum innuit. Euripides in *Ione* v. 488. τὸν δ' ἄπαιδα ἀποστυγῶ βίον, *orbam vero auersor vitam.* Callimachus *hym. in Del.* v. 223. Latonam parientem a sola Delo exceptam esse fingit, reliquis insulis illam abhorrentibus, ἄλλαι μὲν πᾶσαι μιν ἀπέστυγον οὐδ' ἐδέχοντο, *reliquae illam omnes abhorruerunt et non receperunt.* Eiusdem apud Athenaeum l. 10. c. 12. p. 442. hic legitur versus: καὶ γὰρ ὁ Θρηΐκιην μὲν ἀπέστυγε χάνδον ἄμυστιν, οἰνοποτεῖν, *Det. stabatur ille e Threiciis grandioribus poculis vinum affatim bibere.* Eusebius apud Stobaeum *serm.* 11. p. 137. πάντα τἆλλα ψεύδεα ἀποστυγέων, *a reliquis mendaciis omnibus abhorrens.*

V. 11.

Τῷ κυρίῳ δουλεύοντες.

Si ex argumentis externis res diiudicetur, multum haec lectio vincit alteram illam τῷ καιρῷ δουλεύοντες, quod satis ostendisse puto Bengelium in *apparatu Crit. N. T.* ad h. l. Iis tamen non assentior, qui phrasin posteriorem non satis Graecam esse censent. Habet eandem Dionysius Hal. *ant.* l. 11. p. 699. *Interim hoc intelligite*, ὅτι οὐ τοῖς πράγμασιν οἱ καιροὶ δουλεύουσιν, ἀλλὰ τοῖς καιροῖς τὰ πράγματα, *quod non tempora se rebus, sed res se temporibus accommodent.* Ibid. l. 7. p. 443. *Paene omnibus inclinatis ad absoluendum hominem*, εἰ τὸν παρόντα θεραπεύσειε καιρὸν, *si tempori praesenti se accommodasset.*

V. 21.

Μὴ νικῶ ὑπὸ τοῦ κακοῦ, ἀλλὰ νίκα ἐν τῷ ἀγαθῷ τὸ κακόν.

Per τὸ κακὸν, *malum, damna, iniuriae*, quas ab hostibus patiuntur pii, per τὸ ἀγαθὸν vero *beneficia* intelliguntur, quae pii etiam hostibus suis praestant. *Vincitur*, qui reluctari desinit. Pii crebris et repetitis hostium suorum vexationibus vexati, repugnant insitae ipsis vindictae cupidini. *Victi* vero essent, si iteratis hostium iniuriis fatigati, ad vlciscendas easdem rapi se paterentur. τὸ Κακὸν vero siue *malitia* hostium beneficiis vincitur, si illi diu obluctati iram et odium deponere, et a malis inferendis desistere tandem coguntur. Similiter verbo νικᾷν vtuntur auctores. Thucydides de Atheniensibus peste afflictis, templa et oracula frustra frequentantibus l. 2. p. 44. dicit: τελευτῶντές τε αὐτῶν ἀπέστησαν ὑπὸ τοῦ κακοῦ νικώμενοι, *tandem malis victi et ab hoc destiterunt.* Ibid. p. 46. etiam cognatos testatur ad morientium gemitus tandem obtorpuisse, ὑπὸ τοῦ πολλοῦ κακοῦ νικωμένους, *mali vehementia victos*, vbi per τὸ κακὸν pestis intelligitur. Theano femina Pythagorica in epistola quadam

in

in *opusc. mythol.* a Galeo editis p. 747. dicit: *ἐὰν δὲ ἡ ὑπερβολὴ τῆς κακίας τῶν θεραπαινῶν ἀνίκητος ᾖ, ἐξοριστέον μετὰ πράσεως, quodsi insignis famularum malitia vinci nequeat, per venditionem expellendae sunt.* Apud Iosephum *ant.* l. 15. c. 2. p. 513. Alexandra, quae Herodi infensa fuerat, filio suo per illum ad pontificatum promoto, dicit: *νῦν τε νενικημένη ταῖς εὐεργεσίαις δέχεσθαι μὲν εἰς τὸν υἱὸν τὴν τιμὴν, iam se beneficiis victam, honorem filii accipere.* Ibid. *bell. Iud.* l. 1. c. 20. p. 770. Antipater ad patrem Herodem dicit; *Si vel hominum perditissimus essem, immanisque bestiae animum gererem o pater! οὐκ ἂν ταῖς σαῖς εὐεργεσίαις ἐνικήθην, nonne tuis beneficiis victus essem?*

CAP. XIII. v. 3.

Οἱ γὰρ ἄρχοντες οὐκ εἰσὶ φόβος τῶν ἀγαθῶν ἔργων.

Verba *οὐκ εἰσι φόβος, non sunt formidandi*, abstractum sistunt positum pro concreto, quod *hebraicum loquendi genus* ad Marc. 13, 19. vocat Beza. At elegans est haec locutio. Menander apud Stobaeum *serm.* 71. p. 431. dicit: *ἐστὶ δὲ γυνὴ λέγουσα χρήσθ' ὑπερβάλλων φόβος, mulier verbis benigna maxime timenda est.* Euripides in *Heraclid.* v. 739. *ἤδη ποτ' ἥξομέν γε· τοῦτο γὰρ φόβος, tandem aliquando illuc veniemus, id enim metuendum est,* sc. ne serius veniamus. Idem in *Troad.* v. 239. Hecubam sistit loquentem: *τόδε, τόδε φίλαι Τρωάδες, ὃ φόβος ἦν μοι πάλαι, hoc, hoc o amicae Troianae pridem ego metuebam,* cui Talthybius respondet, *ἤδη κεκλήρωσθ' εἰ τόδ' ἦν ὑμῖν φόβος, iam sorte electae estis, si hoc est, quod metum vobis incussit.*

v. 7.

Τῷ τὸν φόρον, τὸν φόρον, τῷ τὸ τέλος, τὸ τέλος.

Ὁ *φόρος tributum* denotat, quod personis sine fundis imponitur, et idem fere est, quod *κῆνσος* vt Luc. 20, 22. coll. Matth. 22, 17. *τὸ Τέλος* vero *vectigal* significat, quod

pro mercium transportatione soluitur. Thucydides l. 1. p. 22. tributum, quod Graeci, qui Atheniensibus imperium maritimum detulerant, ad bellum Persicum conferebant, φόρον vocat, dicens: *tunc primum ab Atheniensibus quaestores Graeciae sunt constituti*, οἳ ἐδέχοντο τὸν φόρον· οὕτω γὰρ ὠνομάσθη τῶν χρημάτων ἡ φορά. ἦν δὲ ὁ πρῶτος φόρος ταχθεὶς τετρακόσια τάλαντα καὶ ἑξήκοντα, *qui tributum recipiebant. Sic enim pecuniae vocabatur collatio. Quod vero initio imponebatur tributum, quadringentis constabat et sexaginta talentis*. Distincte de *vectigalibus* et *tributis* loquitur Strabo, l. 2. p. 176. qui caussam redditurus, cur Romani Britanniam occupare et praesidio firmare noluerint, inquit: πλέον γὰρ ἂν ἐκ τῶν τελῶν δοκεῖ προσφέρεσθαι νῦν, ἢ ὁ φόρος δύναται συντελεῖν, *videtur enim nunc plus percipi e vectigalibus, quam tributum efficere posset*. Idem l. 4. p. 306. de iisdem dicit: τέλη τε οὕτως ὑπομένουσι βαρέα, τῶν τε εἰσαγομένων εἰς τὴν Κελτικὴν ἐκεῖθεν, καὶ τῶν εἰσαγομένων ἐνθένδε, *vectigalia soluunt non difficilia, pro mercibus, quae a Gallia et Britannia vltro citroque vehuntur*. Ibid. p. 307. legionem ad minimum putat, pro praesidio in Britannia collocandam esse, ὥστε καὶ φόρους ἀπάγεσθαι παρ᾽ αὐτῶν, *si etiam tributum ab illis auferendum esset*. Id vero non sine damno futurum esse afferens addit: ἀνάγκη γὰρ μειοῦσθαι τὰ τέλη φόρων ἐπιβαλλομένων, *necesse enim est, vectigalia minui, si tributa imponuntur*.

v. 13.

Εὐσχημόνως περιπατήσωμεν, μὴ κώμοις καὶ μέθαις, μὴ κοίταις καὶ ἀσελγείαις.

Σχῆμα saepe de *vestibus* adhibetur, de iis praesertim, quibus vti solebant, qui in theatris aut alibi aliorum repraesentabant personas. Apud Plautum *Amphitr.* in *Prologo* v. 116. Mercurius, qui serui indutus erat vestibus dicit: *Nunc ne hunc ornatum vos meum admiremini, quod ego huc processi, sic cum seruili schema*. Hinc petita translatio, vt εὐσχήμονες dicerentur, qui decentem quandam

veluti

veluti induebant personam, et morum studebant honestati, illustria imitantes exempla. Respicit ergo phrasis nostra, *εὐσχημόνως περιπατήσωμεν*, *decenter ambulemus* ad *τοὺς κώμους* et ad *τὸ ἐνδύσασθαι χριστόν*. Habet similem illi Arrianus *Diss. Epict.* l. 2. c. 5. p. 181. *ἂν μὲν ἴδῃ ὅτι εὐσχημόνως ἀνεστράφης ἐν τούτῳ*, *siquidem viderit te in hoc decenter esse versatum.*

Κοίτη alias *cubile*, hic *concubitum* denotat, absque *hebraismo*. Sic Pindarus *Pyth.* 11. v. 38. dicit: *ἢ ἑτέρῳ λέχει δαμαλιζομέναν, ἐννύχιοι παράγον κοῖται; num illum in alio lecto lasciuientem nocturni peruerterunt concubitus?* Euripides in *Hippolyt.* v. 154. *Num maritum Erechthidarum principem illum nobilem laedit aliquis in aedibus*, *κρυπτᾷ γε κοίτᾳ τῶν σῶν λεχέων*, *arcano concubitu tui lecti.* Saepius εὐνὴ hoc sensu occurrit. Homerus *Odyss.* ε. v. 126. Cererem Iasoni dicit commixtam esse, *φιλότητι καὶ εὐνῇ*, *amicitia et concubitu.* Achilles Tatius l. 5. p. 329. *ὅτι αὐτῷ μὴ πρὸς εὐνὴν ἐδούλευον*, *quoniam illi non usque ad concubitum obtemperaui.* Sic et *λέχος διδόναι lectum dare*, pro *concumbere* habet Euripides in *Androm.* v. 215. Confer *κοίτην ἔχειν*, Rom. 9, 10.

v. 14.

Ἀλλ' ἐνδύσασθε τὸν κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ τῆς σαρκὸς πρόνοιαν μὴ ποιεῖσθε εἰς ἐπιθυμίας.

Non ignoro, cum veste comparari posse iustitiam Christi, quae credentibus imputatur. Vide Ies. 61, 10. Quum tamen, quid sit: *Christum induere*, nonnisi ex integrae phraseos significatu, et h. l. e nexu determinari possit: verba: *induite Christum* explico: *imitamini Christum*, *similes illi fieri studete.* Sic interpretatus est Chrysostomus, cuius verba habet Whitbyus ad h. l. Sic apud Dionysium Hal. *ant.* l. 11. p. 689. Appius et reliqui decemuiri vocantur, *οὐκέτι μετριάζοντες ἀλλὰ τὸν Ταρκύνιον ἐκεῖνον ἐνδυόμενοι*, *non amplius modum seruantes, sed*

Tarquinium illum induentes, i.e. imitantes. Eusebius de *vita Constant.* in *prooem.* de filiis Constantini dicit, οἱ Καισάρων μὲν ἔτι πρότερον μετέχον τιμῆς, νυνὶ δ᾽ ὅλον αὐτὸν ἐνδυσάμενοι, *qui Caesarum antea honore adfecti, nunc totum illum* (sc. patrem) *induerunt.* Vbi sensus est, illos et dignitate et virtutibus patri *similes factos esse.* Suppeditauit locum Gatakerus *aduers. misc.* l. 1. c. 9. p. 226. Petita est locutio ab illis, qui in theatris aut alibi aliorum personam induentes, eorum actiones imitari atque exprimere studebant. Hic vero Apostolus respicit ad τὰς κώμους. In his comissationibus et discursionibus nocturnis mares feminarum, et hae marium vestes et personam induere poterant, quod loco Philostrati probauit Maius *Obseruat. S.* Part. 3. p. 133. In his προσωπεῖα *personas* induere adeo frequens erat, vt id neglectum maioris impudentiae esse putaretur. Demosthenes de *fals. legat.* p. 239. Cerybionem exsecrandum hominem vocat, ὃς ἐν ταῖς πομπαῖς ἄνευ τῦ προσωπείυ κωμάζει, *qui in festis absque persona comissetur*, quod ita explicat Vlpianus p. 132. εἶπεν ἄνευ τῦ προσωπείυ, οἱ γὰρ ἐν ταῖς ἑορταῖς τότε βυλόμενοι σκώπτειν τινὰς, ἐφόρυν προσωπεῖα, ἵνα μὴ αἰσχύνωνται. Crebrae quoque erant in comissationibus saltationes; saltatores vero etiam laruas induere solebant, de quo vide Lucianum de *saltatione* p. 939, 941. Apostolus igitur cum antea generatim εὐσχημόνως περιπατεῖν siue σχῆμά τι καλὸν λαμβάνειν *decentem induere personam* praecepisset, his opponit τὰς κώμυς et ad πρόσωπα atque σχήματα quibus comissantes abutebantur, alludens, turpitudinem hanc cum vitiis annexis vt ἀσχημοσύνην fugiendam docet, et *Christum induere* σχῆμα Χριςῦ λαμβάνειν iubet. Phrasin hanc habet Dionysius Hal. *ant.* l. 4. p. 243. vbi Tullium ἐπιτρόπυ βασιλικῦ σχῆμα λαβεῖν *regii tutoris personam assumsisse* dicit. Non absimilis est locus Gal. 3, 26. 27. vbi baptizati et fideles Christum *induisse* dicuntur; quod illos per fidem *Christo similes* i. e. filios Dei factos esse significat. Ioh. 1, 12.

Πρόνοι-

Πρόνοιαν ποιεῖσθαι, *curam agere.* Sic Dionysius Hal. *ant.* l. 5. p. 313. πρόνοιαν οὐδεμίαν τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς παρὰ τὸ νικᾶν ποιούμενος, *nullam plane vitae suae curam agens dummodo vinceret.* Iosephus *ant.* l. 2. c. 4. p. 53. de Aegyptiis septem annorum fame pressis dicit: πρόνοιάν τε μηδεμίαν ἑαυτῶν ὑπ' ἀγνοίας πεποιημένων, *quum illi ex ignorantia sibi plane non prospexissent.* Demosthenes adu. *Midiam* p. 399. μήτ' ἄλλου μηδενὸς πρόνοιαν ποιούμενον, *qui nihil aliud curat.* Credere posses τῆς σαρκὸς elliptice dici pro: περὶ τῆς σαρκὸς; sic enim plene Aeschines in *Timarch.* p. 171. ὅσην πρόνοιαν περὶ σωφροσύνης ἐποιήσατο Σόλων, *quantopere modestiae prospexerit Solon.*

Εἰς ἐπιθυμίας verto: *vsque ad cupiditates* f. *libidines.* Per *cupiditates* hic non tantum *vitia animi*, sed et ipsa *facta externa* intelliguntur, qualia sunt κῶμοι, κοῖται, μέθαι v. 13. Simili sensu ἐπιθυμία vsurpatur 1 Petr. 4, 2. 3. 1 Ioh. 2, 16. Herodianus l. 6. p. 225. προκαλεσαμένων αὐτοῦ τῶν κολάκων τὰς ὀρέξεις ἀκμαζούσας εἰς αἰσχρὰς ἐπιθυμίας, *quum adulatores cupiditates eius iam vigentes ad turpes incitarent libidines.* Plutarchus de *voluptate* apud Stobaeum *serm.* 6. p. 81. de hominibus luxuriosis dicit: μεθύουσι εἰς ἀναισθησίαν, *ebrii sunt, vsque ad stupiditatem.*

CAP. XIV. v. 7.

Οὐδεὶς γὰρ ἡμῶν ἑαυτῷ ζῇ· καὶ οὐδεὶς ἑαυτῷ ἀποθνήσκει. ἐάν τε γὰρ ζῶμεν τῷ κυρίῳ ζῶμεν.

Ἑαυτῷ ζῆν est *suo arbitratu viuere* et *genio suo indulgere.* Ζῆν τῷ κυρίῳ vero notat, *arbitratu Domini viuere, in obsequium eius viuere.* Apud Euripidem in *Ione* v. 646. Ion Atticae imperare ob coniunctas molestias recusans, ad Patrem oraculo sibi datum dicit: ἔα δ' ἐμαυτῷ ζῆν· ἴση γὰρ ἡ χάρις μεγάλοισι χαίρειν, σμικρά τ' ἡδέως ἔχειν, *sine me mihi viuere, aequalis enim est voluptas, magnis gaudere et paruis iucunde frui.* Antiphon apud Stobaeum *serm.* 66. p. 422. *Certe si mihi corpus alterum, quale meum*

meum est, accederet, ἐμαυτῷ ἐκ ἂν δυναίμην ζῆν, *non possem sane meo arbitratu viuere.* Demosthenes ad *Philippi epist.* p. 66. oratores quosdam Philippi mercenarios vituperans de iisdem dicit: οἱ τὰς παρ' ἐκείνε δωρεὰς οἴκαδε λαμβάνοντες, ἐκ αἰσχύνονται Φιλίππῳ ζῶντες, *qui dona ab illo accepta domum ferentes Philippo viuere non erubescunt.*

CAP. XV. v. 16.

Ἱερεργῦντα τὸ εὐαγγέλιον τῦ Θεῦ, ἵνα γένηται ἡ προσφορὰ τῶν ἐθνῶν εὐπρόσδεκτος.

Ἱερεργεῖν est, *sacris operari, sacras res tractare*, vertere igitur potes: *administrantem euangelium Dei.* Non opus est, vt cum b. Wolfio in *Curis* suppleas κατὰ; quippe ἱερεργεῖν ordinarie cum accusatiuo obiecti, re sc. sacra s. sacrificio construitur cuius exempla vide apud Suicerum in hac voce. Hinc passiue Palaephatus de *incredib.* c. 5. p. 16. *Sumebant vero Dii* τὴν τῦ ἱερεργηθέντος αὐτοῖς βοὸς βύρσαν, *bouis ipsis immolati corium.* τὰ Σπλάγχνα τῶν ἱερεργηθέντων, *viscera victimarum* commemorat Herodianus l. 5. p. 212. Simillime Iosephus de *Maccabaeis* c. 7. sub. init. de sacerdote Eleasare dicit: τοιύτες δεῖ εἶναι τὲς ἱερεργῦντας τὸν νόμον ἰδίῳ αἵματι, *tales esse oportet legem cum proprio sanguine administrantes.*

Εὐπρόσδεκτος *acceptus* occurrit apud Plutarchum *reip. ger. praec.* p. 801. vbi senem quendam a Spartanis inquit electum esse, ad bonum aliquod consilium proferendum, ὅπως εὐπρόσδεκτος γένηται τοῖς πολλοῖς, *vt gratum illud fieret multitudini.*

v. 20.

Οὕτως δὲ φιλοτιμέμενον εὐαγγελίζεσθαι, ἐχ ὅπε ὠνομάσθη Χριστός.

Particip. φιλοτιμέμενον cohaeret cum voce μὲ v. 19. Φιλοτιμεῖσθαι est aliquid *laudi* s. *honori sibi ducere, gloriari.*

riari. Malim hanc notionem hic retineri, quam alteram illam, qua vertunt, *operam dare, cupide elaborare*, quum prior ille significatus non solum origini vocis respondeat, sed et posteriorem simul includat. Opponit Apostolus τὸ φιλοτιμεῖσθαι et τὸ αἰσχύνεσθαι τὸ εὐαγγέλιον supra c. 1, 16. Adeo sibi euangelium dicit non esse pudori, vt sibi potius *honori ducat* illud annunciare. Sic vox occurrit apud Libanium *epist*. 888. p. 415. *Hos vero si quis interrogarit*, τίνι μεγίςῳ φιλοτιμοῦνται; *quid sibi potissimum honori esse ducant?* Inprimis φιλοτιμεῖσθαι τῷ αἰσχύνεσθαι opponunt auctores. Aeschines de *fals. legat.* p. 255. ὧν αἰσχύνομαι ἐπ' αὐτοῖς, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον φιλοτιμοῦμαι, *quorum adeo me non pudet, vt ea laudi mihi quoque ducam.* Lysias *orat*. 13. in *Alcib*. p. 253. *Eo enim sunt animo*, ὥςε ἐπὶ μὲν τοῖς καλοῖς αἰσχύνεσθαι, ἐπὶ δὲ τοῖς κακοῖς φιλοτιμεῖσθαι, *vt rerum honestarum eos pudeat, et turpibus glorientur.* Quum apostolus dicit, se honori sibi ducere, vt euangelium praedicet, *non* vbi Christus iam *notus esset, sed* iis, qui nondum de eo audiuissent: id non absolute sed comparatiue accipiendum. *Non tam* iis, qui Christum iam nouerant, *quam* aliis praedicare volebat. Sic ἔλεον θέλω καὶ οὐ θυσίαν Matth. 9, 13. vbi dicta vide. Reperiebat sane Paulus iam in locis quibusdam, vbi is munere suo fungebatur μαθητὰς vti Ephesi Act. 19, 1. imo et Romae, vbi iam ab aliis fundata erat ecclesia, ipsum non pudebat, cupido potius tenebat τοῦ εὐαγγελίσασθαι supra c. 1, 15. 16.

Ὅπου ὠνομάσθη Χριςὸς verte: *vbi iam notus* s. *celebris est Christus.* Innuuntur enim loca, vbi doctrina Christi non solum iam nota, sed et multorum iam oribus *celebrata* et a multis *recepta* esset. Ὀνομάζεσθαι Graecis dicitur, qui *inclytus est, cuius magnum est nomen.* Arrianus *rer. Indic*. p. 561. τὰ δὲ ἀπὸ τοῦδε οὐκέτι χαλεπὰ ἦν ἀλλὰ μᾶλλόν τι ὀνομαζόμενα ἔστε ἐπὶ τὸν κόλπον τὸν Περσικὸν, *omnis hinc vsque ad sinum Persicum tractus non ita difficilis nauigatu est, multo tamen priore celebrior.* Isocrates cont. *Lochit*. p. 590. *Neque*

enim-

enim aequum est minora supplicia constitui ὑπὲρ τῶν ἀδόξων ἢ τῶν ὠνομασμένων, *de iniuriis hominum obscurorum quam celebratorum.* Xenophon de *laud. Agesil.* sub init. ex προγόνοις ὠνομασμένοις *clarissimis maioribus* genitum esse dicit Agesilaum. Idem de *repub. Laced.* sub init. Spartam omnium vrbium Graecarum vocat, ὀνομαστοτάτην *celeberrimam. Vrbium celebrium aedificia* διωνομασμένα ἔργα vocat Strabo l. 2. p. 182. Sensu contrario Euripides *Iphig. in Aul.* v. 954. Φθία δὲ τὴμὸν οὐδαμοῦ κεκλήσεται, *Phthia autem* patria *mea nullibi nomen habebit.*

V. 23.

Νυνὶ δὲ μηκέτι τόπον ἔχων ἐν τοῖς κλίμασι τούτοις.

Phrasis τόπον ἔχειν h. l. non indicat, *locum commorandi*, quo sensu apud Iosephum *ant.* l. 15. c. 8. p. 523. dicitur: τὰ σώματα τόπον οὐκ ἔχοντες, *quum pro corporibus locum non haberent:* sed de *occasione* potius et *opportunitate* s. *loco opportuno* cum fructu sufficienti in regionibus illis permanendi intelligenda est. Sic Esauus Hebr. 12, 17. μετανοίας τόπον οὐχ εὗρε, *poenitentiae locum* s. opportunitatem *non inuenit.* Iosephus *ant.* l. 16. c. 11. p. 569. μήτ' ἀπολογίας, μήτ' ἐλέγχου τόπον ἕως ἀληθείας ἐχόντων, *quum neque defensio neque conuictio vsque ad veritatis manifestationem locum haberent.* Iosephus *bell. Iud.* l. 5. c. 25. p. 889. *Itaque necessitas illos ad pugnam compulit,* τοὺς φυγῆς τόπον οὐκ ἔχοντας, *quod opportunum fugae locum non haberent.* Arrianus *Diss. Epict.* l. 1. c. 9. p. 109. ποῦ ἔτι τόπος δακρύοις; *vbi amplius locus est lacrymis?*

V. 24.

Ἐὰν ὑμῶν πρῶτον ἀπὸ μέρους ἐμπλησθῶ.

Verte: *postquam vobis prius ex parte exsatiatus ero.* Ἐμπλησθῆναι, notat, *expleri*, *exsatiari*, *frui* aliquo, *voluptatem*, *gaudium* et *fructum* ex aliquo *percipere.* Apostolus *exsatiare* se volebat fidelium Romanorum adspectu et praesentia, imo et fructum ab illis cupiebat percipere, sc. συμπαρακληθῆναι ἐν αὐτοῖς supra c. 1, 12. Sic apud Home-

Homerum *Odyss.* λ. v. 451. Agamemnon ad Vlyssem dicit: *ἡ δ' ἐμὴ ὐδέ περ υἷος ἐνιπλησθῆναι ἄκοιτις, ὀφθαλμοῖσιν ἔασε, illa autem mea vxor, non* me *filio* meo *saturari oculis permisit.* Apud Euripidem in *Helena* v. 775. Menelaus Helenae calamitates suas narrare recusat dicens, *οὐ γὰρ ἐμπλήσαιμί σε μύθων, λέγων τ' ἂν σοι κάκ' ἀλγοίην ἔτι, non enim exsatiarem te verbis* meis, *et ego dicens tibi mea mala amplius dolerem.* Aelianus *Hist. anim.* l. 5. c. 21. de pauonibus pennarum splendorem ostentantibus dicit: *ἐᾷ γὰρ ἐμπλησθῆναι τῆς θέας τὸν παρεστῶτα, spectatorem enim conspectu suo expleri facile patitur.* Maximus Tyrius *Dissert.* 41. p. 413. *Vt coelum adspiciat, καὶ ἐμπλησθῇ λαμπρῦ φωτὸς, puraque luce penitus fruatur.*

CAP. XVI. v. 19.

Ἡ γὰρ ὑμῶν ὑπακοὴ εἰς πάντας ἀφίκετο.

Εἰς *πάντας ἀφίκετο, ad omnes peruenit, dimanauit* i. e. *omnibus innotuit.* Sic apud Hippocratem in *epist.* sect. 8. p. 13. Democritus ad Hippocratem dicit: *πολύτο σε* [*τὸ κλέος τῆς ἐν ἰητρικῇ σοφίης πεφοίτηκεν καὶ ἐς ἡμέας ἀφῖκται, magna laus tuae in arte medica sapientiae emanauit et ad nos peruenit.* Iosephus *ant.* l. 19. c. 1. p. 661. *εἰς δὲ τὸ θέατρον ἐπεὶ ἀφίκετο ὁ λόγος περὶ τῆς Γαΐυ τελευτῆς, posteaquam vero rumor de morte Caii in theatrum peruenisset.* Lucianus de *astrolog.* p. 987. *ἐμοὶ δὲ δοκέει, πολλὸν ὕστερον ἐς τέτυς ὁ λόγος ἀφίκετο, verum vt puto multo post, ad illos haec scientia peruenit.* Plutarchus in *Cimone* p. 480. *ἐκ τῶν τότε χρόνων μνήμη φερόμενον εἰς τὺς νῦν ἀφῖκται, inde ab istis temporibus memoriae proditum ad tempora nostra peruenit.* Pausanias in *Boeot.* f. l. 9. p. 585. *ἢ καὶ ποιηθέντα ἐς τὺς ἔπειτα ὐκ ἦλθε, vel quae* fortassis *fecerunt, ad posteritatis notitiam non peruenere.*

EPI-

EPISTOLA I.
AD CORINTHIOS.

CAP. I. v. 12.

Λέγω δὲ τῦτο, ὅτι ἕκαςος ὑμῶν λέγει, ἐγὼ μέν εἰμι Παύλȣ, ἐγὼ δὲ Ἀπολλὼ, ἐγὼ δὲ Κηφᾶ, ἐγὼ δὲ Χριςȣ̃.

Verba: λέγω δὲ τῦτο, quae ad antecedentia magis explicanda subiunguntur, vertere potes: *innuo* s. *intelligo vero hoc.* Iosephus *ant.* l. 8. c. 2. p. 270. *Sed de tuis bonis quae intra te sunt reposita*, λέγω δὲ τὴν σοφίαν καὶ τὴν φρόνησιν, *sapientiam intelligo et prudentiam - - non fama vana ad nos perlata est.* Aristoteles *politic.* l. 5. c. 7. p. 498. μάλιςα δὲ τὰ δύο, λέγω δὲ τὰ δύο, δῆμον καὶ ὀλιγαρχίαν, *maxime vero duo ista*; *innuo duo ista, populum et oligarchiam.* Hippocrates de *decenti habit.* p. 24. *Multae namque* (scientiae sc.) *ad curiositatem comparatae videntur*, λέγω δὲ αὗται, αἱ μηδὲν χρέος τῶν πρὸς ἃ διαλέγονται, *intelligo vero illas, quae de nulla re vtili quaestiones agitant.* Sic Strabo l. 7. p. 453.

Phrasin, ἐγὼ μέν εἰμι Παύλȣ ἐγὼ δὲ Ἀπολλὼ cet. elliptice puto positam esse, pro, ἐγώ εἰμι μετὰ Παύλȣ cet. Vertere potes: *ego cum Paulo facio*, *a Pauli sto partibus*, *Paulo deditus sum.* Μετά τινος εἶναι hoc significatu compareт, Matth. 12, 30. vbi dicta vide. Elliptice vero locutione hac vtitur Thucydides l. 3. p. 81. τῆς δὲ Ἰταλίας Λοκροὶ μὲν Συρακȣσίων ἦσαν, Ῥηγῖνοι δὲ κατὰ τὸ ξυγγενὲς Λεοντίνων, *in Italia Locri a Syracusanorum partibus stabant*, *Rhegini vero ob consanguinitatem cum Leontinis faciebant*, vbi id paulo post explicatur, illos ξυμμάχȣς *socios* fuisse. Aeschines *epist.* 12. p. 129. *Ibi praedia emi tot talentis*, *quot emere decebat*, τὸν

Φιλιπ-

Φιλίππῳ μὲν πρότερον εἶτ' Ἀλεξάνδρῳ τὸν ὕστερον γενόμενον, *hominem qui pro mercede olim Philippo et postea Alexandro deditus fuerat.*

CAP. II. v. 4.

Οὐκ ἐν πειθοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις.

Quoniam adiectiuum πειθὸς *persuasorius* nusquam hactenus in omnibus antiquae Graeciae monumentis reperiri potuit: plerique corruptum esse censent hunc locum, eique variis modis mederi conati sunt. Ego sanam esse lectionem existimo, neque tamen diffiteor, vocem hanc apud Graecos plurimos aut insolitam aut plebeiam saltem fuisse. Euidentia illius vestigia reperisse mihi videor, apud Platonem in *Gorgia*, qui eam animae partem, cui cupiditates insint, facile dicit ἀναπείθεσθαι, *persuasionibus moueri* posse, et addit: καὶ τοῦτο ἄρα τις μυθολογῶν κομψὸς ἀνὴρ, ἴσως Σικελικός τις, ἢ Ἰταλικὸς παράγων τῷ ὀνόματι, διὰ τὸ πιθανόν τε, καὶ πιστικὸν, ὠνόμασε πίθον, *et hoc,* (i. e. hanc animae partem) *fabularum artifex elegans quidam vir forte Siculus aut Italus alludens nomini, propter* τὸ πιθανὸν s. πιστικὸν *persuadendi vim, vocauit* πίθον i. e. *dolium.* Concludo ex hoc πειθὸς s. πιθὸς in Sicilia s. Italia saltem synonymum fuisse cum voce πιθανὸς *persuasorius.* Hic enim homo animam vocauit πίθον *dolium,* propter τὸ πειθὸν s. πιθανόν. Longius sane petita videretur *paronomasia,* si animam πίθον dixisset, voce hac tantum ad vocabulum πιθανὸν alludente. Patet tamen simul Platonis aeuo Athenis hanc vocem πειθὸς insolitam aut saltem non satis elegantem fuisse: quum ille eadem non vtatur, licet illa ad scopum eius multo aptior fuerit, quam vox πιθανός et πιστικός. Descripsit hunc Platonis locum Stobaeus *serm.* 120. p. 609. et exscripsit Iamblichus *protrept.* c. 17. p. 101.

CAP. IV. v. 3.

Ἐμοὶ δὲ εἰς ἐλάχιστόν ἐστιν ἵνα ὑφ᾽ ὑμῶν ἀνακριθῶ.

Verte: *Mihi vero pro minimo id eſt*, ſ. *minimi id facio.* Similiter Themiſtius *orat.* 19. *de humanit. Theodoſ.* p. 226. de Xerxe dicit: ᾧ παρ᾽ ἐδὲν ἦν καὶ ἐν Φαυλῷ ἀνθρώπῳ ἀποτεμεῖν κεφαλὴν, *cui pro nihilo et leue admodum erat, homini caput amputare.* Demoſthenes *adu. Midiam* p. 412. καὶ πάντες εἰσὶ τέτῳ καθάρματα, καὶ πτωχοὶ καὶ ἐδὲ ἄνθρωποι, *omnes ei ſunt quisquiliae et pauperes et ne homines quidem.*

v. 4.

Οὐδὲν γὰρ ἐμαυτῷ σύνοιδα, ἀλλ᾽ ἐκ ἐν τέτῳ δεδικαίωμαι, ὁ δὲ ἀνακρίνων με κύριός ἐστιν.

Conſtructionem in phraſi priori inuolutiorem eſſe aſſerit Grotius. Immerito tamen. Quippe ſolemne eſt Graecis συνειδέναι, in hac locutione cum accuſatiuo iungere. Sic Herodianus l. 7. ſub init. δυσμένειαν ἑαυτῷ συνειδὼς, *quum maleuolentiae* aliorum *ſibi conſcius eſſet.* Demoſthenes *epiſt.* 2. p. 112. de patria ſua dicit: εἰς ἣν τοσαύτην εὔνοιαν ἐμαυτῷ σύνοιδα, *erga quam tantae mihi ſum beneuolentiae conſcius.* Phraſis vero noſtra ἐδὲν μοὶ σύνοιδα, elliptice poſita eſt, pro ἐδὲν κακόν μοι σύνοιδα. Sic plene Aeſchines *epiſt.* 10. p. 125. *Sponſa vero Cimonem conſpicata*, ὡς μηδὲν αὐτῷ κακὸν συνειδότα θεώμενον, *qui vt nullius mali ſibi conſcius ſpectator erat.* Elliptice Horatius l. 1. *epiſt.* 1. *Nil conſcire ſibi nulla palleſcere culpa.*

Ἐν τέτῳ verto *propterea, eam ob cauſſam.* Habes verba hoc ſenſu 2 Cor. 5, 2. et ſecundum nonnullos Act. 24, 16. Sic Polybius *excerpt. Valeſ.* p. 90. Δημοσθένην κατὰ πολλά τις ἐπαινέσας, ἐν τέτῳ μέμψαιτο, *Demoſthenem aliquis multas ob cauſſas laudans, propter hoc tamen vituperare poſſet.* Xenophon *exped. Cyri* l. 1. p. 171. *Suſpicabantur iam ſe contra regem duci*, μισθωθῆναι

θῆναι δὲ ἐκ ἐν τέτῳ ἔφασαν, *se vero non hanc ob causſam mercede conductos eſſe dicebant.*

In verbis ὁ δὲ ἀνακρίνων vocula δὲ poſita eſt pro γάρ. Redditur enim ratio, cur conſcientiae integritas nondum ad Apoſtolum plane omni culpa liberandum ſufficiat, quum res ex Dei pendeat iudicio, qui facta hominum et arcanos animorum ſenſus penitius, quam homines ipſi perſpiciat. Quod τῷ δὲ haec notio competat, oſtendit fuſius Elsnerus ad Luc. 4, 38.

v. 6.

Ἵνα μὴ εἷς ὑπὲρ τῦ ἑνὸς φυσιῦσθε.

Ἵνα h. l. cum indicatiuo conſtruitur, quod in hac vocis notione rarius eſt. Sic infra c. 9, 18. ἵνα ἀδάπανον θήσω, et Apocal. 22, 14. ἵνα ἔςαι. Similiter Homerus *Iliad.* α. v. 363. ἐξαύδα μὴ κεῦθε νόῳ, ἵν' εἴδομεν ἄμφω, *dic, ne celes in animo vt ſciamus ambo.* Ariſtophanes in *Concionatr.* p. 728. *Vellem equidem alium ex iis qui ſolent, dicere optima,* ἵν' ἐκαθήμην ἥσυχος, *vt ſederem tacita.* Euripides apud Plutarchum *reip. ger. praec.* p. 803. *Malum quod vocem non habeant res mortalium,* ἵν' ἦσαν μηδὲν οἱ δεινοὶ λέγειν, *vt viri diſerti nullo eſſent in pretio.* In *teſtamento 12 patriarch.* p. 684. ἵνα τελείως εὐοδῦται, *vt perfecte ſit fortunatus.*

v. 9.

Δοκῶ γὰρ ὅτι ὁ Θεὸς ἡμᾶς τὲς ἀποςόλες ἐσχάτες ἀπέδειξεν, ὡς ἐπιθανατίες, ὅτι θέατρον ἐγενήθημεν τῷ κόσμῳ καὶ ἀγγέλοις καὶ ἀνθρώποις.

Ἔσχατοι ſunt *viliſſimi, infimae ſortis homines.* Vti Marci 9, 35. vbi, qui πρῶτος eſſe vellet, πάντων ἔσχατος, καὶ πάντων διάκονος futurus dicitur. Ἀπέδειξεν recte vertunt: *fecit, reddidit.* Ioſephus *ant.* l. 12. c. 3. p. 398. ἰσοτίμες ἀπέδειξε Μακεδόσι καὶ Ἕλλησιν, *Macedonibus et Graecis aequales fecit.* Xenophon *rer. Graec.* l. 7. p. 429. *Cum templa vna cum donariis aureis et ar-*

genteis occupasset, κενὰ πάντων ἀπέδειξε, *ea his omnibus vacua fecit.*

Per Ἐπιθανατίες *bestiarios*, aut *vltimos gladiatorum* intelligunt viri docti absque omni necessitate, necdum locum allatum vidi, in quo ἐπιθανάτιοι ita sint restringendi, vt bestiarios significent. *Ad mortem damnari* Graecis est καταδικάζεσθαι ἐπὶ θανάτῳ, *ad mortem duci* est, ἀπαχθῆναι τὴν ἐπὶ θανάτῳ, hinc orta vox ἐπιθανάτιος hominem notat *ad mortem damnatum*. Habet vocem hac notione Dionysius Hal. *ant.* l. 7. p. 444. de saxo Tarpeio dicens: ἔστι δὲ τὸ χωρίον κρημνὸς ἐξαίσιος, ὅθεν αὐτοῖς ἔθος βάλλειν τὲς ἐπιθανατίες, *est autem locus vasta rupe horrendus, vnde ad mortem datos praecipites dare solebant.* Non dicit Paulus apostolos factos esse ἐπιθανατίες, sed ὡς ἐπιθανατίες, i. e. *ipsos similem eiusmodi hominibus tristem subire sortem, eos aeque ac illi aliis esse ludibrio*, quo pertinet κολαφίζεσθαι, v. 11. λοιδορεῖσθαι v. 12. cet.

Eodem sensu phrasis θέατρον ἐγενήθημεν capienda est. Non opus est, vt statuas, sensu proprio *in theatris* apostolos *spectaculo fuisse*. Quanquam, cum locutio latioris sit sensus, etiam hoc non excludendum est. Potuerunt sane vti Socrates ab Aristophane in theatris exagitari et χλευάζεσθαι Act. 17, 32. θέατρον γίνεσθαι vero vti et θεατρίζεσθαι Hebr. 10, 33. generatim notat, *publice et multis spectantibus male tractari, accusari, ludibrio haberi, poenis adfici.* Sic Philo *legat. ad Caium* p. 1043. quum ipse et reliqui legati in diuturno cum Caio colloquio indigne habiti essent: se tandem respirasse dicit, τοιῦτον ἀντὶ δικαστηρίε θέατρον ὁμῦ καὶ δεσμωτήριον ἐκφυγόντες· ὥσπερ γὰρ ἐν θεάτρῳ κλωσμοσυριττόντων, καταμωκωμένων ἄμετρα χλευαζόντων, *postquam hoc non tam iudicium, quam carcerem et theatrum effugimus; nam quasi in theatro exsibilabamur, subsannabamur et supra modum irridebamur.* Idem in *Flaccum* p. 987. Flaccum in Andrum relegatum dicit, ταῖς παραλίοις τῶν ἐν Πελοποννήσῳ πόλεων θέαν γίνεσθαι, *vrbibus*

bibus Peloponnesi maritimis spectaculo fuisse. Sensu bono Achilles Tatius l. 1. p. 55. de pauone dicit: τὸ θεατρὸν ἐπιδεικνῦναι τῶν πτερῶν, *cum alarum suarum ostentasse spectaculum.*

v. 15.

Ἐὰν γὰρ μυρίους παιδαγωγοὺς ἔχητε ἐν Χριστῷ, ἀλλ' οὐ πολλοὺς πατέρας.

Μυρίους παιδαγωγοὺς, *sexcentos*, s. *multos paedagogos.* Graeci voce hac vtuntur ad notandum numerum maiorem certum pro incerto. Sic Theocritus *idyll.* 17. v. 77. μυρίαι ἄπειροί τε καὶ ἔθνεα μυρία φωτῶν, *multae et infinitae regiones et innumerae gentes hominum.* Euripides in *Alcest.* v. 544. καί σοι μυρίαν ἔξω χάριν, *et tibi maximam habebo gratiam.* Idem in *Hercule fur.* v. 1353. ἀτὰρ πόνων δὴ μυρίων ἐγευσάμην, *at gustaui iam sexcentos labores.*

Post ἐὰν, εἰ, εἰ μὴ, haud raro, ἀλλὰ, siue ἀλλά γε *saltem*, *ad minimum*, *attamen* occurrit, cuius aliquot dabo exempla. Sic infra c. 9, 2. 2 Cor. 13, 4. Dionysius Hal. *ant.* l. 10. p. 655. ἐὰν ἄρα διαφύγητε τὴν παρὰ ἀνθρώπων κόλασιν, ἀλλ' οὐδὲ ταύτην διαφεύξεσθε, *si forte hominum poenas effugeritis, has tamen* (Deorum sc.) *non effugietis.* Euripides in *Helena* v. 996. *Ego abducam eam*, εἰ μὴ πρὸς οἴκους δυνάμεθ' ἀλλὰ πρὸς νεκροὺς, *si non possum domum, saltem ad mortuos.* Isocrates de *permutat.* p. 494. καὶ ταῦτ' εἰ μὴ κατὰ πάντων οὕτως εἰθίσαι συμβαίνειν, ἀλλὰ τό γ' ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τοῦτον γίνεται τὸν τρόπον, *quae si non in omnibus ita euenire consueuerunt: at plerumque hoc modo fiunt.* Arrianus *exped. Alex.* l. 6. p. 44?. εἰ καὶ μὴ ἄλλῳ, τῷ, ἀλλὰ αὐτόν γε αὐτῷ ἐρίζοντα, *etiamsi cum nemine alio, tamen cum semetipso litigantem.* Iosephus *ant.* l. 6. c. 14. p. 199. καὶ γὰρ εἰ πονηρὸς οὗτος εἰς ἡμᾶς, ἀλλ' οὐκ ἐμὲ δεῖ τοιοῦτον εἶναι πρὸς αὐτὸν, *etiamsi ille erga nos malignus est, me tamen talem erga illum esse non oportet.* Idem *bell. Iud.* l. 4. c. 16. p. 879. Plutarchus de *sera numin. vind.* p. 551. Idem in *Arata* p. 1045. Lucianus in *tyrannic.* p. 798.

CAP. V. v. 12.

Τί γάρ μοι καὶ τοὺς ἔξω κρίνειν;

Per τοὺς ἔξω h. l. ii intelliguntur, qui ad ecclesiam Christi non pertinebant, qui non erant οἰκεῖοι τῆς πίστεως Gal. 6, 10. Proprie enim οἱ ἔσω sunt, qui in domo, οἱ ἔξω, qui extra domum degunt. Hinc translate οἱ ἔξω vocantur, qui ad coetum quendam et societatem non pertinent. Christus Marc. 4, 11. τοὺς ἔξω vocat, qui non erant discipuli ipsius. Sic Aeschines cont. *Ctesiph.* p. 279. τοὺς ἔξωθεν vocat, Graecos, qui Athenienses non erant, non decere dicens oratorem σεμνύνεσθαι πρὸς τοὺς ἔξωθεν *apud exteros se ostentare, sed honore contentum esse debere, qui ipsi a populo in ipsa vrbe habeatur.* Iudaei a religione sua alienos חיצונים vocant, quod probatum dedit Schoetgenius in *horis* ad h. l. Apud Iosephum *bell. Iud.* l. 4. c. 13. p. 874. Iudaei οἰκεῖοι vocantur et τοῖς ἔξωθεν opponuntur. Τοῖς ἔξωθεν ὑπακούειν ἐνέγκαι τις ἂν εἰς τὴν ἅπαξ ἡττηθεῖσαν τύχην, τὸ δὲ τοῖς οἰκείοις εἴκειν πονηροῖς ἀγεννῶν ἐστι καὶ προαιρουμένων, *exteris seruire desperatae semel fortunae tribui posset, pessimis vero suorum seruire ignauorum est et seruire cupientium.* Sic idem non Iudaeos vocat τοὺς ἔξωθεν *ant.* l. 15. c. 12. p. 537.

Insignem linguae Graecae imperitiam Clericus in *arte Crit.* P. 3. S. 1. c. 16. §. 9. prodidit, locum hunc corruptum esse putans, et crudelibus vnguibus in eundem saeuiens. Quod enim vertunt: *Quid ad me attinet exteros iudicare?* id sine exemplo similis locutionis affirmari et praeterea coniunctionem καὶ, quae intercedit, durissimam facere orationem existimat. Phrasin integram fere habet Arrianus *Dissert. Epict.* l. 4. c. 6. p. 398. τί γάρ σοι καὶ τοῦτο εἰπεῖν; *Quid tua intererat istud dicere?* Ibid. l. 2. c. 17. p. 220. καὶ τί μοι νῦν τὴν πρὸς ἀλλήλους μάχην παραφέρειν; *quid ad me attinet, mutuas contentiones proferre?* Vbi paulo post plene dicitur, καὶ τί μοι μέλει; *quid vero ad me attinet?* Philo *legat. ad Caium*

p. 1033.

p. 1033. *ἀλλὰ τί μοι ξένους καλεῖν μάρτυρας*, *quid vero mihi opus est externos aduocare testes?* Demosthenes adu. *Conon.* p. 729. vbi, quum Cononis filios turpibus se dedisse libidinibus questus esset, addit, *ἀλλὰ τί ταῦτα ἐμοί; sed quid ista ad me pertinent?* Aristophanes in *Lysistrat.* p. 869. *τί δὲ σοι ταῦτ᾽ ἦδ᾽ ὃς ἀνὴρ, quid ad te hoc pertinet? dixit vir ille.* Antoninus de *reb. suis* l. 2. p. 47. *τί μοι ζῆν ἐν κόσμῳ κενῷ θεῶν; quid mihi prodest viuere in mundo Deorum inani?* vbi suppleri potest: *συμφέρει*; quae interpretatio etiam in verbis apostoli locum habere potest.

CAP. VI. v. 2.

Καὶ εἰ ἐν ὑμῖν κρίνεται ὁ κόσμος.

Sensus est mundum iudicatum iri *apud* sanctos, *in consessu* sanctorum, ita vt sancti veluti iudices sedeant; adeoque facile Doctiss. Raphelio largior *ἐν ὑμῖν* idem esse, ac *ὑφ᾽ ὑμῶν*. *In consessu* et coetu plurium iudicum, in quorum medio stabant partes litigantes, iudicia fieri solebant; adeoque quidquid *in* his *consessibus*, aut *a iudicibus aut ab aliis agebatur* id fieri dicebatur *ἐν αὐτοῖς*. Lysias *orat.* 30. p. 469. *οὐδὲ τῷ δύνασθαι ἢ εἰωθέναι λέγειν ἐν ὑμῖν ἐπαρθεὶς*, *neque elatus, quod in consessu vestro dicere possim, aut soleam.* Plutarchus in *Arato* p. 1041. *πολλάκις αὐτοῦ καταγορήσας ἐν τοῖς Ἀχαιοῖς*, *quum saepius illum apud Achaees accusasset.* Propius effato Pauli accedunt exempla sequentia. Demosthenes adu. *Boeot.* p. 637. *ἀλλ᾽ ἀναγκαῖον ἦν ἐκ τῶν συμβησομένων, εἰ μὴ τοῦτο διορθώσομαι ἐν ὑμῖν κριθῆναι*, *sed necessarium erat, propter ea, quae euentura erant, nisi id praecauissem, vt a vobis iudicarer.* Antiphon *orat.* 16. p. 141. *Ego vero primo de ipso negotio volo κρίνεσθαι, καὶ διηγήσασθαι ἐν ὑμῖν τὰ γενόμενα πάντα, iudicari et enarrari apud vos quae gesta sunt omnia.* Plutarchus in *Agid.* et *Cleom.* p. 804. *Clamantes et rogantes τὸν βασιλέα τῶν Σπαρτιατῶν*

λόγε καὶ κρίσεως τυχεῖν ἐν τοῖς πολίταις, *vt rex Spartanorum a ciuibus audiretur et iudicaretur.* Apud Thucydidem l. 3. p. 73. Plataeenses dicunt, se sperasse, quod ἐν δικαςαῖς ἐκ ἐν ἄλλοις, *non apud alios Iudices,* quam Lacedaemonios iudicium subituri essent. Demosthenes adu. *Macart.* p. 659. Neque legibus vestris morem putant gerendum esse, ἔτε τοῖς γνωσθεῖσιν ἐν τῷ δικαςηρίῳ, *neque latis a iudicio sententiis.*

v. 3.

Οὐκ οἴδατε ὅτι ἀγγέλες κρινῦμεν; μήτιγε βιωτικά;

Vocula μήτιγε notat, *nedum, multo minus, multo magis*, prouti nexus orationis requirit. Demosthenes *Olynth.* 2. p. 8. *Neque vero fas est, vt ignauus vel amicis aliquid sui caussa agendum imponat*, μήτιγε δὴ τοῖς Θεοῖς *nedum Diis.* Idem de *fals. legat.* p. 217. et adu. *Midiam* p. 406. *At ne per se quidem miles est vllius pretii*, μήτιγε τῶν ἄλλων ἡγεμών, *nedum aliorum imperator.* Idem adu. *Androtion.* p. 424. 425. et *adu. Timocrat.* p. 483. Plutarchus in *Arato* p. 1051. *Putans se illo viuente ne liberum quidem futurum esse*, μήτιγε τύραννος ἢ βασιλεὺς *multo minus tyrannum aut regem.* Idem in *amatorio* p. 753. Arrianus *peripl. mar. erythr.* p. 121. In verbis Pauli verte: *multo magis.* Sic Strabo l. 1. p. 15. *Quum et domum aedificaturus faber haec ante prospiciat et vrbem condens architectus* μήτιγε ὅλην ἐπισκοπῶν τὴν οἰκεμένην ἀνὴρ *multo magis vir totum orbem animo concipiens.* Sic μὴ ὅτι γε in hoc Demosthenis in *Conon.* p. 729. ἃ πολλὴν αἰσχύνην ἔχει καὶ λέγειν, μὴ ὅτι γε δὴ ποιεῖν, *quae vel dictu et multo magis factu turpissima sunt.* Sic μητιγῦν habet Aelianus *Var. hist.* l. 12. c. 9. *Siquidem et pueri illum odissent*, μήτι γῦν οἱ ἄνδρες, *et multo magis viri.* Ibid. l. 13. c. 1. *Vel vniverso populo metum incutere poterant*, μήτι γῦν μίαν παρθένον, *et multo magis vni virgini.*

Βιωτικὰ

Βιωτικὰ elliptice dicitur pro *βιωτικὰ πράγματα*, quae vox ex v. 1. suppleri potest. Verte: *negotia vitalia.* Confer dicta ad Luc. 21, 34. Simili ellipsi vtitur Plutarchus *sympos.* l. 5. qu. 5. p. 679. peregrinationum comites praecipue eligi solere asserens, *τὰς ἐλαφρὰς μάλιςα τοῖς βιωτικοῖς καὶ σχολὴν ἄγοντας*, *homines a negotiis vitalibus maxime immunes et otio abundantes.*

v. 4.

Τὰς ἐξουθενημένους ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τούτους καθίζετε.

Quum *sedere* apud veteres solerent, qui caussas forenses diiudicabant: *καθίζειν sedere facere*, *collocare* in notione forensi notat: *iudices* s. *arbitros constituere, eligere*, *iudices conuocare.* Notionem vltimam habet Iosephus *ant.* l. 20. c. 8. p. 699. *πείθουσι τὸν βασιλέα καθίσαντα συνέδριον*, *persuadent regi, vt synedrium conuocaret.* Aristophanes in *Vespis* p. 450. *ἢν μὴ τὸ δικαςήριον ὁ ἄρχων καθίσῃ νῦν*, *quodsi Archon iudicium nunc non conuocet.* Iudices *eligere* s. *constituere* verbum hoc denotat apud Dionysium Hal. *ant.* l. 3. p. 172. *Amicis eius atque proditionis consciis*, *δικαςήρια ὁ βασιλεὺς καθίσας*, *iudices rex constituit.* Ibid. l. 11. p. 699. *Nouos magistratus create*, *καὶ δικαςήρια καθίζετε*, *et iudicia constituite.* Phrasis igitur Pauli elliptica est, et suppleri debet *δικαςάς*. Ita plene Lucianus in *Toxari* p. 108. *οὐ γὰρ ἐκαθισάμεν τινα δικαςὴν τοῦ λόγου*, *neminem enim narrationis arbitrum constituimus.*

Multo mihi probabilior eorum videtur sententia, qui per *τὰς ἐξουθενημένους* Christianos intelligunt et *καθίζετε* in imperatiuo accipiunt, quam qui ad gentiles vocem istam referunt et *καθίζετε* in indicat. assumunt. Proximum mihi sane videtur, vt ἐξουθενημένοι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ etiam sint ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, non vero ad τὰς ἔξω pertineant. Praeterea vox *καθίζετε*, id postulat. Non poterant Corinthii fideles, ethnicos *iudices constituere*, s. *iudices conuocare*, hoc enim non priuatis competit ius, sed legislatoribus et magistratibus. At poterant sibi in litibus suis inter se

arbitros eligere, quo fenfu locus Luciani iam citatus intelligendus eft, vbi δικαςὴς paulo poft per διαιτητὴς explicatur. Neque tamen abfolute Apoftolus iubet, vt arbitri eligantur in ecclefia, homines contemtiffimi, fed ea tantum conditione, fi nullos inter fe σοφὲς v. 5. effe putarent. Senfus eft: *Nullius plane momenti effe* βιωτικὰ κριτήρια, *quippe, quae longe minora fint, quam iudicium in mundum v. 2. et in angelos v. 3. imo ea vt euitentur, fatius effe* τὸ ἀδικεῖσθαι v. 7. *adeoque confultius fore, vt vel contemtiffimos fiue imperitiffimos ex coetu fuo arbitros eligant, quam vt lites domefticas ad iudices gentiles deferendo, religionem Chriftianam ludibrio exponant.* Vocula τέτες, quae pleonaftica videtur, fuam habet emphafin, quafi diceret: *Illos ipfos iudices conftituite.* Sic αὐτὸν habes Act. 10, 38. vbi dicta vide, fic et τέτων Act. 1, 22. et τὲτον Act. 15, 38.

v. 9.

Οὔτε μαλακοὶ, ὔτε ἀρσενοκοῖται.

Per μαλακὲς *molles* Graeci alias generatim homines *effeminatos, delicatulos, voluptatibus deditos* intelligere folent. Arrianus *Differt. Epict.* l. 3. c. 6. p. 276. τῶν νέων τὲς μαλακὲς ὐκ ἔςι προτρέψαι ῥᾴδιον, *molles adolefcentes exhortari non eft facile, neque enim cafeus tenellus hamo capitur.* H. l. vero vbi tot hominum turpium inferuientium libidinibus diftinguuntur fpecies et μαλακοὶ τοῖς ἀρσενοκοίταις opponuntur: μαλακοὶ *molles* funt pueri *pathici, cinaedi, muliebria pati adfueti.* Plutarchus in *apophth.* p. 204. *Quum Verres filium haberet, qui in flore aetatis corpore fuo male vfus erat,* τὸν δὲ Κικέρωνα λοιδορῦντος εἰς μαλακίαν καὶ κίναιδον ἀποκαλῦντος, *isque Ciceroni molliciem exprobraret, eumque cinaedum appellaret: Cicero nefcis inquit, filiis intra fores effe conuiciandum.* Eandem rem idem narrat in *Cicerone* p. 864. Dionyfius Hal. *ant.* l. 7. p. 418. de Ariftodemo dicit, eum a ciuibus fuis μαλακὸν *mollem* vocatum effe: εἴθ᾽ ὅτι θηλυδρίας ἐγένετο παῖς ἂν, καὶ τὰ γυναιξὶν ἁρμόττοντα

μόττοντα ἔπασχεν, *siue quod in pueritia effeminatus fuisset et muliebria passus esset, siue quod miti esset ingenio.* Apud Diogenem Laërtium l. 7. c. 5. §. 4. Cleanthes de hominis, qui κίναιδος, *cinaedus* fuisse dicitur, indole interrogatus, respondet: ἔχω αὐτὸν, μαλακός ἐςι, *teneo illum, mollis est.* Adde Tacitum *annal.* l. 11. c. 2.

v. 11.

Καὶ ταῦτά τινες ἦτε.

Vox ταῦτα neutraliter ponitur pro ἔτοι siue τοιῦτοι. Verte: *Et tales ex parte fuistis.* Sic apud Aristophanem in *Nubibus Act.* 1. sc. 5. p. 151. Strepsiades quum plurima commemorasset conuicia, quae in ipsum congeri possent, addit: ταῦτ' εἴ με λέγουσιν ἀπαντῶντες, *talem si me esse dicant, occursantes, faciant, vt libet.* Arrianus *rer. Indic.* p. 537. ταῦτα δὲ ὕς τινας καὶ ἡμεῖς ὁρέομεν καὶ Τίγριας καλέομεν, Θῶας εἶναι, *eas vero, quas et nos videmus et Tigres vocamus Thoes esse.* Themistius *orat.* 1. *de humanitate* p. 6. τί γὰρ ὄφελος ἄρχοντος μὴ ἐλευθέρου; τοῦτο δὲ ἐςὶν ὁ τύραννος, *quid vero iuuat princeps non liber? talis vero est tyrannus.*

v. 18.

Φεύγετε τὴν πορνείαν· πᾶν ἁμάρτημα ὃ ἐὰν ποιήσῃ ἄνθρωπος ἐκτὸς τοῦ σώματός ἐςιν· ὁ δὲ πορνεύων εἰς τὸ ἴδιον σῶμα ἁμαρτάνει.

Etiam gentiles peccata illicitae Veneris hanc ob caussam turpiora esse credebant, quod haec in ipsum hominis corpus fiant. Aeschines in *Timarchum* p. 176. de *Timarcho* dicit: ἐγὼ γὰρ ὅσα μὲν παῖς ὢν εἰς τὸ σῶμα τὸ ἑαυτοῦ ἡμάρτηκεν, ἀφίημι, *ego quae delicta puer adhuc in suum corpus admisit, omitto.* Ibid. p. 197. huius generis homines vocantur, οἱ ταῖς ἡλικίαις καὶ τοῖς ἑαυτῶν σώμασιν οὐ καλῶς κεχρημένοι, *qui flore aetatis et corporibus suis non recte vsi sunt.* Paulo post iidem nominantur, οἱ εἰς τὰ σώματα ἡμαρτηκότες, *qui in corpus suum peccarunt.* Alium eiusdem orationis locum produxit

produxit Bochartus citante Wolfio in *Curis* ad h. l. Verum quidem est, Aeschinem in his locis de *cinaedis* loqui: at de *cinaedis* etiam hic loquitur apostolus. Per πορνείαν enim apostolus *omnes illicitae Veneris species* intelligit; opponit enim πορνείαν omnibus peccatis, quae ἐκτὸς τȢ σώματος fiunt. Praeterea πόρνοι supra c. 5. 11. totum illud hominum genus exprimunt, quod c. 6, 9. tot speciebus designatur, quae singula quod fugienda sint, h. l. docet ex eo capite, quia sint peccata εἰς τὸ ἴδιον σῶμα. Quod hic plures τῆς πορνείας species simul significentur, docet quoque *pluralis* τὰς πορνείας infra cap. 7, 2.

CAP. VII. v. I.

Περὶ δὲ ὧν ἐγράψατέ μοι, καλὸν ἀνθρώπῳ γυναικὸς μὴ ἅπτεσθαι.

Priora verte: *Quod autem ad ea attinet, quae mihi scripsistis.* Similiter Xenophon librum de *republic. Athen.* sic inchoat: Περὶ δὲ τῆς Ἀθηναίων πολιτείας ὅτι μὲν εἵλοντο τȢτον τὸν τρόπον τῆς πολιτείας ȣ̓κ ἐπαινῶ διὰ τόδε, *quod ad Atheniensium rempublicam attinet, quod talem reipublicae elegerint formam non laudo, hanc ob caussam.*

Per ἄνθρωπον h. l. *vir*, f. *mas* intelligitur, vti Matth. 19, 3. et 10. vbi dicta vide.

Ἅπτεσθαι per εὐφημισμὸν pro *vsu* mulieris siue in coniugio siue extra illud. Xenophon *dict. et fact. Socr.* l. 1. p. 451. suasisse dicit Socratem, τῶν καλῶν ἰσχυρῶς ἀπέχεσθαι, ȣ̓ γὰρ - - ῥᾴδιον εἶναι τῶν τοιȣ́των ἁπτόμενον σωφρονεῖν, *a pulchris* mulieribus *vehementer abstinere. Haud enim facile esse vt sobrie viuat, qui tales attingat.* Idem *Cyrop.* l. 5. p. 80. *At honesti et probi viri, etsi cupiunt et aurum et equos bonos, et mulieres pulchras, ab his tamen omnibus facile queunt abstinere,* ὥστε μὴ ἅπτεσθαι αὐτῶν παρὰ τὸ δίκαιον, *vt haec non magis, quam deceat, attingant.* Euripides *Hippolyto*

v. 1026

v. 1026. ὄμνυμι τῶν σῶν μήποθ' ἅψασθαι γάμων, *iuro me nunquam attigisse tuam coniugem.* Antoninus de *rebus suis* l. 1. §. 17. p. 33. τὸ μήτε Βενεδίκτης ἅψασθαι μήτε Θεοδότου, *quod nec Benedictam nec Theodotum attingerem.* Vbi vide Gatakerum.

v. 19.

Ἡ περιτομὴ οὐδέν ἐστιν, καὶ ἡ ἀκροβυστία οὐδέν ἐστιν ἀλλὰ τήρησις ἐντολῶν Θεοῦ.

Phrasin: οὐδέν ἐστιν verte: *nullius est momenti, nullius pretii.* Sensus est: *Si ad* τὸ σώζεσθαι v. 16. *salutem aeternam obtinendam respiciatur, nullius plane momenti esse, vtrum circumcisus aliquis sit, an praeputiatus: plurimum vero ad scopum hunc profuturam esse praeceptorum divinorum obseruationem,* Gal. 5, 6. Sic Plutarchus de *exsilio* p. 601. τὸ δὲ σὲ μὴ κατοικεῖν Σάρδεις, οὐθέν ἐστιν, *quod vero tu Sardibus non habites, res est nullius momenti.* Apud Euripidem *Iphig. in Aul.* v. 968. Achilles, dicit: νῦν δ' οὐδέν εἰμι παρά γε τοῖς στρατηλάταις, *nunc vero in nullo sum pretio apud hos duces.*

v. 25.

Ἐπιταγὴν κυρίου οὐκ ἔχω, γνώμην δὲ δίδωμι.

Phrasis γνώμην δίδωμι significat, *consilium do, sententiam dico, suadeo.* Sic Diodorus Siculus l. 20. c. 16. p. 394. *Erymon vero Aetolus, quem consiliarium fratri Agathocles adiunxerat,* τὴν ἐναντίαν δοὺς γνώμην, ἔπεισεν ἅπαντας διακαρτερεῖν μέχρις ἂν πύθωνται τἀληθὲς, *contrarium dans consilium, omnibus, dum verum explorarent, perseuerandi auctor est.* Dionysius Hal. *ant.* l. 9. p. 600. ὁ μὲν οὖν Ἄππιος ἐπὶ τὰ ὅπλα καλεῖν γνώμην ἐδίδου, τοῖς βουλομένοις σώζεσθαι τὴν πάτριον πολιτείαν, *Appius vt ad arma vocarent suadebat iis, qui rempublicam saluam esse vellent.* Plutarchus in *Caesare* p. 712. habet, γνώμας ἀποδιδόναι, *sententias ferre.*

v. 34.

v. 34.

Μεμέρισαι καὶ ἡ γυνὴ καὶ ἡ παρθένος.

Verto: *Distrahitur* f. *curis implicita est et vxor et virgo.* Verbum μερίζεσθαι enim idem h. l. est, quod μεριμνᾷν. Patet hoc ex sequenti partitione, vbi apostolus curas quas vxores haberent et virgines distincte recensset. Nota est etymologia τῶν μεριμνῶν, ἀπὸ τοῦ μερίζεσθαι τὸν νοῦν. Proinde, qui *multis curis sunt inuoluti*, περισπᾶσθαι, *distrahi*, *in diuersa trahi* dicuntur Luc. 10, 40. vbi multa dabunt alii. Sic et Iosephus *ant.* l. 8. c. 2. p. 257. πολέμοις καὶ ταραχαῖς μὴ περισπώμενοι, *quum bellis et tumultibus non distraherentur.* Cui apostolus h. l. opponit τὸ ἀπερισπάστως v. 35. Simillimus nostris verbis est locus Achillis Tatii l. 5. p. 343. ἐμεμέριστο πολλοῖς ἅμα τὴν ψυχὴν, ἰδοῖ καὶ ὀργῇ καὶ ἔρωτι καὶ ζηλοτυπίᾳ, *animus eius multis simul distrahebatur* curis, f. affectibus, *pudore, et ira, amore et aemulatione.*

v. 35.

Οὐχ ἵνα βρόχον ὑμῖν ἐπιβάλω, ἀλλὰ πρὸς τὸ εὔσχημον καὶ εὐπάρεδρον τῷ κυρίῳ ἀπερισπάστως.

Verte: *Non vt laqueum vobis iniiciam, sed propter decentiam et assiduitatem apud Dominum absque distractione. Laqueum alicui iniicere*, est *captiuum illum reddere, libertate illum spoliare* et *necessitatem ipsi imponere*, ex arbitrio eius agendi, qui laqueum iniecit. Βρόχος enim idem h. l. est quod παγὶς, et πάγη 2 Tim. 2, 26. Vsus τῶν βρόχων erat in bellis, in praeliis et obsidionibus, vbi hostes *laqueo iniecto* ad se pertrahere et capere solebant. Iosephus *bell. Iud.* l. 7. c. 29. p. 985. de Tiridate, qui fere in acie captus erat, dicit, βρόχον γὰρ αὐτῷ τις πόῤῥωθεν περιβαλὼν, ἔμελλεν ἐπισπάσειν, *procul enim quidam, misso in eum laqueo, illum circumdatum attrahere volebat, nisi celeriter gladio rupisset laqueum.* Moris quoque fuisse, vt in vrbium obsidionibus hostes muris propius accedentes ab obsessis βρόχοις *laqueis*

queis capti in vrbem traherentur auctor est Aeneas in *Poliorcet.* c. 39. p. 1714. Sic et *laqueis* irretiebantur ferae. De Hercule Euripides *Hercul. fur.* v. 153. narrat, quod Nemaeum leonem, ἐν βρόχοις ἑλὼν *laqueo captum* occiderit. Plutarchus in *amator.* p. 757. δολοῦντες ὀρύγμασι καὶ βρόχοις λύκους καὶ ἄρκτους, *qui foueis factis aut laqueis positis lupis aut vrsis insidiantur.*

Adiectiua τὸ εὔσχημον et εὐπάρεδρον s. εὐπρόσεδρον pro substantiuis posita esse haud obscurum est. Πάρεδρος s. πρόσεδρος est, *qui alteri assidet, qui alteri frequenter adhaeret.* Plutarchus ad *princip. inerud.* p. 779. ὁ δὲ ἐκ φιλοσοφίας τῷ ἄρχοντι πάρεδρος καὶ φύλαξ ἐγκατοικισθεὶς λόγος, *doctrina philosophica in principe assessoris instar et custodis habitans.* Ibid. p. 781. de Ioue dicitur, quod οὐκ ἔχει τὴν δίκην πάρεδρον, *non habeat assidentem iustitiam*, sed ipse sit iustitia. Προσεδρία *assiduitas* occurrit, 3 Maccab. 4, 15. Hinc per εὐπάρεδρον s. εὐπρόσεδρον *frequentem* et *perpetuam praesentiam* s. *assiduitatem* intelligo. Τῷ κυρίῳ elliptice positum est, pro, πρὸς s. παρὰ τῷ κυρίῳ, *apud Dominum.* Suppressa est praepositio, vtpote iam latens in voce εὐπάρεδρον, s. εὐπρόσεδρον.

Ἀπερισπάστως, *absque distractione.* Id est, ἄνευ τοῦ μεριμνᾶν τὰ τοῦ κόσμου v. 34. Sic Polybius l. 4. c. 18. p. 399. *Neque etiam contra eos per portam irruebant,* οἷοί τ' ἦσαν βοηθεῖν ἀπερισπάστως, *absque distractione opem ferre poterant, propter eos, qui moenia inuadebant.* Hierocles *carm. aur. Pythag.* p. 77. *Ita adfectibus in ordinem redactis, tum demum poterit ipsa ratio,* ἀπερισπάστως φυλάξαι τὰ πρῶτα παραγγέλματα, *prima praecepta absque distractione obseruare.* Ibid. p. 217.

Videntur mihi phrases Apostoli alludere ad historiam a solo Luca Pauli comite narratam c. 10, 39. 40. τὸ εὐπάρεδρον obseruabat Maria παρακαθίσασα παρὰ τοὺς πόδας τοῦ Ἰησοῦ; τὸ ἀπερισπάστως negligebat Μάρθα, quae περιεσπᾶτο περὶ πολλὴν διακονίαν.

v. 36.

v. 36.

Εἰ δέ τις ἀσχημονεῖν ἐπὶ τὴν παρθένον αὐτοῦ νομίζει, ἐὰν ᾖ ὑπέρακμος.

Duplex verbi ἀσχημονεῖν significatus dubium quodammodo mihi reddit loci huius sensum. Vertere potes: *Si quis putat, se aliquid indecorum committere erga virginem suam, si plus quam matura fiat.* Hac notione vocem hanc habet Dionysius Hal. *ant.* l. 2. p. 96. πολλὰ ἐν Ἕλλησιν εἰς πατέρας ὑπὸ τέκνων ἀσχημονεῖται, *multa apud Graecos, a liberis contra parentes indecore aguntur.* Ibid. l. 4. p. 263. Lucretiae minatur Tarquinius, se illam infamare velle, quod ἀσχημονοῦσαν μετὰ τοῦ δούλου, *cum seruo turpia perpetrantem* deprehenderit. Arrianus *Differt. Epict.* l. 4. c. 8. p. 406. *Propterea, ἂν* ἀσχημονοῦντά τις ἴδῃ τινὰ αὐτῶν, *si quis eorum quendam videt turpiter agentem, statim dicit, ecce philosophus hoc facit, debebat vero,* ἀφ' ὧν ἠσχημόνει, *propter ea, quae indecore agit, dicere, eum non esse philosophum.* Ibid. p. 407. bis, et l. 3. c. 22. p. 309. Demosthenes *orat. funebr.* p. 155. κἂν τὰ δεινότατα ἀσχημονήσῃ *etsi turpissime se gesserit.* Idem adu. *Androt.* p. 425. Aeschines de *fals. legat.* p. 252. et 267. At malim tamen locum vertere: *Si quis vero putat, se ignominiam subiturum esse propter filiam suam.* Hoc significatu ἀσχημονεῖν vsurpant Euripides in *Hecuba* v. 407. Num vis ἀσχημονῆσαί τ' ἐκ νέου βραχίονος σπασθεῖσ', *dedecorari iuuenili brachio auulsa?* vbi Scholia Arsenii ἀσχημονῆσαι explicant per ἀτιμασθῆναι. Arrianus *Differt. Epict.* l. 4. c. 1. p. 378. *Loco senis diuitis obserua philosophum, in huius foribus conspicitor,* οὐκ ἀσχημονήσεις ὀφθείς, *non tibi erit dedecori, si ibi conspectus fueris.* Demosthenes *epist.* 3. p. 117. ὥστε μηδὲν ἀσχημονεῖν τὸ λοιπὸν τοῦ βίου, *vt reliquo vitae tempore nullam patiar ignominiam.* Ἐπὶ τὴν παρθένον verto: *propter virginem*, vti Apocal. 1, 7. κόψονται ἐπ' αὐτὸν *lugebunt propter illum.* Ibid. c. 18, 20. Praesens ἀσχημονεῖν vicem futuri ἀσχημονήσειν sustinet.

Ratio huius explicationis eſt in promtu. Vereri poſſunt parentes, ne ſi quid turpe pro ſexus ſui et aetatis fragilitate admittant filiae virgines, id ſibi commune cum filiabus adferat dedecus.

Τὴν παρθένον αὐτȣ̃, *virginem ſuam.* Elegans eſt conſtructio, pro: *filiam ſuam virginem.* Apud Euripidem *Iphig. in Aul.* v. 714. Clytaemneſtra ad Agamemnonem dicit: ἐκεῖσ' ἀπάξει|σὴν ἐμήν τε παρθένον; *Num eo abducet tuam meamque virginem?* Apud Sophoclem *Oedip. tyr.* p. 183. de filiabus ſuis Oedipus dicit: ταῖν δ' ἀθλίαιν οἰκτραῖν τε παρθένοιν ἐμαῖν, *miſerarum et miſerabilium duarum virginum mearum.* Cornelius Nepos in *Epaminonda* c. 3. *virgo amici nubilis.*

Ἐὰν ᾖ ὑπέρακμος verte: *ſi fiat plus quam matura.* Poſitum eſt ᾖ pro γένηται, quod frequens eſt. Ὑπέρακμος duplicem habere poteſt ſenſum. Potes enim vocem deriuare ab ἀκμή, quatenus haec vox *vigorem*, *robur* atque *maturitatem* corporis denotat. Hoc ſenſu Ariſtoteles politic. l. 7. c. 16. p. 559. ἀρχομένην τὴν ἀκμήν, *incipientem vigorem* viris tribuit 37. annos natis, et ſi hi hac aetate, feminae vero aetate octodecim annorum coniugium ineant, coniugium eorum fieri ἀκμάζȣσι τοῖς σώμασι, *vegetis* corporibus. Sic et teſte Xenophonte *repub. Lacedaem.* p. 661. legem Spartanis dedit Lycurgus, ἐν ἀκμαῖς τῶν σωμάτων τȣ̀ς γάμȣς ποιεῖσθαι, *vt nonniſi vegetis iam corporibus nuptias ineant.* Sic ὑπέρακμος eſſet virgo, *quae florem aetatis iam exceſſiſſet*, quae adeo iam conſenuiſſet, vt liberis gignendis iam inepta eſſet. Aut per ἀκμὴν *maturitatem ad nuptias* intelligere potes. Sic apud Dionyſium Hal. *ant.* l. 1. p. 62. Amulius Rheam, ἐν ἀκμῇ γάμȣ γενομένην, *nuptiis iam maturam* ſacerdotio Veſtae deſtinaſſe dicitur. Sophocles *Oedip. tyr.* p. 184. ἡνίκ' ἂν πρὸς γάμων ἥκητ' ἀκμάς, *poſtquam ad nubilem perueneritis aetatem.* Hoc ſenſu Lucianus in *Timon.* p. 69. ἀκμαίαν καὶ καλὴν παρθένον, *virginem aetate florentem et pulchram* nominat. Sic vero ὑπέρακμος foret virgo, *plus quam adulta*; primos iam ſupergreſſa pubertatis annos.

annos. Hanc explicationem praeferendam puto. Talem παῖδα ὑπέρωρον, *puellam plus quam adultam* vocat Aeschines *epist.* 10. p. 126.

v. 37.

Ὃς δὲ ἕστηκεν ἑδραῖος ἐν τῇ καρδίᾳ.

Verte: *Si quis vero animo sibi satis constat.* Opponitur phrasis *animi leuitati* et *inconsiderantiae*, cuius generis homines: *mente sibi non constare* dicuntur. Sic Philemon apud Stobaeum *serm.* 4. p. 54. ἐπὰν ὁ νοῦς ἢ μὴ καθεστηκὼς τινὶ, οὐκ ἔστ᾽ ἀκούειν οὐθὲν αὐτῷ οὔδ᾽ ὁρᾶν, *si quis mente sibi non constat, is recte quicquam neque audit, neque videt.* Themistius *orat.* 11. *decennal.* p. 154. de Valente dicit, condonare illum delicta, καὶ τῷ εὐχερεῖ, ὅτι οὐδὲ τούτου ἡ γνώμη ἕστηκε, *etiam homini facili et leui, quoniam etiam hic animo sibi non constet.* Hinc de *constantia* in rebus bene ponderatis apud Stobaeum *serm.* 1. p. 4. dicitur: ἀνδριὰς μὲν ἐπὶ βάσεως, σπουδαῖος δὲ ἀνὴρ ἐπὶ καλῆς προαιρέσεως ἑστὼς ἀμετακίνητος ὀφείλει εἶναι, *statua in sua basi, vir autem virtutis studiosus in bono proposito persistens immotus esse debet.* Respicit apostolus ad τὸ νομίζειν v. 36. adeoque plus fauet coniugio quam coelibatui. Ad coniugium ineundum sufficit, qualiscunque parentum de status coelibis ἀσχημοσύνῃ *opinio* v. 36. ad *coelibatum* vero seruandum, *constans* requiritur *animi re omnibus modis bene deliberata propositum.*

CAP. VIII. v. 10.

Ἐὰν γάρ τις ἴδῃ σὲ τὸν ἔχοντα γνῶσιν, ἐν εἰδωλείῳ κατακείμενον, οὐχὶ ἡ συνείδησις αὐτοῦ ἀσθενοῦς ὄντος οἰκοδομηθήσεται, εἰς τὸ τὰ εἰδωλόθυτα ἐσθίειν;

Quod per εἰδωλεῖα *templa idolorum* intelligenda sint ex 1 Maccab. 1, 47. et c. 10, 83. satis patet, vt et ex 3 Esr. 2, 9. vbi Nebucadnetzar vasa templi Hierosolymitani deposuisse dicitur, ἐν τῷ ἑαυτοῦ εἰδωλείῳ, *in templo suo.*

fuo. Vide Esr. 1, 7. Nolim tamen] cum Beza asserere, apostolum ex fidelium consuetudine maluisse εἰδωλεῖον dicere, quam νεὼν s. ἱερὸν, quae sc. nomina gentilibus vsitata fuissent. Non est saue vox εἰδωλεῖον, in contemtum *idolorum* excogitata, quippe qua et profani vtuntur. Plutarchus *discr. adul. et am.* p. 74. haec adducit verba Sophoclis: ἤδη τὰ Τροίας εἰσορῶν εἰδωλεῖα δέδοικας, *Iam fana Troiae conspicatus in metu es.*

Morem gentilium, epulas ex sacrificiis in ipsis templis instituendi, abunde illustrarunt alii. Addam vnicum locum memorabilem 3 Maccab. 4, 16. vbi de Ptolemaeo Philopatore dicitur: *Rex vero magno et perduranti impletus gaudio*, συμπόσια ἐπὶ πάντων τῶν εἰδώλων συνιστάμενος, πεπλανημένη πόῤῥω τῆς ἀληθείας φρενὶ καὶ βεβήλῳ στόματι κωφὰ καὶ μὴ δυνάμενα αὐτοῖς λαλεῖν ἢ ἀρήγειν ἐπαινῶν, *conuiuia coram omnibus idolis instituebat, et animo a veritate multum aberrante oreque profano, multa, quae nec alloqui illos nec iuuare poterant, laudabat.* Patet hinc eiusmodi conuiuia cum laudibus quoque idolorum et precibus ad illa, coniuncta fuisse; vt eo minus iisdem interesse Christianis licuerit.

Verbum οἰκοδομηθήσεται significatum hic habere adeo rarum videtur, vt locum ipsum medicina indigere nonnulli putauerint. Verto: *Incitatur* s. *impellitur ad comedenda idolis immolata.* Phrasi simillima, quae tamen et ipsa sua laborat obscuritate, vtitur Iosephus *ant.* 16. c. 6. p. 554. de Herode narrans, quod ad coërcendum fastum filiorum Mariammes Antipatrum honoribus euexerit, non quod omnia in illum conferre vellet, sed potius, εἰς νουθεσίαν τὴν ἐκείνων οἰκοδομῶν αὐτὸν, *vt ad castigationem* s. *adflictionem eorum illum incitaret*, s. *impelleret.* Νουθεσία enim *castigationem* et *adflictionem* notare potest, quo sensu Philo *vita Mosis* p. 624. de Aegypto dicit, quod *plagis* et *poenis* ἐνουθετεῖτο *castigata sit.* Imo apud Iosephum l. c. Antipatro paulo post ἐπήρεια *petulantia* erga fratres tribuitur. Fateor tamen οἰκοδομεῖν in h. l.

Iosephi etiam de ipsius Antipatri *in statum meliorem euectione* accipi posse.

Antequam vocem οἰκοδομηθήσεται, in mendo cubare credas, alia sane tentari posset via, vt vox haec significatui suo in sacris frequentiori relinquatur. Dele interrogationem et verte: *Nequaquam conscientia illius, qui infirmus est, emendabitur, dum idolis immolata comedet.* Verba: εἰς τὸ τὰ εἰδωλόθυτα ἐσθίειν, sic posita forent, pro ἐν τῷ ἐσθίειν. Sic infra c. 9, 18. εἰς τὸ μὴ καταχρήσασθαι τῇ ἐξουσίᾳ μου, *dum potestate mea non vtor.* Sic Hebr. 2, 17. εἰς τὸ ἱλάσκεσθαι. Magis tamen mihi se probat prior interpretatio.

CAP. IX. v. 1.

Μέγα εἰ ἡμεῖς ὑμῶν τὰ σαρκικὰ θερίσομεν;

Plures ellipses concurrunt in voce μέγα supplendae. Locutio integra foret: μήτι μέγα ἔργον ἐστὶν, *Num id est aliquid magnae rei?* Simile est illud 2 Cor. 11, 15. οὐ μέγα οὖν. Sic elliptice apud Plutarchum *discr. adul. et am.* p. 64. dicitur: *Lacedaemonii cum Smyrnacis indigentibus cibaria misissent, iique beneficium hoc extollerent,* οὐδὲν ἔφασαν μέγα, *nihil hoc dicebant magnae rei est.* Theognis in *sentent.* sub init. σοὶ μὲν τοῦτο θεὰ σμικρὸν ἐμοὶ δὲ μέγα, *tibi o Dea hoc aliquid paruum est, mihi vero magnum.* Plenius Euripides *incert. Tragoed.* v. 401. dicit: τὸν λαβόντα τῶν λόγων καλὰς ἀφορμὰς, οὐ μέγ' ἔργον εὖ λέγειν, *pulchra cui datur fandi materia, bene si dicit, id nihil nouum est.*

v. 12.

Ἀλλὰ πάντα στέγομεν.

Στέγειν h. l. est, *sustinere, tolerare.* Sensus apostoli est: *se omnes sustinuisse molestias, labores, et egestatem quae inde orta essent, quod ipse nihil mercedis pro annunciatione euangelii a Corinthiis acceperit.* Respicit proprie vox στέγειν ad pondus aliquod suo onere premens

atque

atque incumbens, quod a corpore opposito *sustinetur.* Plutarchus *sympos.* l. 1. qu. 9. p. 627. aquam marinam dicit facilius ferre natantes, *καὶ στέγειν τὰ βάρη, et onera sustinere cum aqua dulcis ob leuitatem et imbecillitatem iis cedat.* Vbi τῷ στέγειν opponitur ἐνδιδόναι *cedere.* Polybius l. 17. c. 21. p. 1059. *Cum Titus videret,* οὐ δυναμένους τοὺς παρ' αὐτοῦ στέγειν τὴν τῆς φάλαγγος ἔφοδον, *phalangis impetum sustineri a suis non posse.* Themistius *orat.* 22. de *amicit.* p. 271. τὸν οὐ στέγοντα ὕβριν, *qui non est patiens iniuriarum.* Philo in *Flaccum* p. 974. μηκέτι στέγειν δυνάμενοι τὰς ἐνδείας, *cum egestatem amplius ferre non possent.*

v. 13.

Οἱ τῷ θυσιαστηρίῳ προσεδρεύοντες, τῷ θυσιαστηρίῳ συμμερίζονται;

Θυσιαστηρίῳ προσεδρεύοντες, *qui altari assident* f. *vacant, qui assidui sunt apud altare.* Exsulare enim hic debet *sedendi* notio Hebr. 10, 11. 12. Aristoteles *politic.* l. 8. c. 4. p. 567. ἕως μὲν αὐτοὶ προσήδρευον ταῖς φιλοπονίαις, *quamdiu exercitiis vacabant.* Apud Iosephum l. 1. *cont. Apion.* p. 1036. sacerdotes vocantur: τῇ θεραπείᾳ τοῦ θεοῦ προσεδρεύοντες. Sic Hebr. 7, 13. οὐδεὶς προσέσχηκε τῷ θυσιαστηρίῳ, *nemo adhaesit altari,* f. *sacerdotis munere functus est.* Alias προσιέναι in hoc argumento occurrit. Iosephus *ant.* l. 11. c. 8. p. 383. de Manasse sacerdote dicit: *Postulabant igitur vt Manasses aut dimitteret vxorem,* ἢ μὴ προσιέναι τῷ θυσιαστηρίῳ, *aut non amplius ad altare accederet.* Porphyrius de *abstinent.* l. 2. p. 233. οἱ θεοὶ εἰς τὸ ἦθος ἀποβλέπουσι τῶν προσιόντων, *Dii ad mentis indolem eorum, qui sacrificant, respiciunt.* Vbi tamen προσιόντες sensu latiori accipitur.

Τῷ θυσιαστηρίῳ συμμερίζονται vertere potes: *Cum altari participant,* f. *ab altari partem accipiunt,* f. *cum altari sibi diuidunt.* Συμμερίζονται idem est quod μερίζονται, praepositione sensum non augente. Phrasis vero est elliptica. Supple: τὰ δῶρα, τὰς θυσίας aut similia.

 Plene

Plene cum accusatiuo phrasin habet Appianus *bell. Pun.* p. 12. Masinissae dicens, moris fuisse, vt in locis vbi pernoctabat commeatus quaereret, ληϊζομένῳ τε πάντα καὶ διαρπάζοντι καὶ μεριζομένῳ τοῖς συνοῦσιν, *omnia sc. praedanti et diripienti et cum sociis diuidenti.* Elliptice vero idem *bell. ciu.* l. 5. p. 1179. de Pompeio dicit, illum Antonio a Parthis victo sperasse, quod aut, si periisset ille, successor illius futurus esset, ἢ μεριούμενος ἐπανελθόντι, *aut a redeunte partem quandam accepturus esset.*

v. 14.

Ἐκ τοῦ εὐαγγελίου ζῆν.

Vocem εὐαγγέλιον *praemium pro allato fausto nuntio datum* h. l. significare putauit Ios. Medus, quod tamen ex eo capite haud probabile est, quia vox eadem paulo ante alio sensu occurrit, et quoniam voces v. 13. bis positae, eodem vbique sensu occurrunt. Ζῆν ἔκ τινος s. ἀπό τινος quoque tam de *negotio* quam de *bonis* et *cibis* ex quibus aliquis viuit, dici potest. Aristoteles *Politic.* l. 6. c. 4. p. 524. *Vbi pastores sunt*, καὶ ζῶσιν ἀπὸ βοσκημάτων, *et ex pecudibus viuunt.* Demosthenes in *Stephan.* 1. p. 616. *Eripuisti vero tuae ipsiusmet socrui*, ταῦτα ἀφ' ὧν ἔζη, *ea vnde viuebat.* Idem cont. *Theocrin.* p. 515. ζῶντες ἀπὸ τοῦ συκοφαντεῖν, *calumniando vitam sustentantes.* Themistius *orat.* 23. *sophista* p. 299. ζῆν ἐκ τοιαύτης τινὸς ἐργασίας, *ex eiusmodi negotio vitam sustentare.*

v. 17.

Εἰ δὲ ἄκων, οἰκονομίαν πεπίστευμαι.

Integer hic versus ad annuntiationem euangelii respicit, et plane de eo non agit, quod apostolus id sine victu inde accepto fecerit. Sensus est: se si volens animo facili atque cupido euangelium praedicaret, maiorem mercedem exspectare posse, quam si inuitus id faceret. Si vero id quoque inuitus ipse faceret, scire tamen se seruum esse, qui Domino seruire coactus sit, etiamsi nullam exspectare

spectare possit mercedem. Οἰκονομίαν πεπίςευμαι *dispensatio mihi credita est.* Conf. supra c. 4, 1. 2. 2 Cor. 5, 18 Dispensatorum seruile erat munus Gen. 15. et c. 24. Serui vero ordinarie mercedem non accipiebant, quippe qui per se ad morem Domino gerendum obligati erant Luc. 17, 10. Sirac. 30, 24. Quamuis et hi ex gratia domini mercedem accipere possent, prout Dominis opera eorum magis minusue placeret. Constructionis huius exempla non rara sunt. Achilles Tatius l. 5. p. 343. τῷ τὴν φυλακὴν τὴν ἐμὴν πεπιςευμένῳ, *illi cui custodia mei concredita erat.* Diogenes Laërtius l. 7. c. 1. §. 29. πιςευθέντος τὴν ἐν Περγάμῳ βιβλιοθήκην, *cuius curae bibliotheca Pergamena commissa erat.* Iosephus *ant.* l. 20. c. 8. p. 701. τὴν προςασίαν τȣ̃ ἔθνȣς πιςευθέντες, *imperio gentis in illos collato.* Ibid. p. 702. τὴν δὲ προςασίαν τȣ̃ ἔθνȣς οἱ ἀρχιερεῖς πεπίςευντο. Ibid. l. 16. c. 11. p. 567.

v. 18.

Ἵνα εὐαγγελιζόμενος ἀδάπανον θήσω τὸ εὐαγγέλιον.

Τιθέναι hic ponitur pro ποιεῖν *facere*, quod frequens est *cum aliis adiectiuis.* Euripides in *Oreste* v. 1166. οἵπερ κἄμ' ἔθηκαν ἄθλιον, *qui etiam me miserum fecerunt.* Idem in *Ione* v. 562. μακάριόν γ' ἔθηκέ με, *beatum me fecit.* Plutarchus *discrim. adul. et am.* p. 70. Vt εὐκλεᾶ θήσει τὴν ἀκαδημίαν, *inclytam redderet academiam.*

Ἀδάπανον dicitur *gratuitum, quod gratis datur, quod nullis constat sumtibus.* Charillus rex apud Plutarchum in *apophth.* p. 189. *Interrogatus cur comam Spartani nutrirent, respondit:* ὅτι τῶν κόσμων ἀδαπανώτατος ȣ̃τός ἐςι, *quia omnium ornatuum hic minimo constat sumtu.*

v. 22.

Τοῖς πᾶσι γέγονα τὰ πάντα.

Propter omnes, in omnes me mutaui formas. Sic apud Achillem Tatium l. 5. p. 325. Clitophon dicit: τȣ́τοις ἐντυχὼν πάντα ἐγινόμην, ὁμȣ̃ ἀνεφλεγόμην, ὠχρίων, ἐθαύμαζον, ἠπίςȣν, ἔχαιρον, ἠχθόμην, *haec cum legerem,*

rem, *omnes induebam formas*, *amore incendebar*, *expallescebam*, *mirabar*, *incredulus eram*, *laetabar*, *contristabar*. Lucianus de *morte Peregr*. p. 757. Peregrinum dicit Protei instar Homerici mutatum esse, et addit, ἅπαντα γὰρ δόξης ἕνεκα γενόμενος, καὶ μυρίας τροπὰς τρεπόμενος, τὰ τελευταῖα ταῦτα καὶ πῦρ ἐγένετο, *nam cum omnia gloriae caussa factus esset*, *et infinitis mutationibus se transformasset*, *postremo ignis quoque factus est*. Asserit igitur apostolus se εὐτράπηλον fuisse bono sensu. De voce hac Chrysostomus dicit: εὐτράπηλος λέγεται ὁ ποικίλος, ὁ παντοδαπὸς, ὁ ἄστατος, ὁ εὔκολος, ὁ πάντα γενόμενος, *Dicitur* εὐτράπηλος, *qui varius est et multiplex*, *et instabilis et facilis et omnes formas induens*. Vide locum apud Elsnerum ad Eph. 5, 4. Idem significat locutio παντοῖος γίνεσθαι. Iosephus in *vita sua* p. 1019. παντοῖος μὲν οὖν ἐγενόμην πείθων αὐτοὺς φείσασθαι τῶν ἀνδρῶν, *omnes indui formas illis persuasurus*, *vt viris parcerent*. Lucianus in *Nigrino* p. 24.

v. 26.

Οὕτως τρέχω, ὡς οὐκ ἀδήλως· οὕτως πυκτεύω, ὡς οὐκ ἀέρα δέρων.

Quid sit ἀέρα δέρειν erudite illustrarunt multi, qui tamen fere omnes, ni fallor, id neglexerunt, quod mihi praecipuum esse videtur. Tribus modis *aërem verberare* poterant pugiles. 1) Quando exercitii gratia, sine aduersario cum vmbra brachiis et cruribus pugnabant, quod σκιαμαχία et σκιαμαχεῖν vocabatur. Segeti testimoniorum, ab aliis allatorum addo locum Plutarchi *placit. philos*. l. 4. c. 12. p. 900. vbi homines, qui phantastice sibi res exsistentes imaginantur, comparat, cum, σκιαμαχοῦντι καὶ κενὰς ἐπιφέροντι τὰς χεῖρας, *homine cum vmbris pugnante et manus in inane iactante*. Haec notio parum iuuat explicationem verborum Pauli. Sic enim Paulus diceret: *Ita pugno*, *vt non caream aduersario*. 2) Solebant interdum pugiles, cum aduersarium primis ictibus

vin-

vincere possent, artis ostentandae gratia, *in inane brachia iactare*, et aduersario parcere, vt illum sine vulneribus, sine ὑπωπίοις, ipsius certaminis longitudine, et aestus molestiis fatigarent, et victas dare manus cogerent, de qua re vide Fabri *Agonisticon* l. 1. c. 14. p. m. 46. et l. 3. c. 13. p. 278. Propiora haec sunt verbis Pauli. Sic sensus enascitur: *Non rem esse apostolo cum aduersario, qui parcendo vinci possit, sed cui potius omni vi infligendi sint ictus, qui sine ὑπωπίοις vinci non possit.* 3) *Aërem verberabant* pugiles, dum in ipso certamine cum aduersario agiliori et exercitatiori confligebant, qui ictus eorum apta corporis contractione, incuruatione, declinatione euitabat. Probat hoc insignis locus Philonis de *Cherubim* p. 121. vbi hominem prauis animi adfectibus atque vitiis resistere debere docet, quemadmodum pugil, aduersarii frustrari ictus nititur. Τὸ δὲ συμβέβηκεν ἀθλητῇ πυγμὴν ἢ παγκράτιον περὶ νίκης καὶ στεφάνων ἀγωνιζομένῳ. ἕτος μὲν ἂν τὰς ἐπιφερομένας πληγὰς ἑκατέρᾳ τῶν χειρῶν ἀποσείεται, καὶ τὸν αὐχένα περιάγων ὧδε κἀκεῖσε τὸ μὴ τυφθῆναι φυλάσσεται· πολλάκις δὲ καὶ δακτύλοις ποδῶν ἄκροις ἐπιβεβηκὼς πρὸς ὕψος αὑτὸν ἐξάρας ἢ στείλας καὶ συναγαγὼν ἔμπαλιν, κατὰ κενᾶ φέρειν τὰς χεῖρας τὸν ἀντίπαλον ἠνάγκασε, σκιαμαχίᾳ τινὶ παραπλησίον δρῶντα, *id vero accidit athletae, pugilatu aut pancratio de victoria et coronis certanti. Hic enim illatas plagas vtraque manu discutit, et ceruice huc illuc reducta ictus euitat; nonnumquam erectus in summos pedum digitos et attollens se aut contra submittens atque contrahens, aduersarium cogit, vt aërem manibus feriat, et aliquid τῇ σκιαμαχίᾳ simile committat.* Haec notio loco Paulino est aptissima. Dixerat paulo ante: se non currere ἀδήλως siue *dubio* et *incerto exitu*, sed ita, vt de obtinendo brabeo v. 24. satis conuictus sit. Huic igitur subiungit: *se pugilatu certare, conatibus non temerariis aut incertis; neque cum hoste, qui ictus hos declinare et effugere possit; sed pugnare se cum semetipso, et non minori cum effectu quam nisu, corpus suum* f. τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον *su-*

gillare atque subigere v. 27. Proxime ad hanc explicationem accedere video Lambertum Bos in *exercit.* ad h. l.

CAP. X. v. 7.

Ἐκάθισεν ὁ λαὸς φαγεῖν καὶ πιεῖν, καὶ ἀνέστησαν παίζειν.

Παίζειν h. l. Doctiss. Elsnerus atque Grotius aliique non satis recte vertunt: *saltare.* Neque etiam recte Elsnerus confert locum Iud. 16, 25. vbi Simson coecus *ludere* iubebatur, quod de *saltatione explicat.* Simson sane, *quum vno semper loco staret immobilis, saltare* non poterat, neque vt coecus saltationi satis aptus erat. Παίζειν verto *ludere*, quae multo latior est notio. Pertinet huc 1) *saltatio*, quam sub voce hac h. l. includi negare nequeo. Probat hoc locus Exod. 32, 19. vbi Moses in castra redux מחולת *tripudiationes* et *choreas* vidisse dicitur. 2) Huc spectant *cantiones* et *hymni*, qui a *saltantibus* canebantur. Vide Exod. 15, 20. 21. Eiusmodi cantilenas cantare, etiam שחק s. צחק Graece παίζειν dicebatur 1 Sam. 18, 6. 7. Et quod Israëlitae παίζοντες etiam hic iisdem vsi sint probant loci Exod. 32, 8. 17. 18. 3) His quoque iungi solebat *vsus organorum musicorum.* Vide Exod. 15, 20. 21. Iudic. 11, 34. 2 Sam. 6, 5. 21. ex quo vltimo loco patet, quod hunc instrumentorum vsum etiam צחק s. שחק, παίζειν vocauerint. Quod Israelitae παίζοντες etiam nostro loco his organis vsi sint, docetur Exod. 32, 17. 18. ibique inprimis voce רֵעָה. Graeci igitur παίζειν *ludere* vt vocem latiorem τῷ ὀρχήσασθαι s. χορεύειν addere solent, 1 Par. 15, 29. דויד מרקד ומשחק, Δαβὶδ ὀρχέμενον καὶ παίζοντα. Plutarchus de *virtut. mulier.* p. 249. Virginibus ex Chio narrat moris fuisse, *vt ad sacra publica* se congregarent, ibique παίζειν καὶ χορεύειν, *ludentes et choreas ducentes* conspicerentur. Idem *quaest. Rom.* p. 277. perhibet, libertum quendam Romae, quasi Diis rem sacram fecisset, magnum instituisse conuiuium, et ad illud tibicines quoque et mulieres inuitasse, et addit: καὶ παννυχὶς συνεκροτεῖτο παιζόντων καὶ χορευόντων, *sicque illi ludentes*

tes et saltantes peruigilium agebant. Quae testimonia simul probant, etiam gentilibus *sacras eiusmodi saltationes* solemnes fuisse, et ad τὸ παίζειν etiam *instrumenta musica* pertinere.

v. 25.

Πᾶν τὸ ἐν μακέλλῳ πωλέμενον ἐσθίετε.

Dicere potes, τὸ μάκελλον, et ὁ μάκελλος et ἡ μακέλλη, imo et τὸ μακέλειον, quae vltima vox occurrit apud Plutarchum in *amator.* p. 752. Μάκελλον explicat Plutarchus per κρεωπώλιον, *locus vbi carnes venduntur.* Hi vero *aedificia* erant, in hunc finem exstructa, vel *spatia* quaedam *in foro*, s. *fora carnaria.* Plutarchus *quaest. Rom.* p. 277. quaerit: διὰ τί τὰ κρεωπώλια μάκελλα καὶ μακέλλας καλᾶσι; *quare loca vbi carnes venduntur, macella siue macellas vocant?* Et respondet vel a μαγείροις *coquis* ortum esse nomen, vel a latrone quodam Macello, ex cuius, Romae supplicio tandem adfecti, pecunia δημόσιον κρεωπώλιον ibidem exstructum sit. Athenis *macellum* κύκλος vocabatur, de quo ita scholiastes Aristophanis ad *equites act. 1. scen. 1.* p. 295. ad vocem κυκλοβόρος: Ὁ δὲ κύκλος Ἀθήνησίν ἐςι καθάπερ μάκελλος, ἐκ τῆς κατασκευῆς τὴν προσηγορίαν λαβὼν, ἔνθα δὴ πιπράσκεται χωρὶς κρεῶν τὰ ἄλλα ὤνια, ἐξαιρέτως δὲ οἱ ἰχθύες. Κύκλον vero Athenis *partem fori* fuisse docebit Iul. Pollux l. 10. c. 2. qui *vtensilia* ibi vendita esse perhibet. Apud Corinthios *macellum* etiam locum fuisse, vbi praeter *carnes* res quoque aliae venales fuere, probabile reddit Iustinus, qui l. 21. c. 5. vitia Dionysii apud Corinthios exsulantis enarrans, illi moris fuisse dicit: *Risum libentius praebere, quam captare: in macello perstare; quod emere non poterat, oculis deuorare.*

CAP. XI. v. 5.

Ἓν γάρ ἐςι καὶ τὸ αὐτὸ τῇ ἐξυρημένῃ.

Verte: *Vnum enim idemque est, ac si rasa esset.* Proprie tamen ἓν καὶ τὸ αὐτὸ positum est, pro μία καὶ ἡ αὐ-

ἡ αὐτή, vti ταῦτα pro ἔτοι ſupra c. 10, 6. et c. 6, 11. vbi dicta vide. Ne phraſin hanc infra c. 12, 11. recurrentem in *latiniſmos* referas, addam exempla. Polybius l. 5. c. 104. p. 615. λέγοντες ἓν καὶ ταυτὸ πάντες, *omnes vnum idemque ſentientes*. Dionyſius Hal. *ant*. l. 1. p. 22. ἓν καὶ τὸ αὐτὸ ἔθνος εἶναι τὸ Τυῤῥηνικὸν καὶ τὸ Πελασγικὸν, *gentem Tyrrhenicam et Pelasgicam vnam eandemque eſſe*. Lucianus in *Zeuxid*. ſub *init*. πάντες ἓν καὶ τὸ αὐτὸ ἐπεσημαίνοντο, *omnes vnum idemque approbabant*. Idem in *abdicat*. p. 831. Ioſephus *ant*. in init. *prooemii*, οὐ μίαν οὐδὲ τὴν αὐτὴν - - αἰτίαν, *non vnam eandemque cauſſam*. Ibid. l. 2. c. 3. p. 41. Plutarchus de *virtut. mulier*. ſub init. μίαν εἶναι καὶ τὴν αὐτὴν ἀνδρός τε καὶ γυναικὸς ἀρετὴν, *vnam eſſe eandemque viri ac mulieris virtutem*. Idem de *orac. defect*. p. 433. Hippocrates phraſin inuertit in *epiſt*. ad *Cratenam* ſect. 8. p. 11. οὐ γὰρ ἡ αὐτὴ καὶ μία φύσις ἁπάντων, *non enim omnium vna eademque natura eſt*.

Raſa coma mulieribus apud veteres αἰσχύνη eſſe, et τὸ κάλλος *formam* exſtinguere credebatur. Hinc de Leucippe, quae vt ſerua detonſa erat apud Achillem Tatium l. 8. p. 471. Clitophon dicit: σεσύληται τῆς κεφαλῆς τὸ κάλλος, τὴν κουρὰν ὁρᾷς, *ſpoliata eſt capitis decore, quod tonſura oſtendit*. Proinde in luctu grauiori mulieres comam tondere ſolebant. Apud Euripidem in *Alceſt*. v. 426. cum Alceſtis pro marito ſuo Admeto mortem obiiſſet, Admetus dicit: Πένθος γυναικὸς τῆσδε κοινοῦσθαι λέγω, κουρᾷ ξυρήκει καὶ μελαμπέπλῳ στολῇ, *Iubeo communem eſſe luctum huius mulieris, raſa coma et nigra veſte*. Hinc fallax Helena cum ob mortem ſororis Clytaemneſtrae radi deberet, non niſi extremos reſecabat crines, ne pulchritudinis iacturam faceret. Dicit de eadem Electra apud eundem in *Oreſte* v. 128. εἴδετε παρ' ἄκρας ὡς ἀπέθρισεν τρίχας, σώζουσα κάλλος, ἐστὶ δὲ ἡ πάλαι γύνη, *videte quomodo praecidit extremos pilos, ſeruans formae dignitatem, et eſt tamen eadem mulier, quae fuit ante*.

v. 10.

v. 10.

Διὰ τῦτο ὀφείλει ἡ γυνὴ ἐξȣσίαν ἔχειν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς διὰ τὲς ἀγγέλȣς.

Vexatus eſt locus, qui tot exercuit ingenia. Licebit et mihi adferre ſymbolam, ſaluo meliori iudicio. Nexus vix patitur, vt verſum hunc de re alia prorſus, quam de *velamine capitis muliebri* intelligas. Tot igitur interpretes, in eo ſibi putarunt acquieſcendum eſſe, vt per ἐξȣσίαν *velamen* intelligerent. Quum vero vox haec nusquam alibi hoc ſenſu occurrat: paulo aliter calculos puto ſubducendos eſſe. Verte: *Propterea mulier poteſtati obnoxia eſt, ita vt velamen in capite habeat, propter angelos.* Poſt vocem ἐξȣσίαν comma pono, eamque cum verbo ὀφείλει conſtruendam eſſe iudico. Eleganter Latini aeque ac Graeci *debere* aliquem dicunt *id, cui is obnoxius eſt, ſ. ad quod perpetiendum obligatus eſt.* Sic *ludibrium debere* dixit Horatius. Dionyſius Hal. *ant.* l. 3. p. 205. καὶ πολλὴν ὀφείλοντες αἰσχύνην ἀπῆλθον ἐκ τῆς ἀγορᾶς, *magno obnoxii dedecori e foro diſceſſerunt.* Ὀφείλω σοὶ βλάβην, *iniuriae tuae ſum obnoxius*, ex Euripide citant Lexica. Sic ergo verba noſtra: γυνὴ ἐξȣσίαν ὀφείλει explico: *mulier obnoxia eſt ſ. ſubiecta eſt poteſtati.* Optime hoc per διὰ τῦτο cohaeret cum v. 9. *Ob id ipſum, quia mulier propter maritum creata eſt, eius quoque ſubiecta eſt dominio.* Sequentia: ἔχειν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς verto: *vt velamen in capite habeat.* Supple vocem κάλυμμα, quae eodem iure hic omitti potuit, ac in: κατὰ κεφαλῆς ἔχων v. 4. vbi ſimilia exempla adfert Lamb. Bos. *Vt velamen in capite habeat*, dicitur pro: *vt habere debeat. Fieri* ſaepe dicitur, *quod fieri debet* Gen. 34, 7. כן לא יעשה *ita fieri non debebat.* c. 20, 9. Quanquam nihil obſtat, vt ἔχειν explices, *de eo quod fiebat.* Corinthiae enim mulieres hunc morem adhuc obſeruaſſe videntur. Laudans enim Corinthios de hoc argumento agere incipit Apoſtolus.

v. 23.

v. 23.

Ἐγὼ γὰρ παρέλαβον ἀπὸ τοῦ κυρίου, ὃ καὶ παρέδωκα ὑμῖν.

Παραλαμβάνειν, notat, *accipere*, *percipere*, *discere*, παραδοῦναι, vero, *tradere*, *docere*, *enarrare*. Vtraque vox fine *hebraifmo* hic occurrit, et de rebus praecipue historicis, quae τῇ παραδόσει, vel ore vel fcriptis facta, ad pofteritatis notitiam perueniunt, adhiberi folet. Polybius *excerpt. Valef.* p. 34. ταύτην δὲ τὴν ἱστορίαν ἐγὼ παρέλαβον μὲν καὶ παρ' αὐτῶν Καρχηδονίων, *hanc ego hiftoriam ab ipfis Carthaginienfibus didici.* Dionyfius Hal. l. 1. p. 44. λέγω δὲ ἃ παρὰ τῶν ἐγχωρίων παρέλαβον, *dicam*, *quae ab incolis loci percepi.* Ibid. l. 2. p. 97. *Sicut de Manlio Torquato et multis aliis* παρειλήφαμεν, *traditum accepimus.* Παραδοῦναι habet Polybius l. 9. c. 2. p. 753. ἃ διὰ τῶν προγενεστέρων ἱκανῶς δεδήλωται καὶ παραδέδοται τοῖς ἐπιγιγνομένοις, *res*, *quas maiorum diligentia luculente expofuit*, *et pofteris tradidit.* Euripides in *Ione* v. 690. ἄτοπα μὲν παραδίδωσί μοι τῷ δήποτ' εὔφημα, *Infolita mihi quidem perhibet*, *huic vero aufpicata.* Dionyfius Hal. *ant.* l. 1. p. 2. τὰς παραδεδομένας ἐκ τοῦ παρεληλυθότος χρόνου πόλεών τε καὶ ἐθνῶν ἡγεμονίας, *prifca tam ciuitatum*, *quam gentium imperia*, *maiorum monumentis prodita.*

CAP. XII. v. 8.

Ἄλλῳ δὲ λόγος γνώσεως κατὰ τὸ αὐτὸ πνεῦμα.

Verba vltima verte: *per eundem fpiritum.* Nam fynonymicae funt, hae tres locutiones 1) διὰ τοῦ πνεύματος, 2) κατὰ τὸ πνεῦμα, 3) ἐν τῷ πνεύματι v. 9. quippe quae omnes fignificant, τὸ πνεῦμα ταῦτα πάντα ἐνεργεῖν v. 11. Eodem fenfu κατὰ occurrit 1 Petr. 4, 14. κατὰ μὲν αὐτοὺς βλασφημεῖται, κατὰ δὲ ὑμᾶς δοξάζεται, *per illos maledictis afficitur*, *per vos vero glorificatur.* 2 Cor. 11, 17. κατὰ κύριον *per Dominum.* Ifaeus *orat.* 10. ita incipit: *Propterea leges vobis recitavi*,

vi, ὅτι κατὰ τὸν πρῶτον αὐτῶν ἰσχυρίζεται, *quia per primam earum confirmatur*, *dimidium haereditatis ad puerum spectare.* Frequenter τὸ κατὰ vsurpant auctores *per Deum*, aliquid fieri significantes. Appianus *bell. Hisp.* p. 451. *Prioribus victoriis sese* κατὰ θεὸν οὐ κατὰ πλῆθος κρατῆσαι, *Dei ope non hominum multitudine potitos esse.* Idem *bell. ciu.* l. 4. p. 1022. πνεύματος δὲ πολλοῦ κατὰ θεὸν οὐρίου γενομένου, *vento prospero Dei ope exorto.* Apud Iosephum *ant.* l. 5. c. 10. p. 159. angelus Manoae pollicetur παιδὸς γονὴν κατὰ θεοῦ πρόνοιαν, *nasciturum illi filium per prouidentiam Dei.* Sic in libro de *flumin.* quem Plutarcho tribuunt, κατὰ θεῶν πρόνοιαν, *per voluntatem s. prouidentiam Deorum* saepe occurrit, vti p. 1151. bis. et 1153, 1161, 1163.

v. 23.

Τούτοις τιμὴν περισσοτέραν περιτίθεμεν.

Τιμὴν περιτιθέναι, est, *honorem exhibere*, *honore adficere.* Idem locutio notat, quod δοῦναι τιμὴν v. 24. Sic enim Esth. 1, 20. יתנו יקר LXX. interp. vertunt περιθήσουσι τιμήν. Phrasis haec a vestibus translata etiam apud profanos occurrit. Dionysius Hal. *ant.* l. 1. p. 62. narrat, Amulium Rheam inter vestales sub honesto praetextu adsciuisse, ὡς τιμὴν τῷ γένει καὶ κόσμον περιτιθείς, *quasi generi suo honorem et ornamenta addere vellet.* Auctore eodem l. 3. p. 160. lex a Romanis propter Horatios lata est, τιμὴν καὶ δόξαν ἀθάνατον τοῖς ἀνδράσιν ἐκείνοις περιτιθείς, *per quam viris illis honor et laus immortalis exhibetur.* Demosthenes *orat. amator.* p. 164. *Scias*, *alias orationes*, *si bonae sunt*, τοῖς εἰποῦσι δόξαν περιτιθέναι, *oratoribus esse gloriae.* Plutarchus *Alcibiade* p. 194. phrasin de *praemio militari vsurpat*, asserens quod duces, τῷ Ἀλκιβιάδῃ σπουδάζοντες ἐφαίνοντο περιθεῖναι τὴν δόξαν, *Alcibiadi honorem deferri aperte contenderint.*

v. 25.

v. 25.

Τῷ ὑστερῦντι περισσοτέραν δὺς τιμήν.

Διδόναι τιμὴν est, *honorem tribuere exhibere.* Hebraice יתנו יקר Esth. 1, 20. Dan. 5, 18. τὴν τιμὴν καὶ τὴν δόξαν ἔδωκε. Apocal. 4, 9. δώσυσι τὰ ζῶα δόξαν καὶ τιμήν. Caue tamen *hebraismum* subesse credas. Euripides in *Bacchis* v. 342. μεθ' ἡμῶν τῷ Θεῷ τιμὴν δίδυ, *nobiscum tribue honorem Deo.* Thucydides l. 5. p. 123. de honoribus, quos Amphipolitae Brasidae constituerint, dicit: ὡς ἥρωΐ τε ἐντέμνυσι, καὶ τιμὰς δεδώκασιν, *illi vt heroi sacra faciunt et honores tribuerunt.* Iosephus *ant.* l. 13. c. 8. p. 436. γέρα καὶ τιμὰς διδὺς *praemiis* ipsum *atque honore adficiens.*

Per membra, quae ἀτιμότερα putantur, *viscera, stomachum*, et *intestina* potissimum intelligenda esse, existimo. Haec sunt 1) ἀσθενέστερα, nullis quippe firmata ossibus, 2) sunt ἀναγκαῖα 3) putantur ἀτιμότερα et ἀσχήμονα partim ob suas quas continent sordes, partim quia in formandis illis magis vtilitati, quam decori atque pulchritudini natura prospexit. 4) *Maiorem* iis *honorem tribuit* Deus, qui in medio corpore, loco praecipuo et tutissimo illa locauit. Maiorem honorem his tribuunt homines, quorum singula fere membra pro ventre et visceribus laborant, et periclitantur. Nota est fabula de membris cum ventre litigantibus inuenta a Menenio apud Dionysium Hal. *ant.* l. 6. p. 407.

CAP. XIII. v. 7.

Πάντα στέγει, πάντα πιστεύει.

Verbum στέγειν *continere*, prima quadam notione vsurpatur de vasis, quae rimas non habent, neque perfluunt, adeoque quae infusa sunt, *continent.* Sic Plutarchus, *non suau. viui sec. Epic.* p. 1088. ἐκ πονηρῦ καὶ μὴ στέγοντος ἀγγείυ, *ex vase malo et non continenti.* Inde omnino petenda est metaphora in explicandis verbis

πάντα

πάντα στέγει. Lambert. Bos explicat: *omnia tacet, commissa celat.* Haec vero notio huic sedi non satis apta est. Elsnerus aliique vertunt: *omnia sustinet, tolerat.* Id vero paulo post per verba: *πάντα ὑπομένει* satis exprimitur, vt improbabile sit, idem bis dici, et has duas locutiones tautologicas a se inuicem diuelli. Sic quoque perquam incommode *πάντα στέγει* medium locum teneret, inter phrases *συγχαίρειν τῇ ἀληθείᾳ* et *πάντα πιστεύειν.* Duae subnatae mihi sunt interpretationes τοῦ *στέγειν*, quarum vnam hic locum habere persuasus sum. Animus humanus quatenus multas sibi insitas habet malas cupiditates et adfectus cum vase comparatur. Quatenus his homo imperat, eos coërcet, nec erumpere patitur, tunc ille *πάντα στέγει omnia continet* s. *ab omnibus abstinet.* Si vero homo prauis cupiditatibus indulget, tunc *perfluit.* Sic loquuntur auctores. Plutarchus ad *princip. indoct.* in fine. *Sicut inter vacua vasa non facile discernere possis, quod eorum integrum, quod sit vitiosum; vbi vero aliquid infuderis, statim apparet, quodnam perfluat,* οὕτως αἱ σαθραὶ ψυχαὶ τὰς ἐξουσίας μὴ στέγουσαι, ῥέουσιν ἔξω ταῖς ἐπιθυμίαις, ταῖς ὀργαῖς, ταῖς ἀλαζονείαις, ταῖς ἀπειροκαλίαις, *ita animae infusam potentiam non continentes, foras diffluunt cupiditatibus, iris, arrogantiis, ineptiis.* Similitudinem hanc paululum inflexit homo quidam, qui teste Platone in *Gorgia* apud Stobaeum *serm.* 120. p. 609. de ea animae parte, quae cupiditates continet, propter *τὸ ἀκόλαστον αὐτοῦ καὶ οὐ στέγανον incontinentem ipsius et perfluam indolem* dixit, *ὡς τετρημένος εἴη πίθος, eam dolium esse perforatum.* Sic *οὐ στέγειν ἔρωτα, amorem non continere* s. *non cohibere, non reprimere*, dicuntur, qui stimulis huius cupiditatis morem gerunt, quae phrasis ter occurrit in lib. de *fluuiis* Plutarchi nomen ferente p. 1149. 1150. 1152. Sic *πάντα στέγει* idem foret, ac *πάντα ἐγκρατεύεται* supra c. 9, 25. *ab omnibus abstinet.* Sicque *πάντα στέγει* veluti summam contineret eorum, quae v. 4, 5. commemorantur. *Abstinet* amor ab omnibus vitiis, quae virtutibus ibi lau-

datis opposita sunt. At aliam ego quidem praefero explicationem, qua verto: *Omnia capit.* Μὴ στέγειν aliquid *non capere* dicuntur ii, qui veritates, quae ipsis proponuntur, *non intelligunt*, aut iisdem *non assentiuntur.* Petita iterum est translatio a vase vel integro, vel perfluo. Euripides apud Plutarchum de *garrulit.* p. 502. sub init. πρὸς τὸν ἀσυνέτον ἀκροατὴν, *de auditore insipienti* dicit: οὐκ ἂν δυναίμην μὴ στέγοντα πιμπλάναι, σοφὰς ἐπαντλῶν ἀνδρὶ μὴ σοφῷ λόγους, *Non possum te capientem nihil implere, sapientia dicta infundens in fatuum virum.* Plato in *Gorgia* apud *Stobaeum serm.* 120. p. 609. τὴν δὲ ψυχὴν κοσκίνῳ ἀπείκασε τῶν ἀνοήτων, ὡς τετρημένην, ἅ τε οὐ δυναμένην στέγειν δι' ἀπιστίαν τε καὶ λήθην, *mentem insipientium cum cribro comparauit, veluti perforatam, vtpote quae ob incredulitatem obliuionemque continere non possit.* Sic πάντα στέγει, idem est ac πάντα δέχεται 1 Cor. 2, 14. Matth. 11, 14. Nexum igitur verborum Pauli hunc statuo. *Amor non laetatur* ἐπὶ τῇ ἀδικίᾳ *ob iniquitatem*, i. e. *ob calumnias et mendacia, quibus famae non merentium nocetur; Commune vero gaudium percipit*, ἐπὶ τῇ ἀληθείᾳ *ob cognitam et manifestatam veritatem de innocentia oppressorum;* πάντα στέγει, *omnia bene intelligit et facile recipit, quae actiones aliorum vel laudabiles reddunt vel excusabiles,* πάντα πιστεύει.

CAP. XIV. v. 2.

Οὐδεὶς γὰρ ἀκούει.

Ἀκούειν h. l. notat, *intelligere*, sine *hebraismo* tamen. Porphyrius de *abstinent. anim.* l. 3. p. 248. Ἄραβες μὲν κοράκων ἀκούουσι. Τυῤῥηνοὶ δ' ἀετῶν, *Arabes coruorum, Tyrrheni vero aquilarum vocem intelligunt.* Stobaeus *serm.* 23. p. 190. *Diogenes dixit, hominum aliquos opportuna loquentes* ἑαυτῶν οὐκ ἀκούειν, *se ipsos non intelligere, sicuti lyrae egregie resonantes non sentiunt.* Libanius

banius *epist.* 469. διὰ τὸ μὴ πάντα ἀκριβῶς ἀκȣ̃σαι τῶν περὶ τὸν νόσον, *eo quod non omnia, quae ad morbum illum pertinent, accurate intellexeris.* Vbi paulo post ἀκοὴ eodem sensu reperitur.

v. 7.

Ὅμως τὰ ἄφωνα φωνὴν διδόντα cet.

Ὅμως per *tamen* h. l. vertere sensus vix patitur. Aptius vertitur: *etiam, quin etiam, similiter.* Proinde Cel. Alberti pro ὅμως legendum censet ὁμῶς, mutato accentu; ὅμως putans vbique *tamen* significare. Obseruaui aliquot locos, vbi ὅμως paroxytonon *etiam, similiter* vertendum est. Plutarchus in *Antonio* p. 926. de triumuiro hoc dicit: Amor Cleopatrae, ἔτι χρηςὸν καὶ σωτήριον ὅμως ἀντεῖχεν, ἠφάνισε καὶ προσδιέφθειρεν, *si quid boni et virtutis etiam repugnaret, illud oppressit et corrupit.* Iosephus *ant.* l. 16. c. 9. p. 558. *At neque etiam illis idem adhuc erat corporis habitus,* κλαίȣσιν μὲν ὅμως, *etiam flentibus et oculos in terram defigentibus.* Nicolaus Damascenus *excerpt. Valesf.* p. 458. ὅπȣ γε κἀμοὶ λείπεταί τις ἐλπὶς ὅμως, *quando et mihi nonnihil spei etiamnum reliquum est.* Lysias *orat.* 18. p. 309. ἡγȣ̃ντο δὲ καὶ τὰ ἐκεῖ ὅμως σφίσιν εἶναι ἴσα, ὥσπερ καὶ τὰ ἐνθάδε, *putabant enim ea, quae ibi erant, similiter ipsis communia esse, sicuti quae hic.*

v. 16.

Ὁ ἀναπληρῶν τὸν τόπον τȣ̃ ἰδιώτȣ.

Qui implet locum idiotae i. e. *qui est idiota, qui est in statu atque conditione idiotae.* Voces enim, τόπος, χώρα, τάξις, saepe de *statu, conditione, munere* vsurpata leguntur. Iosephus *ant.* l. 16. c. 11. p. 568. πρῶτον παῤῥησίας τόπον ἐσχηκότας, *qui primum in familiaritate habuerant locum.* Ab eodem *bell. Iud.* l. 3. c. 3. p. 832. Antiochia vocatur vrbs, τρίτον ἀδηρίτως ἐπὶ τῆς ὑπὸ Ῥωμαίοις οἰκȣμένης ἔχȣσα τόπον, *tertium absque dubio inter omnes, quae in orbe Romano sunt, locum obtinens.*

Libanius *epist.* 239. p. 114. *βιῶν ἐν ἰδιώτȣ χώρᾳ, viuere in statu idiotae.* Apud Tacitum *annal.* l. 4. c. 38. Tiberius imperator de semetipso dicit: *satisque habere, si locum principem impleam.* Spartana mater apud Plutarchum *apophth. lacon.* p. 242. cum filius ipsius in acie cecidisset: *Sepelite hunc inquit, ἀναπληρωσάτω δὲ τὴν ἐκείνȣ τάξιν ὁ ἀδελφὸς, locum vero ipsius frater impleat.* Iosephus *bell. Iud.* l. 6. c. 10. p. 909. *ϛρατιώτȣ τάξιν ἀποπληρȣ͂ντα, militis officio fungentem.* Philo in *Flaccum* p. 979. *πρεσβευτȣ͂ τάξιν ἐκπλήσω, legati fungar officio.* Arrianus *Diss. Epict.* l. 3. c. 26. p. 364. *ȣ̉δ' ἐξεπλήρȣν τὴν χώραν τὴν πρέπȣσαν, non impleuerunt locum conuenientem* i. e. munere suo non bene functi sunt. Polybius *Excerpt. Vales.* p. 65. transitiue dicit: *τὰς μὲν τῶν φίλων χώρας ἀνεπλήρωσε, amicorum locos impleuit,* i. e. munera amicorum aliis imposuit.

V. 19.

Ἀλλ' ἐν ἐκκλησίᾳ θέλω πέντε λόγȣς διὰ τȣ͂ νοός μȣ λαλῆσαι, ἵνα καὶ ἄλλȣς κατηχήσω, ἢ μυρίȣς λόγȣς ἐν γλώσσῃ.

Zach. Pearcius in duabus epistolis partim contra Bentleium, partim de locis quibusdam N. T. Lond. 1721. in 4. editis p. 24. locum hunc corruptum esse credit. Illi *θέλω ἢ* pro *malo* ne Graecum quidem videtur, adeoque legendum censet *μᾶλλον ἢ μυρίȣς*, voce *μᾶλλον* ex v. 18. huc transferenda. At per ellipsin tantum deest *μᾶλλον*, quod etiam *ἀπὸ τȣ͂ κοινȣ͂* ex v. 18. huc referri nihil vetat. Ellipseos *τȣ͂ μᾶλλον* exempla dedi iam ad Matth. 18, 9, Addam hic quaedam huic loco magis accommodata. Iustinus Martyr *apol.* 2. *pro Christian.* p. 48. *θέλει γὰρ ὁ πατὴρ ὁ ȣ̉ράνιος τὴν μετάνοιαν τȣ͂ ἁμαρτωλȣ͂, ἢ τὴν κόλασιν αὐτȣ͂ mauult pater coelestis, poenitentiam peccatoris, quam poenam.* Plutarchus *apophth. lacon.* p. 216. *τȣ́τοις πειράσομαι ἢ ὑμῖν ἕπεσθαι, conabor his potius; quam vobis obsequi.* Lysias *orat.* 31. *funebr.* p. 515. *Θάνατον μετ'*

ἐλευθε-

ἐλευθερίας αἱρέμενοι, ἢ βίον μετὰ δουλείας, *cum libertate mori satius ducentes, quam viuere in seruitute.* Iosephus *ant.* l. 8. c. 3. p. 274. ἀγαπήσειν τὴν δουλείαν διὰ τὴν ἐπιείκειαν ἢ διὰ τὸν φόβον, *ipsis seruitutem cum clementia, magis placituram, quam cum timore.* Lib. de *Maccab.* quem eidem tribuunt c. 9. sub init. ἕτοιμοὶ ἐσμὲν ἀποθνήσκειν ἢ παραβαίνειν τὰς πατρίους ἡμῶν ἐντολάς, *mori malumus, quam patrias transgredi leges.*

CAP. XV. v. 2.

Δι᾽ οὗ καὶ σώζεσθε, τίνι λόγῳ εὐηγγελισάμην ὑμῖν εἰ κατέχετε, ἐκτὸς εἰ μὴ εἰκῇ ἐπιστεύσατε.

Sub duabus conditionibus Apostolus Corinthiis salutem per Euangelium obtinendam pollicetur, 1) si bene tenerent, quam ob caussam, ipse euangelium praedicaverit. 2) Nisi illi temere euangelium exceperint. Verba igitur **τίνι λόγῳ** verto: *quam ob caussam*, quo sensu eadem occurrunt Act. 10, 29. vbi dicta vide. Significatum hunc h. l. tenendum esse, suadet antithesis inter ἐπὶ λόγῳ *ob rationem quandam*, et εἰκῇ *temere* siue *absque ratione* credere. Simillima enim est relatio v. 14. inter κενὸν κήρυγμα et κενὴ πίστις, quae hic inter ἐπὶ λόγῳ τινὶ εὐαγγελίζεσθαι et οὐκ εἰκῇ πιστεύειν. *Caussa* vero et *ratio* annunciati per apostolos euangelii est *resurrectio Christi* v. 4 - 20. et quae hac nititur *piorum resurrectio* et *salus aeterna* v. 21 seq. Summa ergo praedicationis apostolorum esse solebat, ἐν τῷ Ἰησοῦ ἡ ἀνάστασις ἡ ἐκ νεκρῶν Act. 4, 2. item ὁ Ἰησοῦς καὶ ἡ ἀνάστασις Act. 17, 18. 32.

Ἐκτὸς εἰ μή, *nisi forte.* Reperitur locutio supra c. 14, 5. vbi *hebraismi* eam suspectam reddit Grotius, eamque cum חוץ אם לא comparat. Obseruaui tamen eandem, apud Lucianum praeter vnum locum, quem notauit Pfochenius §. 94. in decem aliis. Adscribam aliquot exempla, in quibus vti h. l. adhibetur, ad conditionem quandam s. limitationem absonam et a verisimilitu-

dine remotam subiungendam. *Dialog. Diog. et Herc.* p. 264. ἐκτὸς εἰ μὴ ὥσπερ ἱπποκένταυρός τις ἦτε, *nisi forte sicuti hippocentaurus aliquis estis, homo atque Deus in vnum concreti.* De *conscrib. histor.* p. 669. ἐκτὸς εἰ μή τις κομιδῆ ἀνόητος εἴη, *nisi forte aliquis ita sit amens, vt laudibus oblectetur, quarum in promtu est confutatio.* Pro *imagin.* p. 41. ἐκτὸς εἰ μὴ σὺ τοῦτο τὴν Ἀθηνᾶν ὑπείληφας, *nisi forte illud Mineruam esse putasti, quod effinxit Phidias.* De *luctu* p. 435. ἐκτὸς εἰ μὴ τὴν σποδὸν ἡμᾶς σιτεῖσθαι πεπιστεύκατε, *nisi forte creditis nos cinere vesci.* Locos reliquos vide pro *imagin.* p. 44. in *reuiuisc.* p. 389. de *conscrib. hist.* p. 677. et 693. in *tyrannicid.* p. 792. 793. Quid Moses Solanus ex Luciano hic commentatus sit, cum non in promtu sit Diss. ipsius de *stilo N. T.* ignoro.

v. 28.

Ἵνα ᾖ ὁ Θεὸς τὰ πάντα ἐν πᾶσιν.

Τὰ πάντα esse dicitur, cuius *summa* et *maxima* est *auctoritas, imperium et potestas, qui plurimum valet,* et e cuius omnia pendent arbitrio. Oppositae sunt locutiones μηδὲν s. οὐδὲν εἶναι, et εἶναί τι et εἶναι πάντα. Vide Act. 5, 36. 2 Cor. 12, 11. Gal. 2, 6. c. 6, 3. Sic Demosthenes pro *Corona* p. 319. οἱ μὲν κατάπτυστοι Θετταλοὶ καὶ ἀναίσθητοι Θηβαῖοι, φίλον, εὐεργέτην, σωτῆρα τὸν Φίλιππον ἡγοῦντο, πάντ' ἐκεῖνος ἦν αὐτοῖς, *Thessali nefarii et vaccordes Thebani, amicum, benefactorem, et seruatorem Philippum ducebant; is eis erat omnia.* Iosephus *ant.* l. 19. c. 2. p. 666. de maxima Chaereae post Caium occisum auctoritate dicit: καὶ τὰ πάντα ἦν ὁ Χαιρέας αὐτοῖς, *et omnia apud illos erat Chaereas.* Idem *bell. Iud.* l. 1. c. 17. p. 753. Πάντα γὰρ Ἀντίπατρος ἦν, καὶ τὸ πικρότατον Ἀλεξάνδρῳ, πάντα ἦν ἡ Ἀντιπάτρου μήτηρ, *omnia enim poterat Antipater, imo quod Alexandro acerbissimum erat, omnia Antipatri mater poterat. Lucianus in tyrannicid.* p. 786. καὶ πάντα ὁ παῖς ἦν αὐτῷ, καὶ ἐκείνῳ ἐπείθετο, *omnia apud eum filius poterat, huic obtemperabat.* Dionysius Hal.

ant.

ant. l. 8. p. 521. *Tui cauſſa vidua manſi, educationis labores pertuli,* ὁ μήτηρ μόνον, ἀλλὰ καὶ πατὴρ, καὶ ἀδελφὸς καὶ τροφὸς, καὶ ἀδελφὴ καὶ πάντα τὰ φίλτατα σοὶ γενομένη, *dum non ſolum mater, ſed et pater et frater, et nutrix et ſoror et cariſſima quaelibet tibi facta ſum.*

v. 31.

Καθ' ἡμέραν ἀποθνήσκω, νὴ τὴν ὑμετέραν καύχησιν, ἣν ἔχω ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν.

Quotidie morior, de *grauiſſimis calamitatibus* et *perpetuis vitae periculis,* quibus expoſitus erat apoſtolus, intelligendum eſt. Vide 2 Cor. 1, 8. 10 et c. 4, 11. 12. Simillime apud Philonem in Flaccum p. 990. Flaccus, qui mortem, veluti perpetuo ſibi imminentem metuebat, dicit: καθ' ἑκάστην ἡμέραν, μᾶλλον δὲ ὥραν προαποθνήσκω, πολλοὺς θανάτους ὑπομένων ἀνθ' ἑνὸς τοῦ τελευταίου, *qualibet die, imo potius qualibet hora iam morior, multas mortes ſuſtinens, ante vnam illam vltimam.* Libanius de ſuis et Antiochenorum miſeriis et mortis periculis *epiſt.* 1320. p. 615. ſcribit: ἔτι ζῶντες τεθνήκαμεν, *viuentes adhuc mortui ſumus.* In *teſtamento* 12. *patriarch.* p. 528. de Ioſepho Ruben dicit: *Deus patrum meorum eripuit illum,* ἀπὸ παντὸς ὁρατοῦ καὶ κεκρυμμένου θανάτου, *ab omni viſibili et abſcondita morte.*

Vocula iurandi et aſſeuerandi νὴ plerumque cum Δία, aliisque Deorum dearumue nominibus iuncta occurrere ſolet; ſimile tamen h. l. exemplum habet Arrianus *Diſſert. Epict.* l. 4. c. 1. p. 376. *Sic etiam Nicopolitae acclamare ſolent,* νὴ τὴν Καίσαρος τύχην ἐλεύθεροι ἐσμὲν, *per Caeſaris fortunam, liberi ſumus.*

Lectio ὑμετέραν καύχησιν, potior eſt, quam ἡμετέραν, ſiue ex argumentis externis ſiue internis rem diiudices. Si ἡμετέραν ſcripſiſſet apoſtolus, paulo poſt, *in plurali* addere debuiſſet ἣν ἔχομεν. Vide Bengelii *apparatum crit.* et *gnomonem* ad h. l. *Glorìatio veſtra* idem

 eſt,

est, ac *Gloriatio de vobis*, f. *propter vos*, i. e. propter prosperum et exoptatum vestrum vitae spiritualis statum. Denotat igitur ὑμετέραν *obiectum* τῆς καυχήσεως, qui vsus possessiuorum non insolens est. Thucydides l. 1. p. 9. καὶ ἐκ αἰσθάνεται, τὲς Λακεδαιμονίες φόβῳ τῷ ὑμετέρῳ πολεμησείοντας, *et non animaduertit*, *Lacedaemonios ex metu propter vos bellum moliri*. Dionysius Hal. *ant.* l. 8. p. 501. Carendum tibi erit, γαμετῆς σώφρονος, ἡ διὰ τὸν σὸν πόθον, ἐν ἐρημίᾳ καὶ χηρείᾳ κάθηται, *pudica coniuge, quae ob tui desiderium in viduitate sola sedet*. Apud Iosephum *ant.* l. 1. c. 4. p. 10. de hominibus diluvio exstinctis Deus dixisse fertur: ἐξύβριζον εἰς τὴν ἐμὴν εὐσέβειαν καὶ ἀρετὴν, *violarunt mihi debitam pietatem et virtutem*. Ibid. c. 7. p. 15. τὸ ἀῤῥάνε πένθος, *luctus propter Haranem*.

v. 49.

Καὶ καθὼς ἐφορέσαμεν τὴν εἰκόνα τῦ χοϊκῦ.

Imaginem alicuius *ferre* significat, *similem alicui esse, ad similitudinem ipsius veluti effictum esse.* Adhibetur locutio proprie de statuis, picturis, aliisue rebus, quae ad archetypon aliquod formatae, illud *repraesentant*. Sic Dio Cassius *excerpt. Valef.* p. 746. de Caracalla in memoriam occisi fratris saeuiente, dicit: καὶ τοῖς τὰς εἰκόνας αὐτῦ βαςάσασι λίθοις ὠργίζετο, καὶ τὸ νόμισμα προφέρων αὐτὸν συνεχώνευσε, *etiam lapidibus, quae imagines ipsius referebant, succensebat, et monetam, quae illum repraesentabat, conflauit.* Themistius *orat.* 8. *quinquennal.* p. 118. πίνακα εὐθὺς ἐξαλείφειν, εἰ μηδὲν φέροι τῦ παραδείγματος, *picturam protinus delere, si nihil exemplaris sui repraesentet.* Paulo post improprie dicit: ἄρχων μὴ φέρων τὸν σὸν χαρακτῆρα, *praefectus, qui formam tuam non refert.* A Nonno ad Iohan. 11, 38. lapis, quo sepulchrum Lazari tegebatur, vocatur, λίθος ἀντιτύποιο φέρων μίμημα θυρέτρε, *lapis adumbratam ianuae similitudinem referens.*

CAP.

CAP. XVI. v. 9.

Θύρα γάρ μοι ἀνέῳγε μεγάλη καὶ ἐνεργής.

Verbum ἀνέῳγε neutraliter acceptum in *Soloecismis* ponitur apud Lucianum in *Soloecista* p. 984. et a Phrynicho. Vsus tamen est illo ipse Lucianus satis crebro. Sic *dial. Merc. et Charont.* p. 224. τοῦ σκαφιδίου τὰ ἀνεῳγότα, *nauigii rimas.* Alios Luciani locos dabit Schwarzius in Lexico N. T. Sic et Arrianus in *Tacticis* p. 78. κράνη - - ἀνεῳγότα κατὰ τοὺς ὀφθαλμοὺς, *galeae circa oculos patentes.* Strabo l. 5. p. 357. ἀνέῳγε τ᾽ ἐντεῦθεν σπήλαια ὑπερμεγέθη, *atque inde ingentes aperiuntur speluncae.* Iosephus l. 6, c. 14. p. 199. σπήλαιον βαθὺ καὶ κοῖλον εἰς πολὺ καὶ μῆκος ἀνεῳγὸς καὶ πλάτος, *spelunca profunda et caua longitudine et latitudine late patens.* Plutarchus *quaest. Rom.* p. 283. de ianua aedium tribunorum plebis dicit, νύκτωρ ἀνέῳγε καὶ μεθ᾽ ἡμέραν, *nocte dieque patet.* Idem de *fortun. Rom.* p. 322. de templo Iani dicit: ἀνέῳγε μὲν γὰρ ὅταν ᾖ πόλεμος, *belli tempore patet.* Idem de *animi tranq.* p. 477. ἀνεῳγόσι τοῖς ὄμμασι, *oculis apertis.* Idem *Sympos.* l. 6. qu. 7. p. 893. de domo dicit: τί δὲ ἀνέῳγε τοῦ περιέχοντος; *cur aërem versus patet?* Idem in *Cimone* p. 489.

Per *apertam ianuam* apostolus *datam sibi insignem occasionem* intelligit, *euangelium cum fructu annunciandi.* Sic phrasin vsurpat Arrianus *Dissert. Epict.* l. 1. c. 9. p. 109. *Cum hodie pasti fueritis, sedetis plorantes, quidnam cras sitis esuri. Mancipium, si habueris, habebis, si non habueris, excedes e vita,* ἤνοικται ἡ θύρα, *aperta est ianua.* Plutarchus in *sympos.* l. 5. qu. 2. p. 674. ὥσπερ πύλης ἀνοιχθείσης, *quasi aperta ianua, iam non resisti potuit, confertim irrumpentibus omnis generis auditionibus.* Ἐνεργὴς verte, *ad agendum apta.* Sic a Polybio l. 2. c. 65. p. 210. παράταξις ἐνεργὴς *acies ad agendum apta* vocatur, quae, vti idem paulo ante dicit, apta erat πρὸς ἐπίθεσιν.

v. 15. 16.

Παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς ἀδελφοί· οἴδατε τὴν οἰκίαν Στεφανᾶ, ὅτι ἐςὶν ἀπαρχὴ τῆς Ἀχαΐας, καὶ εἰς διακονίαν τοῖς ἁγίοις ἔταξαν ἑαυτούς· ἵνα καὶ ὑμεῖς ὑποτάσσησθε τοῖς τοιούτοις καὶ παντὶ τῷ συνεργοῦντι καὶ κοπιῶντι.

Haud obſcurum eſt, *παρακαλῶ* cum *ἵνα* v. 16. conſtrui debere, adeoque poſt *ἀδελφοὶ* verba reliqua vsque ad *ἑαυτοὺς* parentheſi includenda eſſe.

Τάσσειν notat, *iubere*, *iniungere*, vti Matth. 28, 16. *οὗ ἐτάξατο αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς*. In *teſtam.* 12. *patriarch.* p. 662. Naphthali de ſemetipſo dicit: *Quia pedibus leuis eram vt ceruus*, *ἔταξέ με ὁ πατήρ μου Ἰακὼβ εἰς πᾶσαν ἀποςολὴν καὶ ἀγγελίαν*, *pater meus Iacobus quamlibet miſſionem et annuntiationem mihi iniunxit.* Sic ergo in verbis *εἰς διακονίαν τοῖς ἁγίοις ἔταξαν ἑαυτοὺς*, *in miniſterium ſanctis ſeſe addixerunt*, latet notio illos eiusmodi amoris officia ſibimetipſis iniunxiſſe, eaque ſponte nemine iubente aut impellente, ſuscepiſſe. Sic Demoſthenes de *Cherſonneſ.* p. 43. *οὐδ' ἐφ' ἑνὶ τούτων πώποτ' ἐμαυτὸν ἔταξα οὐ καὶ προήχθην, οὔθ' ὑπὸ κέρδους, οὔθ' ὑπὸ φιλοτιμίας*, *numquam aut ſponte alicui rei ex his me addixi*, *aut ſpe lucri aut ambitione ſum impulſus.* Idem de *falſ. legat.* p. 241. *ἑαυτὸν τάξας τῶν ἀπιςούντων εἶναι Φιλίππῳ*, *cum ex eorum numero eſſe voluerit*, *qui Philippo diffidebant.* Plutarchus de *frat. amor.* p. 486. *ἐπὶ τὸ ςρατηγεῖν καὶ οἰκουρεῖν ἔταττον αὑτοὺς exercitui ducendo et rei familiari adminiſtrandae ſe addixerunt.* Idem *reipubl. Ger. praec.* p. 812. *ἐπὶ τὰ χρήματα τάξας ἑαυτὸν*, *adminiſtrationem pecuniae amplexus*, Themiſtius *orat.* 18. *de Theodoſii audiendi cupid.* p. 219. dicit, illum a philoſophia, *εἰσπράττεσθαι τὸ ἔργον, ἐφ' ᾧ ἔταξεν ἑαυτήν*, *opus illud exigere*, *cui illa ſponte ſeſe addixerit.*

Cel.

Cel. Elsnerus διακονίαν hic de eo intelligit, *quod ſanctorum inopiam ſuis opibus ſubleuauerint.* At haec notio h. l. nimis anguſta, locum habere nequit, cum in verbis καὶ ὑμεῖς ὑποτάσσησθε vocula καὶ ſatis oſtendat, phraſes aequipollentes fere eſſe, ἑαυτὸν εἰς διακονίαν τάσσειν et ἑαυτὸν ὑποτάσσειν. Puto igitur per διακονίαν quaelibet *amoris obſequioſiſſimi officia erga ſanctos et beneficentiam* ſignificari. Per τοῖς ἁγίοις h. l. nemo facile intellexerit τοὺς ἁγίους v. 1. nominatos, ſ. Sanctos Hieroſolymitanos; at neque *Corinthios ipſos*, tunc enim pro τοῖς ἁγίοις apoſtolus dixiſſet: ὑμῖν. Fuerunt ergo, vt puto, *hi ſancti*, quibus inſeruiit domus Stephani, praeſertim *peregrinantes*, ab hac Stephani familia hoſpitio excepti, et beneficiis adfecti.

Ἵνα καὶ ὑμεῖς ὑποτάσσησθε τοῖς τοιούτοις, verto: *vt etiam vos obſequioſi ſitis erga tales.* Nam ὑποτάσσεσθαι non ſemper ſtrictiori ſenſu *obedientiam* notat, ſed et *obſequium* et *ad praeſtanda amoris officia alacritatem* vti Eph. 5, 21. 1 Petr. 5, 5. Verba: τοῖς τοιούτοις non refero ad domum Stephani, ſic enim τούτοις potius ſcripſiſſet apoſtolus, ſed ad verba τοῖς ἁγίοις. Beneficentiam et inſeruiendi ſtudium, erga ſanctos, cui domus Stephani ſe addixerant, vt exemplum ad imitandum reliquis proponit Apoſtolus, vt ſimiliter *ſanctis*, inprimis παντὶ συνεργοῦντι καὶ κοπιῶντι i. e. euangelii praeconibus, quales Timotheus (v. 10) et Apollo (v. 12.) erant, ad illos venientibus inſeruire et obſecundare ſtuderent.

EPI-

EPISTOLA II.

AD CORINTHIOS.

CAP. I. v. 9.

Ἀλλ' αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς τὸ ἀπόκριμα τοῦ θανάτου ἐσχήκαμεν.

Verte: *Imo ipsi in nobismetipsis sententiam mortis habuimus*. Per ἀπόκριμα enim omnino: *sententia*, *responsum*, *decretum*, intelligitur. Occurrit vocabulum, quod e profanis nondum produxerunt alii, apud Iosephum *ant.* l. 14. c. 17. p. 487. vbi in decreto C. Caesaris pro Iudaeis dicitur: *καὶ τὰ ἀποκρίματα αὐτοῖς ἀποδιδῶσιν, ἐν ἡμέραις ι ταῖς ἁπάσαις, ἂν τὸ δόγμα γένηται*, et *responsa illis intra decem dies reddantur, si quid senatus decreuerit*. Vbi *decreta* senatus, Iudaeis publicata *ἀποκρίματα* vocantur.

Ἐν *ἑαυτοῖς* habuisse se dicit *decretum mortis*, quod opponitur sententiae mortis neque a Deo, neque a magistratibus in ipsos latae; vt indicet, *sese mortem quasi iam certam formidasse, quum nondum a magistratibus capitis damnati, neque a Deo morti destinati fuerint*.

V. 11.

Συνυπουργούντων καὶ ὑμῶν ὑπὲρ ἡμῶν τῇ δεήσει, ἵνα ἐκ πολλῶν προσώπων τὸ εἰς ἡμᾶς χάρισμα διὰ πολλῶν εὐχαριστηθῇ ὑπὲρ ὑμῶν.

Συνυπουργεῖν notat, *adiuuare*, *opem ferre*. Sic ὑπουργεῖν vsurpat Iosephus *ant.* l. 2. c. 5. p. 54. *καὶ γονεῖς ὄντες αὐτοὶ πρὸς τὴν ἀπώλειαν ὑπούργουν τῶν γενομένων*, *quod cum parentes illi essent, ipsi ad perniciem natorum adiutores esse deberent*.

Phrasin

Phrasin ἐκ πολλῶν προσώπων vix sine ratione *hebraismi* habita explicari posse, in *Curis* ad h. l. existimat Doctiss. Wolfius cum aliis. Ipse per πρόσωπα satis recte *personas* intelligit. At frequens est Graecis haec notio. Iosephus *bell. Iud.* l. 1. c. 11. p. 731. Herodem dicit in Idumaeam auffugisse, μετὰ τῶν οἰκειωτάτων προσώπων, *cum personis sibi propinquissimis*. Ibid. l. 6. c. 13. p. 914. idem τρισὶ τοῖς ἡδίςοις προσώποις, *tribus personis sibi carissimis*, gratificatus tribus turribus earum dabat nomina. Ibid. l. 1. c. 18. p. 763. Herodi πολυπρόσωπος γενεὰ *familia multis constans personis* tribuitur, quam ibid. l. 2. c. 4. p. 778. Augustus auxilio putabat indigere propter, τὸ πλῆθος τῶν προσώπων. Quum vero πρόσωπον proprie *personam* notet, *quae ad aliquid in theatro repraesentandum apta est*: hinc fit, vt translate voce hac cum emphasi significetur: *persona negotio cuidam gerendo apta*. Dionysius Hal. *ant.* l. 11. p. 715. *Numitoriam negotium, quod silentio opus haberet*, καὶ δι' ἑνὸς ὑπηρετηθῆναι προσώπε δυνάμενον, *et vnius personae ministerio posset effici, non fuisse facturam palam coram liberis testibus*. Polybius *excerpt. Vales.* p. 66. τῷ δὲ μηδὲν ἔχειν πρόσωπον ἀξιόχρεον τὸ προςησόμενον, *cum idoneus vir praeesset, quem ducem sequi possent*. Diodorus Siculus *excerpt. Vales.* p. 334. πάνυ γὰρ εὐφυὲς ἐγένετο καὶ τἔτο τὸ πρόσωπον, *maxime enim apta erat haec persona, ad crudelitatem et nequitiam plus quam muliebrem*. Hoc sensu apostolus dicit: Corinthios pro vita ipsius deprecatores fuisse, vt *personae* ipsi fierent, eo *aptiores* et *deuinctiores*, ad *beneficium*, propter quod supplicauerant, *impetratum*, *extollendum*, *gratiasque pro eo agendas*. At ne hoc quidem satis est. Ἀγῶνες, *certamina*, *ludi* veterum πολλὰ πρόσωπα requirebant, ad finem quendam communem obtinendum συνυπεργἕντα; *opem ferentia*. Lucianus in *Nigrino* p. 34. *fabulam quae multis agitur personis* πολυπρόσωπον δρᾶμα vocat. Iosephus *ant.* l. 16. c. 6. p. 555. filios Mariamnes dicit a multis iam instigante Antipatro apud Herodem accusatos esse, καὶ τἔτων

τέτων πολυπροσώπως καὶ πιςῶς ἀλλήλοις συναγωνιζομένων, *ita vt horum plures et fideliter sibi inuicem socii essent.* Sanctorum προσευχαὶ καὶ εὐχαριςίαι stilo scripturae sunt ἀγῶν Col 2, 1. Adesse debent in hoc *certamine* συναγωνιζόμενοι ἐν ταῖς προσευχαῖς Rom. 15, 30. En ergo h. l. quid prosint πολλὰ πρόσωπα συνυπεργῦντα τῇ δεήσει καὶ εἰς εὐχαριςίαν.

V. 15.

Ἐβελόμην πρὸς ὑμᾶς ἐλθεῖν πρότερον, ἵνα δευτέραν χάριν ἔχητε.

Per χάριν hic nonnulli *gratiam* diuinam intelligunt, quod ab h. l. alienum est; alii *beneficium*, quod aptius est. Aptissimum vero est, vt per χάριν intelligas χαρὰν, *gaudium, voluptatem*, quae interpretatio satis antiqua est, sed antiquata. Palam hoc fit e vers. 24. vbi apostolus dicit, se aliquid ad τὴν χαρὰν Corinthiorum conferre voluisse, et ex c. 2. 1, 2. vbi asserit, se noluisse illis aduentu suo λύπην *moerorem* adferre. Χάρις descendit a χαίρειν vti *gratia* apud Latinos, ab eo quod *gratum* est. Habes vocem epist. ad Philem. v. 7. vbi tamen notionis huius raritas variantem peperit lectionem. Sic Plutarchus de *flumin.* de Nilo p. 1159. τὴν λύπην πρὸς καιρὸν ὑπερέθετο, καὶ προσποιητὴν χάριν σκεψαμένη, *moerorem ad tempus deposuit, laetitiam quandam mentita.* Polybius l. 5. c. 77. p. 586. de vrbibus quibusdam ab Attalo receptis dicit: ὧν αἱ μὲν πλείες ἐθελοντὶ αὐτῷ προσέθεντο καὶ μετὰ χάριτος, *quarum pleraeque sponte et cum gaudio ei se adiunxerunt.* Idem l. 2. c. 22. p. 153. ἐθελοντὶ καὶ μετὰ χάριτος παραδόντες τὴν πόλιν, *vrbem sponte et cum gaudio tradentes.* Euripides in *Ione* v. 645. ἴση γὰρ ἡ χάρις, μεγάλοισι χαίρειν, σμικρά θ' ἡδέως ἔχειν, *aequalis enim est voluptas, magnis laetari, et paruis iucunde frui.* Idem in *Hippolyto* v. 1408. ὄλωλα τέκνον, ὐδέ μοι χάρις βίυ, *perii fili, nec vlla mihi voluptas est vitae.*

v. 22.

Ὁ καὶ σφραγισάμενος ἡμᾶς, καὶ δοὺς τὸν ἀῤῥαβῶνα τοῦ πνεύματος ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν.

Docte de *arrhabone* egit Stephanus le Moyne in notis ad *Varia ſacra* p. 466 - 480. e quo multa excerpſit Wolfius in *Curis* ad Eph. 1, 14. quum vero doctiſſ. le Moyne non niſi ex ſcriptoribus latinis et grammaticis graecis hauſerit: ſupereſt ſpicilegium ex ſcriptoribus graecis. Ἀῤῥαβὼν 1) notat *arrham*, quae eſt *pars pretii*, qua data emtio quaedam rata redditur et quae ſolutione totius pretii complenda eſt. Inſignis eſt hac de re locus Theophraſti apud Stobaeum, *ſerm.* 42. p. 281. 282. qui tamen longior eſt, quam vt totus exſcribi poſſit. Dicit: κυρία δὲ ἡ ὠνὴ καὶ ἡ πρᾶσις, εἰς μὲν κτῆσιν, ὅταν ἡ τιμὴ δοθῇ, - - εἰς δὲ τὴν παράδοσιν, καὶ εἰς αὐτὸ τὸ πωλεῖν ὅταν ἀῤῥαβῶνα λάβῃ, *Rata eſt emtio et venditio ad poſſidendum, cum pretium fuerit datum - - ad traditionem vero ipſamque venditionem, cum venditor arrham acceperit.* Paulo poſt: *Sunt et, qui conſtituant*, τὸν ἀῤῥαβῶνα πόσον δεῖ διδόναι, *quanta eſſe debeat arrha ad pretii magnitudinis proportionem.* Et p. 282. πολλαπλασία γὰρ ἡ τιμὴ τοῦ ἀῤῥαβῶνος, *pretium enim arrham multoties excedit.* Vide ibid. reliqua. Iſaeus *orat.* 7. p. 513. *Conuenit inter nos vt rerum quas emerat*, τιμὴν, ἀπολαβεῖν, ὧν δὲ ἀῤῥαβῶνα ἔφασκε δεδωκέναι, συστῆσαι τοὺς λαβόντας, *pretium reciperet, et pro rebus, quarum ſe arrham dediſſe dicebat,* (pretium) *accepturos ſiſteret.* 2) *Arrhabo* indicat *pignus*, quod datur, vt is, qui id accipit, certus reddatur, eum qui pignus dedit, promiſſis ſuis ſtaturum eſſe. Sic Antiphanes ſ. Antiphon apud Stobaeum *ſerm.* 59. p. 382. dicit: ἡμεῖς δ' ἔχοντες ἀῤῥαβῶνα τὴν τέχνην, τοῦ ζῆν, ἀεὶ πεινῶμεν ἐπὶ ταῖς ἐλπίσιν, *nos vero artem habentes pro pignore viuendi ſemper ſperantes eſurimus.* 3) Arrhabo notat *donum* ſ. *pignus*, quod non eum obligat et obnoxium reddit, qui pignus dat, ſed qui *pignus* accipit; ita vt is, qui pignus accipit, compenſationis gratia ad aliquid agen-

dum

dum f. fustinendum deuinciatur. Confirmabo hanc notionem, de qua filent alii. Apud Athenaeum l. 13. c. 7. p. 596. poëta quidam de tritico, quod Harpalus Glycerae meretricis impulfu Athenienfibus donauerat, fcribit: ἐςὶν δ' ἴσως αὐτοῖσιν ὀλέθρε Κὐχ ἑταίρας ἀῤῥαβών, *erit hoc eis forfitan pignus exitii non meretricis.* Apud Diogenem Laërt. l. 2. c. 12. §. 6. Stilponi caricam dat Crates, vt pro ea veluti mercede quaeftionem quandam folueret; is carica deuorata, quaeftionem non foluit, et Crateti indignanti refpondet, illum non folum caricam perdidiffe, fed et quaeftionem, ἧ ἦν ἀῤῥαβὼν ἡ ἰσχάς, *cuius pignus fuerit carica.* Plutarchus de *amore prol.* p. 495. in parentibus vituperat, quod hi liberorum generationem et educationem fpectent vt ἀῤῥαβῶνας ἐπὶ χρείαις διδομένυς, *pignora proprii commodi cauffa data.* Apud *eundem in Galba* p. 1060. Tigellinus a populo ad fupplicium poftulatus necem effugiffe dicitur, προειληφὼς ἀῤῥαβῶσι μεγάλοις τὸν 'Οβίνιον, *quoniam T. Iunium magnis muneribus occupauerat.* Vbi in fequentibus dona recenfentur, quibus Tigellinus Iunium ad patrocinium fui fufcipiendum fibi deuinxerat. Credentes habent ἀῤῥαβῶνα τῦ πνεύματος *Spiritum S. vt arrhabonem,* ita vt, fi fatis hoc exhaurire velis, omnes notiones vocis ἀῤῥαβὼν coniungendae fint. Spiritus S. eft *pignus,* datum nempe propter τὰς ἐπαγγελίας v. 20. vt de eorum impletione eo certior fiat animus. *Pignus redditur,* fi factum eft id, propter quod datum eft. Spiritus Sancti quoque *dona quaedam* fuo fenfu ceffant, poft hanc vitam 1 Cor. 13 8 13. Rom. 8, 24. Spiritus S. eft *arrha;* is enim *cum donis fuis* iam eft pars τῆς τιμῆς, fiue beatitudinis aeternae per Chriftum obtinendae. Vide Eph. 1, 14. Tandem Spiritus S. eft, *donum f. pignus,* quod fideles Deo in aeternum diuincit, eosque promtos reddit et alacres ad perpetuam in cultu eius perfeuerantiam, imo ad omnia Dei cauffa facienda et fuftinenda. Ad hanc notionem h. l. applicandam, me mouet βεβαίωσις v. 21. et σφραγισμὸς, v. 22. prius innuit, arctiorem cum Chrifto vt fundamento con-

iunctionem

iunctionem et nexum firmiorem Col. 2, 7. Σφραγισμὸς, *obsignatio* a veteribus fieri solebat in rebus quam plurimis, quarum possessionem et integritatem sibi certam esse volebant. Sic conclauia in quibus virgines et vxores degebant, *obsignari* et *obserari solebant*. Aristophanes in *Thesmophor.* p. 787. ταῖς γυναικωνίτισιν σφραγῖδας ἐπιβάλλουσιν ἤδη καὶ μοχλοὺς, *cubiculis mulierum sigilla iam imprimunt et pessulos iniiciunt*. Quintus Cicero in *epistolis Ciceronis ad famil.* l. 16. *epist.* 26. *Sicut olim matrem nostram facere memini, quae lagenas etiam inanes obsignabat, ne dicerentur inanes aliquae fuisse, quae furtim essent exsiccatae*. Plinius *hist. nat.* l. 33. c. 1. *Quae fuit illa priscorum vita, qualis innocentia, in qua nihil signabatur? At nunc cibi quoque ac potus vindicantur annulo a rapina*. Confer Matth. 27, 66. Rom. 15, 28. Hoc sensu credentes *obsignati* sunt per Spiritum S. Eph. 1, 13. c. 4, 30. vt a nemine e manu Dei eripi possint. Sic ergo etiam per τὸν ἀῤῥαβῶνα non minus credentes Deo, *vt serui eius et peculium* obstringuntur, quam Deus illis ad exsolvendam promissionum suarum fidem obstringitur.

CAP. II. v. 7.

Μήπως τῇ περισσοτέρᾳ λύπῃ καταποθῇ ὁ τοιοῦτος.

Καταπίνειν *deuorare*, de cibis frequentius, quam de potu adhibetur. Sic Diabolus 1 Petr. 5, 8. quaerit, τίνα καταπίῃ, *quem deuoret*. De Saturno filios deuorante Hesiodus in *Theogon.* v. 459. καὶ τοὺς μὲν κατέπινε Κρόνος μέγας, *et hos quidem deuorabat Saturnus magnus*. Vid. ibid. v. 497. Eodem verbo in eadem re vtitur Apollodorus *biblioth. Deor.* l. 1. p. 3. Ita vero Graeci *moerorem* dicunt *cor edere et deuorare*. Homerus *Odyss.* ι. v. 75. ὁμοῦ καμάτῳ τε καὶ ἄλγεσι θυμὸν ἔδοντες, *labore et doloribus animum rodentes*. Aristophanes in *Vespis* p. 448. ἀνίστασο μηδ' οὕτω σαυτὸν ἔσθιε, *surge et non adeo te ipsum deuora*. Apud Philonem in *Flaccum* p. 989. Flaccus vocatur ταῖς ἐναύλοις μνήμαις τῶν κακοπραγιῶν δια-

κναιόμενος καὶ διεσθιόμενος τὴν ψυχὴν, *inhaerenti calamitatum memoria cor suum arrodens et deuorans.* Magis tamen intendit significatum praepos. *κατά*. Sic Libanius *epist.* 259. p. 159. *Veniae potius faciendae nunc tempus est, quandoquidem reus facinus ne negat quidem, καὶ κατεσθίοντος ἀντ' ἐκείνων αὐτὸν, sed potius se ipsum propterea deuorat.* De Amnone sororem Thamarem depereunte, et propterea valetudinis damnum passo, Iosephus *ant.* l. 7. c. 7. p. 226. *καὶ τότε σῶμα τῆς ὀδύνης αὐτὸν κατεσθιούσης κατισχναίνετο, καὶ τὴν χρόαν μετέβαλεν, et corpus dolore illum deuorante emaciabatur et colorem mutabat.* Quando igitur Paulus seueriori censurae contra hominem incestus reum temperandum esse dicit, ne *moerore deuoretur*, sensus est: *ne nimio moerori succumbat*, et aut vitae suae noceat, aut plane desperet et a fide desciscens salutis aeternae faciat iacturam, sic enim *πλεονέκτημα victoriam* quandam obtinuisset Satanas, v. 10.

v. 12.

Τῷ μὴ εὑρεῖν με Τίτον τὸν ἀδελφόν μου.

Quod non inuenirem Titum fratrem meum. Non infrequens est haec constructio. Polybius l. 10. c. 36. p. 850. *Ne Scipio quidem vtile fore iudicauit, vt fugientes et vestigio persequeretur, τῷ δεδιέναι τὴν τῶν ἄλλων στρατηγῶν ἔφοδον, quod reliquorum ducum aduentum vereretur.* Idem l. 9. c. 17. p. 774. *τῷ μὴ δύνασθαι τοὺς ἔνδον αὐτῷ συνεργεῖν διὰ τὸν καιρὸν, quia tempore destituti, qui intus erant, opem illi ferre non poterant.* Idem l. 3. c. 9. p. 230. Arrianus *exped. Alex.* l. 5. p. 371. *καὶ τῷ κρατιστεύειν παρὰ τοὺς ἄλλους, πρόθυμοί σοι ἐς πάντα ἐσμὲν, quia supra reliquos eminemus, parati tibi ad omnia sumus.* Achilles Tatius l. 5. p. 348. *τῷ πολλάκις αὐτὴν ἀκοῦσαι τετελευτηκέναι, propterea, quod saepe, eam periisse audiuerat.* Plutarchus *sympos.* l. 6. qu. 6. p. 691. *τῷ ψυχρὸν εἶναι τὸ ἐπιβαλλόμενον, quoniam frigidum est, quod induitur.* Idem *sympos.* l. 7. qu. 5. in fine et in *Arato*

p. 1034

p. 1034. Elliptica vero est constructio. Subaudiendum est ἐπί. Plene Polybius l. 15. c. 30. p. 1000. *Partim laetitia gestiebant, ἐπὶ τῷ κεκομίσθαι τὸν παῖδα, quod puerum recepissent.* Idem *excerpt. Vales.* p. 70. Diodorus Siculus *excerpt. Vales.* p. 294. ἐπὶ τῷ τὸν Ἡρακλείδην ἔχειν φίλον, *propterea, quod Heraclidem haberet amicum.*

v. 14.

Τῷ δὲ Θεῷ χάρις τῷ πάντοτε θριαμβεύοντι ἡμᾶς ἐν τῷ Χριστῷ, καὶ τὴν ὀσμὴν τῆς γνώσεως αὐτοῦ φανεροῦντι δι' ἡμῶν ἐν παντὶ τόπῳ.

Satis apta est versio: *qui semper triumphare facit nos,* dummodo vnico exemplo esset demonstratum, quod verbo θριαμβεύειν notio haec transitiua competat; quod nondum factum vidi. Acquiesco igitur in significatu *triumphandi.* Accusatiuus huic verbo adiectus non semper *hostes* notat, de quibus victis triumphatur, sed et generatim *caussam triumphi*; ita vt suspicer fere, θριαμβεύειν τινὰ elliptice dici, pro θριαμβεύειν διὰ τινὰ, *propter aliquem.* Plutarchus non solum in *Arato* p. 1052. de Perse victo dicit: τοῦτον Αἰμίλιος ἐθριάμβευσεν, *de hoc triumphauit Aemilius*, sed et de eodem Aemilii triumpho asserit, lib. *de fortun. Rom.* p. 318. καὶ νίκην ἄδακρυν θριαμβεύων μεγαλύνει τὴν τύχην, *et propter victoriam sine lacrymis partam triumphans fortunam magnopere praedicat.* Verto igitur θριαμβεύοντι ἡμᾶς, *triumphanti propter nos.* Apostoli quatenus ἐν τῷ Χριστῷ *cum Christo coniuncti* euangelium efficaciter praedicabant, victoriam obtinebant de Satana v. 10. 1 Cor. 15, 57. sicque Deo caussa erant triumphi, sub cuius auspiciis militauerant.

Phrasi τὴν ὀσμὴν τῆς γνώσεως apostolum ad ritum quendam triumphalem respexisse putat Doctiss. Elsnerus aliique. Sed multo probabilius est, respici ad phrasin similem hebraicam, quam de lege diuina vsurpant. Taanith fol. 7, 1. *R. Benaah dixit: Si quis legi operam dat* לשמה *propter legem, tunc illud studium ipsi fit* סם חיים *aroma s. odoramentum vitae. Qui vero non studet propter*

legem, *huic fit* חמת סם *aroma*, f. *odor mortis*. Plurima hac de re in *Horis hebr.* dabit Schoetgenius. Vox igitur ὀσμὴ duplici fenfu fumenda eft. Ὀσμὴ γνώσεως eft *odor* quem *corpus odoriferum* fpirat. Ὀσμὴ vero ζωῆς f. θανάτε v. 16. *Odoramentum* f. *corpus odorum notat*, quod fragrantiam exhalat. Alio enim fenfu *cognitio Chrifti* ὀσμὴ vocatur, alio fenfu apoftoli.

v. 17.

Οὐ γάρ ἐσμεν ὡς οἱ πολλοὶ καπηλεύοντες τὸν λόγον τῦ Θεῦ, ἀλλ' ὡς ἐξ εἰλικρινείας, ἀλλ' ὡς ἐκ Θεῦ, κατενώπιον τῦ Θεῦ ἐν Χριςῷ λαλῦμεν.

Arduum vifum eft interpretibus hunc verfum vocula γὰρ notatum apte cum verbis πρὸς ταῦτα τίς ἱκανὸς in nexum redigere. Quo factum eft vt, alii ex Vulgata textum emendare auderent, alii v. 17. cum v. 15. 16. cohaerere putarent, verbis πρὸς ταῦτα τίς ἱκανὸς veluti in parenthefi pofitis. Neutro opus fuiffet, fi fatis exhaufta effet a viris doctis emphafis verbi καπηλεύειν. Commemorantur omnino hoc verfu talia, *quae fuo fenfu aptiores reddebant falfos apoftolos ad euangelium magno cum applaufu praedicandum*, *quam Paulum aliosque genuinos Chrifti apoftolos.* Vt hoc oftendam verto: *Non enim vti vulgo* folent, *inftitorum* f. *propolarum inftar tractamus verbum Dei.* Ἐσμὲν καπηλεύοντες dicitur, pro καπηλεύομεν graecifmo fatis noto; ὡς οἱ πολλοὶ, quod τὲς ψευδαποςόλες notat, in parenthefi pofitum eft; verto: *vti vulgo folent.* Similiter Plutarchus de *audiend. poët.* p. 33. ὃδ' (ὥσπερ οἱ πολλοὶ) πενθεῖ τὸν φίλον ἀπραξίᾳ καὶ παραλείψει τῶν καθηκόντων, *neque*, *vti vulgo folent*, *amicum per ignauiam et intermiffionem officii deplorat.* Καπηλεύειν quum a κάπηλος, *inftitor*, *propola*, *caupo* defcendat notat, *inftitorum et propolarum more agere.* Quum inftitores lucrum mercibus fuis quaerant, καπηλεύειν fpeciatim fignificat, *vendere* aliquid, *venale habere*, *lucrum captare.* Quae notio parum facit ad fcopum Pauli. Falfi doctores non poterant fane *vendere*

dere sua dogmata, quippe quod progressibus eorum et incrementis obicem posuisset. Porro institores et venditores quilibet ita formare, fingere, et adulterare, solebant merces, vt eo facilius allicerent emtores. Hinc καπηλεύειν est, *adulterare, artificiose fucare et exornare*, ita vt vel inhaerens rei vitium fuco tegatur et emendetur, vel naturalis illius pulchritudo arte iuuetur et augeatur. Aristophanes in *Pluto* act. 4. sc. 5. p. 102. de anu *fucata* dicit καπηλικῶς ἔχει, vbi scholiastes καπηλικῶς explicat per πανεργικῶς et addit, ἐπεὶ οἱ κάπηλοι χρίειν καὶ ἀναποιεῖν τὰ ἱμάτια εἰώθασι, *solent enim vestium venditores vestes inungere et refingere.* Maximus Tyrius *Diss.* 12. p. 121. forenses rabulas veritatem adulterantes, et turpia exornantes, imo ὑγιὲς ἐδὲν ἐδὲ ἄδολον, *nihil sanum aut sincerum* relinquentes comparat, cum ἀνδραπόδων καπήλοις, *mancipiorum mangonibus, qui si genuina corpora sub puro sole liberoque nutrita aëre acceperint, ea in vmbra educantes et depilantes, formam eorum, quam ipsis natura dedit, arte praestantiorem, corrumpunt.* Verbo ipso vtitur Themistius *orat.* 21. *explor.* p. 247. de falsis philosophis dicens, eos τὸ θειότατον τῶν ἀνθρωπίνων ἀγαθῶν κιβδηλεύειν τε καὶ αἰσχύνειν καὶ καπηλεύειν, *id quod e bonis humanis maxime diuinum est, corrumpere, turpare et adulterare.* Praescribit sane doctrina Christi talia praecepta, quae carni humanae acerba sunt et ingrata, ita vt, si ἐν εἰλικρινείᾳ *in sinceritate sua* praedicetur, difficulter amatores inueniat. Hinc falsi apostoli, δολᾶντες τὸν λόγον τᾶ Θεᾶ, quod c. 4, 2. τῇ φανερώσει τῆς ἀληθείας opponitur, magis vendibiles reddebant merces suas, veritates religionis Christianae, quae aut intellectui excoecato μωρία sunt 1 Cor. 2, 14. aut voluntati corruptae maxime aduersantur, tegentes et reticentes, doctrinam euangelicam suis erroribus et permissa carnis quadam licentia miscentes, et omnia humanae eloquentiae fuco exornantes. Probabile est, hos ἐργάτας δολίας Corinthiis, in illis praesertim indulsisse cupiditatibus, quibus haec vrbs prae aliis immersa erat,

e. g. ſcortatione, nuptiis inceſtis, nimia diuortiorum licentia, luxu, et nimis familiari cum gentilibus etiam in comedendis εἰδωλοθύτοις commercio cet. Haec omnia vetabat Paulus; nudum is praedicabat euangelium, aſperitate illius nullo humanae artis fuco mitigata; abſtinebat is ab omni humanae eloquentiae pompa 1 Cor. 2, 1. 4. 2 Cor. 10, 10. c. 11, 6. Hoc ſenſu magis ἱκανοὶ erant falſi doctores οἱ καπηλεύοντες, Paulus vero aliique Chriſti apoſtoli ſoli Deo ſuam debebant ἱκανότητα c. 3, 5. 6.

CAP. III. v. 13.

Πρὸς τὸ μὴ ἀτενίσαι τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ εἰς τὸ τέλος τοῦ καταργουμένου.

Aliter haec quam fieri vulgo ſolet, explicanda puto. Ex Exod. 34, 30-35. liquere exiſtimo, radiaſſe vultum Moſis, quum a Deo redux cum Iſraëlitis colloqueretur; imo Moſen *aperto vultu* populo mandata Dei manifeſtaſſe, et poſtea demum vultum velo texiſſe. Huius rei cauſſam tradit apoſtolus. Sc. vultum velamine operuiſſe: *ne Iſraëlitae viderent finem ſplendoris, quem vultus emittebat.* Splendebat vultus eius, gloria diuina, quam cum Deo colloquens viderat, illuſtratus. Hic ſplendor poſtea *periiſſe*, Moſe vero ad Deum redeunte, renouatus eſſe videtur. Moſes igitur, cui ſplendor hic apud populum durae ceruicis multum auctoritatis conciliabat, impoſito velamine impediebat, ne finem huius ſplendoris viderent. *Periiſſe* hunc *ſplendorem* docet quoque Paulus v. 7. commemorans, τὴν δόξαν τοῦ προσώπου τὴν καταργουμένην. Sic elegans eſt nexus cum v. 12. Dicit ibi Paulus: *Se multa vti parrheſia, quod ſcirent perdurantem eſſe gloriam* τῆς διακονίας τοῦ πνεύματος v. 9. 11. 18. *Moſi vero defuiſſe hanc parrheſiam, qui ſciuerit ſplendorem vultus ſui, vt et ſplendorem* τῆς διακονίας τῆς κατακρίσεως *eſſe pereuntem*, v. 8. 11. Parrheſiae oppoſitus eſt *pudor*. Qui vero

vero *pudore* tangebantur, *velare caput* solebant. Vide Ier. 14, 3. Esth. 6, 12.

v. 14.

Τὸ αὐτὸ κάλυμμα ἐπὶ τῇ ἀναγνώσει τῆς παλαιᾶς διαθήκης μένει μὴ ἀνακαλυπτόμενον, ὅτι ἐν Χριστῷ καταργεῖται.

Voces ἀνακαλυπτόμενον et καταργεῖται construunt alii cum κάλυμμα, ita vt *velamen* hoc *manere* dicatur *non reuelatum*, *quoniam per Christum illud abrogatur*. Mihi vtrumque non satis aptum videtur. Particip. ἀνακαλυπτόμενον hoc modo pleonasticum foret; idem enim iam dicunt verba: τὸ κάλυμμα μένει. Verbum καταργεῖσθαι quoque non satis apte de *velamine* praedicari videtur. Ego post μένει comma pono. Μὴ ἀνακαλυπτόμενον est participium absolute positum et non pendens a voce κάλυμμα. Plura eiusmodi particip. exempla adscripsi ad ἀρξάμενον Luc. 24, 47. Sic igitur verto: *Cum non reuelatum sit, quod in Christo abrogetur.* Ἀνακαλύπτειν est *manifestare, reuelare*, vti ἀποκαλύπτειν, cuius exempla frequentia sunt apud 70 interp. Verba: *quod per Christum abrogetur*, refero ad τὴν παλαιὰν διαθήκην, hanc enim, siue τὸν νόμον τῶν ἐντολῶν abrogauit Christus Eph. 2, 15. Confer 1 Cor. 2, 6. Aptum hoc ad hanc sedem, vbi Apostolus de *abrogata* διακονία θανάτου loquitur v. 11. Sic ergo Paulus dicit: *Manere velamen in lectione veteris testamenti, quoniam ignorarent Iudaei, illud a Christo esse abrogatum.*

CAP. IV. v. 2.

Ἀλλ᾽ ἀπειπάμεθα τὰ κρυπτὰ τῆς αἰσχύνης.

Sed renunciauimus absconditis pudoris. Sic Thucydides l. 5. p. 129. ἀπειπεῖν τὴν ἐκεχειρίαν *renunciare induciis.* Vid. ibid. paulo post. Plutarchus *quaest. Rom.* p. 276. *Collega eius Scaurus Aemilius*, οὐκ ἐβούλετο τὴν ἀρχὴν ἀπείπασθαι, *nolebat magistratui renunciare* f. *magistratu*

se abdicare. Dionysius Hal. *ant.* l. 11. p. 736. *τέτων δὲ τὴν ἐξεσίαν ἀπειπαμένων, hi vero cum potestate se abdicassent.*

Abscondita pudoris sunt res, quae propter pudorem absconduntur. Quum *κρυπτὰ τῆς αἰσχύνης* opponantur, *τῇ φανερώσει τῆς ἀληθείας*; sensus phraseos prioris est: *Apostolos nihil negotii habere cum doctrinis, quas ob pudorem distincte et perspicue non possint docere, sed ipsos, quantumuis euangelium μωρία esse videatur: quo minus id absque omni fuco et inuolucris praedicent, nullo pudore probiberi* Rom. 1, 16. 2 Tim. 1, 8.

v. 8.

Ἐν παντὶ θλιβόμενοι ἀλλ᾽ ἐ ςενοχωρέμενοι.

Plus est *ςενοχωρεῖσθαι* quam *θλίβεσθαι*, quod ipsa antithesis docet. *Στενοχωρία angustias* h. l. denotat tales, e quibus non detur exitus, *ἔκβασις* 1 Cor. 10, 13. Sensu latiori se fuisse dicit Apostolus, *ἐν θλίψεσιν, ἐν ςενοχωρίαις*, infra c. 6, 4. et c. 12, 10. Sic et Rom. 2, 9. *θλίψις καὶ ςενοχωρία* iunguntur, voce vltima vt graviori postremo loco posita. Similiter haec coniungit Lucianus in *Nigrino* p. 30. *Cum in gymnasiis et balneis molestus esset, θλίβων τοῖς οἰκέταις καὶ ςενοχωρῶν τὰς ἀπαντῶντας, obuios per seruos suos premens et in angustias redigens.* Arrianus *Diss. Epict.* l. 1. c. 25. p. 148. de eo, qui in amphitheatro inter Senatores arcte sedere cogitur, sensu proprio dicit: *ὁρᾷς, ὅτι σὺ σαυτῷ ςενοχωρίαν παρέχεις; σὺ σαυτὸν θλίβεις; nonne vides, te ipsum tibi circumdare angustias? te a teipso premi?* Paulo post addit sensu translato: *Illud omnino meminisse oportet, ὅτι ἑαυτὲς θλίβομεν, ἑαυτὲς ςενοχωρέμεν· τετέςι τὰ δόγματα ἡμᾶς θλίβει καὶ ςενοχωρεῖ, nos a nobis ipsis vrgeri, a nobis ipsis in angustias redigi, id est, opiniones nos premere, et in angustias redigere.*

v. 17.

v. 17.

Τὸ γὰρ παραυτίκα ἐλαφρὸν τῆς θλίψεως ἡμῶν, καθ' ὑπερβολὴν εἰς ὑπερβολὴν αἰώνιον βάρος δόξης κατεργάζεται ἡμῖν.

Τὸ παραυτίκα ἐλαφρὸν τῆς θλίψεως est, *praesens adflictionum leuitas*, f. *adflictiones praesentes, quae leues sunt.* Sic Pericles apud Thucydidem l. 2. p. 49. *Neque enim diu durare odium potest*, ἡ δὲ παραυτίκα τε λαμπρότης καὶ εἰς τὸ ἔπειτα δόξα αἰείμνηστος καταλείπεται, *splendoris vero praesentis et subsequentis gloriae sempiterna remanet memoria.* Plutarchus de *sera num. vind.* p. 554. *Sic et mali homines*, ὅσοι τὴν παραυτίκα πληγὴν ἐκφυγεῖν ἔδοξαν, *quum in praesentia ictum effugisse vindictae putantur, non post longius tempus, sed longiore temporis tractu, supplicium non serius sed diuturnius perferunt.* Euripides in *Alcest.* v. 13. Ἄδμητον ᾅδην τὸν παραυτίκ' ἐκφυγεῖν, *Admetum mortem praesentem effugiturum esse.*

Βάρος, *pondus, grauitas* h. l. vt et 1 Thess. 2, 6. de *honore*, et *dignitate* vsurpatur, quod non opus est derivare ex notione vocis hebraicae כָּבוֹד. Βάρος et δόξα vt synonyma vsurpat Diodorus Siculus *excerpt. Vales.* p. 329. vbi de Scipione dicitur: καὶ τηλικούτο βάρος οἰκίας καὶ γένους διαδεδεγμένος ἄξιος ἐφάνη τῆς τῶν προγόνων δόξης, *cumque in tantum domus et familiae suae decus successisset, dignum se tamen maiorum gloria praestitit.* Ibid. paulo post: τοῦ βάρους τῆς οἰκίας οὐκ ἀξιόχρεως διάδοχος, *parum idoneus gloriae huius familiae haeres.* Opponuntur τὸ βάρος et τὸ ἐλαφρόν.

Κατεργάζεσθαι h. l. est, *acquirere*, vti ἐργάζεσθαι Ioh. 6, 27. 2 epist. Ioh. 8. et apud Dionysium Hal. *ant.* l. 5. p. 296. τοῦτο τὸ ἔργον ἀθάνατον αὐτῷ δόξαν εἰργάσατο, *hoc opus immortalem ipsi gloriam peperit.* Κατεργάζεσθαι hoc sensu habet Xenophon. *Cyrop.* l. 4. p. 73. εἴτε γὰρ ὅσα ἂν κατεργαζώμεθα μὴ φυλάξωμεν ταῦτα, πάλιν ἀλλότρια ἔσται, *si enim, quae adquisiuerimus, non*

 custo-

custodiamus, haec rursus erunt aliena. Euripides in *Heraclid.* v. 1045. *πόλει σωτηρίαν κατεργάσασθαι, vrbi salutem adquirere.*

CAP. V. v. 1.

Ἡ ἐπίγειος ἡμῶν οἰκία τοῦ σκήνους.

Non assentior iis, qui *οἰκίαν τοῦ σκήνους*, dici putant, pro *οἰκίαν σκηνώδη domum tabernaculo similem*, quod coactius videtur. Vox Graeca *σκῆνος* rarissime imo si a Suida et Hesychio discesseris, vix vsquam *tabernaculum* significat; frequentissime vero notat *corpus*, etiam in talibus locis, vbi plane exsulat respectus ad similitudinem, quae corpori cum tabernaculo intercedit, ita vt *οἰκία τοῦ σκήνους* vertendum sit: *Domus corporis.* Dabo post alios aliquot exempla. Aelianus *hist. anim.* l. 5. c. 3. p. 258. *ἀχρεῖον δ᾽ ἐστὶ τὸ λοιπὸν τοῦ ζώου σκῆνος, inutile est reliquum animalis corpus.* Ibid. l. 9. c. 33. p. 542. *Ipse diuino et ineffabili modo, ἀπέδωκε τῷ σκήνει τὴν κεφαλὴν, caput suo corpori restituit.* Dionysius Longinus. c. 32. p. 174. *ἡ τἀνθρωπίνου σκήνους ἀνατομὴ, humani corporis anatome*, vbi vide Notas Fabri. Democritus apud Stobaeum *serm.* 1. p. 4. *Anima si sit perfectissima, σκήνεος μοχθηρίαν ὀρθοῖ, corporis malignitatem emendat.* Vide sequentia. Ibid. *serm.* 10. p. 132. ex eodem, *ὧν τὸ σκῆνος χρήζει, ea quibus corpus indiget.* Paulo post: *τούτων οὐχ ἱμείρεται τὸ σκῆνος, ea corpus non desiderat.* Vide ibid. *serm.* 11. p. 137. 138. similia ex Mercurio. Euripides *σκήνωμα* dicit in *Heraclid.* v. 690. *σμικρὸν τὸ σὸν σκήνωμα προστίθεις φίλοις, exiguum tuum corpus addes amicis*, vbi vide notas Barnesii.

v. 10.

Ἵνα κομίσηται ἕκαστος τὰ διὰ τοῦ σώματος, πρὸς ἃ ἔπραξεν, εἴτε ἀγαθὸν, εἴτε κακόν.

Κομίζεσθαι *reportare* frequens est de *praemiis* atque *poenis.* Demosthenes adu. *Leptin.* p. 382. *Vt nemini bene*

bene de vobis merentium χάριν ἐξέςαι κομίσασθαι, *gratiam liceat reportare*. 3 Maccab. 1. v. 3. κομίσασθαι τὴν ἐκείνε κόλασιν.

Post τὰ διὰ τε͂ σώματος plerique supplent, πεπραγμένα, Zeltnerus tamen τὰ διὰ τε͂ σώματος, de illis intelligit: *quae corpori euentura sunt*. Repugnare hoc sensui phraseos apud profanos obuio putat Doctiss. Wolfius. At profani διὰ τε͂ σώματος aeque dicunt fieri, *quae corpus patitur*, quam illa, *quae corpus agit*. Plutarchus de *sera numinis vind.* p. 565. αἱ διὰ χρημάτων καὶ διὰ σωμάτων κολάσεις, *poenae*, *quae pecunia fiunt, aut in corpore*. Paulo post dolores et cruciatus, quos anima sentit, multum superare dicit, τε͂ς διὰ σαρκὸς, *eos qui corpore sentiuntur*. Xenophon in *Hieron*. sub init. *Per mala atque bona, vt mihi videtur, interdum in ipso animo delectamur, interdum et offendimur*, ἐςὶ δ' ὅτε κοινῇ, καὶ διά τε τῆς ψυχῆς καὶ διὰ τε͂ σώματος, *nonnumquam communiter, tam animo quam corpore*. Suppleo igitur in verbis Pauli τὰ γινόμενα s. τὰ παθήματα. Simili ellipsi Xenophon paulo post dicit, τὰ ἐν τῷ γρηγορέναι, *quae in vigilando* hominibus *accidant*, distinctius percipi, quam τὰ ἐν τῷ ὕπνῳ, *quae in somno eueniant*. Τὰ διὰ τε͂ σώματος idem est ac τὰ ἐν τῷ σώματι; διὰ pro ἐν, vti διὰ πίςεως et διὰ εἴδες v. 7. Praefero hanc explicationem illi, quae τὰ διὰ τε͂ σώματος de rebus in corpore perpetratis accipit, 1) quia duriusculum videtur, saltem tropicum est, quod *reportare in corpore perpetrata* dicatur, pro *reportare mercedem actionum in corpore perpetratarum*; Quippe exempla Eph. 6, 8. Col. 3, 25. non plane sunt similia, et apud profanos dubito, an simile quid reperias. 2) quia tautologicum, aut saltem impeditius cohaerere videtur: *Reportabit ea quae fecit, ad ea* (s. *propter ea*) *quae fecit*. At subnatum mihi est aliud, quod ad rem esse videtur. Sentiet sane praemia et poenas vitae futurae homo totus tam anima, quam corpore; et σῶμα pro *toto homine* accipi solet, vti Rom. 12, 1. idque sine *hebraismo*. Demades *orat. duodecen.*

decen. p. 239. χίλια πολιτῶν σώματα dicit, pro *mille ciues.* Euripides in *Ione* v. 1228. τὸ σῶμα κοινῇ τοῖς τέκνοις ἀπώλεσεν, *ſeipſam vna cum liberis perdidit*, et v. 1277. καὶ γὰρ εἰ σῶμά μοι ἄπεστιν αὐτῆς, *etſi mihi corpus eius abſit, tamen nomen numquam abeſt.* Sic ergo verba Pauli verto: *vt reportet vnusquisque ea quae in ſemetipſo ſentiat* ſ. *in ſemetipſo mercedem.*

Πρὸς ἃ ἔπραξεν verte: *propter ea quae fecit.* Sic Polybius l. 2. c. 23. p. 154. *Vt neceſſe fuerit Gallorum regibus partem copiarum ad fines tutandos relinquere,* πρὸς τὸν ἀπὸ τούτων φόβον, *quod ſibi ab iſtis metuerent.* Thucydides l. 8. p. 206. πρὸς γὰρ τὰς τοῦ Πεδαρίτου ἐπιστολὰς ὑπώπτευον αὐτὸν, *propter Pedariti epiſtolas enim, de ipſo ſuſpiciones alebant.* Non tamen diſplicet, quum vertunt: *conuenienter ad ea quae fecit.* Imo id melius fere, quum vſitatior ſit ſcripturae loquendi modus, homines κατὰ τὰ ἔργα mercedem reportaturos eſſe.

V. 20.

Ὑπὲρ Χριστοῦ οὖν πρεσβεύομεν, ὡς τοῦ Θεοῦ παρακαλοῦντος δι' ἡμῶν· δεόμεθα ὑπὲρ Χριστοῦ καταλλάγητε τῷ Θεῷ.

Phraſis prior verti poteſt: *legatione fungimur pro Chriſto*, ſ. *loco Chriſti* ſ. *propter eum.* Vocula ὑπὲρ enim in hac locutione genitiuo praeponitur, *qui eum indicat, a quo miſſus eſt legatus*, ſ. *cuius cauſſa a legato agitur.* Aeſchines p. 267. *Aphobetus frater noſter natu minimus* πεπρεσβευκὼς μὲν ὑπὲρ ὑμῶν ἀξίως τῆς πόλεως, *qui pro vobis pro dignitate vrbis, legationem apud regem Perſarum obiit.* Demoſthenes de *falſ. legat.* p. 244. διότι ὑπὲρ ὑμῶν δικαίως καὶ καλῶς ἐπρέσβευσαν, *quod pro vobis legationem recte et bene obierint.* Idem adu. *Timocrat.* p. 480. εἰ οὗτος εἷς ὢν, ἐπρέσβευσεν ὑπὲρ ὑμῶν, *ſi iſte vnus homo legatione pro vobis functus eſſet.* In legatione illa, per quam bellum Sabinos inter et Romanos componebatur, Dionyſius Hal. *ant.* l. 3. in init. auctor eſt, mulieres Sabinas, πρεσβεῦσαι πρὸς τοὺς πατέρας ὑπὲρ τῶν

τῶν ἀνδρῶν, *legatione functas esse ad patres pro maritis.*

Impeditius fluit oratio et post vocem δεόμεθα particula quaedam connectendi deesse videtur, si vti vulgo fit, post δι᾽ ἡμῶν colon ponitur. Melius iam nexui sermonis consuluerunt Beza et Erasmus Schmidius; addam et mea. Verba quae post ὡς sequuntur vsque ad finem versus *definitionem* continent, quibus *definitum* τὸ πρεσβεύειν explicatur. Iam deleo colon, et voculam ὡς construo cum verbo δεόμεθα, verbis τοῦ Θεοῦ παρακαλοῦντος δι᾽ ἡμῶν in parenthesi positis. Ὡς duplici modo verti potest, vel per, *ita vt*, quo sensu particula haec Marc. 4, 27 et Luc. 4, 25. occurrit. Sic verba ita essent reddenda: *Ita vt Deo per nos hortante, Christi loco rogemus.* Vel etiam ὡς idem notat, quod ὅτι, *quia*, *quoniam*, vti v. 19. et apud Xenophontem *Cyrop.* l. 4. p. 65. *Mementote vt ad me per lucem adhuc redeatis*, ὡς σκότους γενομένου οὐδένα ἔτι προσδεξόμεθα, *nam tenebris factis neminem amplius admittemus.* Euripides in *Oreste* v. 784. Ἰτέον, ὡς ἄνανδρον ἀκλεῶς κατθανεῖν, *eundum est, quia non est virile mori non gloriose.* Ita verte: *quoniam Deo per nos adhortante, Christi loco rogamus.*

CAP. VI. v. 12.

Οὐ στενοχωρεῖσθε ἐν ἡμῖν, στενοχωρεῖσθε δὲ ἐν τοῖς σπλάγχνοις ὑμῶν.

Cel. Elsnerus vertit: *Non a nobis angimini, sed in vestris animis angimini.* In qua versione nonnisi hoc vnicum desidero, quod vocula ἐν sic duplici modo vertatur, quum tamen sibi inuicem opposita sint verba ἐν ὑμῖν et ἐν τοῖς σπλάγχνοις ὑμῶν; haec igitur verto: *a visceribus vestris.* Aut quod perinde est, verte: *Non per nos angimini, sed angimini per viscera vestra.* Ἐν de caussâ agenti habes Matth. 9, 34. Act. 4, 9. De adfectu amoris Corinthiorum erga apostolum, hic sermonem plane non esse iudico. Στενοχωρία, *angor*, f. *tristitia* erat, qua apostolus

Corin-

Corinthios priori sua epistola adfecerat, infra c. 7. 8. per hanc enim ὀδυρμὸς, ἀγανάκτησις, φόβος, τρόμος cet. infra c. 7, 7. 11. 15. excitata erant. De hac re loquens apostolus h. l. v. 11. dicit ἡ καρδία ἡμῶν πεπλατύνται, *animus meus exhilaratus est et tranquillatus*, nuntio de emendatione vestra accepto. Et addit: *Non per nos angimini, sed per viscera vestra.* Id est: *Non ego vobis caussa moeroris fui, sed vosmetipsi. Vulnera atque mala, quae hanc vobis tristitiam pepererunt, interna fuerunt et in visceribus vestris nata. Haec ego per epistolam meam non produxi, sed manifestaui.* τὰ σπλάγχνα non semper de *amore* et *misericordia* vsurpantur. Philem. 12. *Tu vero illum*, τȣτέςι τὰ ἐμὰ σπλάγχνα, *id est me ipsum recipe.* Baruch. 2, 17. *Quorum spiritus ablatus est*, ἀπὸ τῶν σπλάγχνων αὐτῶν, *ex ipsis.* Iosephus *bell. Iud.* l. 4. c. 16. p. 879. *Exsultant autem rebus desperatis, populos committi populis, et ciuitatibus ciuitates*, καὶ κατὰ τῶν ἰδίων σπλάγχνων τὸ ἔθνος ςρατολογεῖν, *et gentem contra sua ipsiusmet viscera exercitum legere.*

Laetitiam cum *animi dilatatione*, *moerorem* cum *contractione* comparari non ignotum est. Stoicorum definitio apud Diogenem Laërt. l. 7. c. 1. §. 63. p. 774. est: λύπην εἶναι συςολὴν ἄλογον, *moerorem esse irrationabilem animi contractionem.* Et paulo post: ἐνόχλησιν λύπην ςενοχωρȣ̃σαν καὶ δυσχωρίαν παρασκευάζȣσαν, *conturbationem esse tristitiam angentem et coarctantem.*

V. 14.

Μὴ γίνεσθε ἑτεροζυγȣ̃ντες ἀπίςοις· τίς γὰρ μετοχὴ δικαιοσύνῃ καὶ ἀνομίᾳ; τίς δὲ κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος;

Priora verte: *Ne dissocietis vos ad infideles.* Opposita sunt ἑτεροζυγεῖν et ὁμοζυγεῖν siue συζυγεῖν. Συζυγεῖν dicuntur milites, qui in acie in vna linea s. serie inter se coniuncti sunt; die in einem Gliede stehen; de quo vide Arrianum in *Tacticis* p. 23, 25. Huic oppositum ἑτεροζυγεῖν notat: *ordinem suum et socios pristinos relinquere,*

quere, aliisque se associare. Perquam similis est locus Plutarchi in *Cimone* p. 489. vbi Cimon Athenienses ad auxilium Spartanis ferendum permoturus, hortatur, *μήτε τὴν Ἑλλάδα χωλὴν, μήτε τὴν πόλιν ἑτερόζυγα περιιδεῖν γεγενημένην, vt neque Graeciam, quae clauda, neque vrbem quae dissociata facta esset, negligerent.* Eadem vrbs Sparta ibid. paulo ante *ἀντίπαλος* vocatur.

Κοινωνία πρὸς σκότος, est *consortium* s. *communio cum tenebris.* Sic Demosthenes in *Olympiod.* p. 693. *τῆς κοινωνίας τῆς πρὸς τοῦτον ταῦτ᾽ ἐγὼ ἀπέλαυσα, hic mihi fructus fuit consortii cum hoc.* Iosephus contr. *Apion.* l. 2. p. 1074. *ἀπὸ τῆς κοινωνίας τῆς πρὸς γυναῖκα, a commercio cum vxore.* Ibid. p. 1075. de legibus dicit: *Haec et multa his similia, τὴν πρὸς ἀλλήλους ἡμῶν συνέχει κοινωνίαν, vincula sunt mutui inter nos consortii.*

CAP. VII. v. 10.

Ἡ γὰρ κατὰ Θεὸν λύπη μετάνοιαν εἰς σωτηρίαν ἀμεταμέλητον κατεργάζεται.

Κατὰ Θεὸν esse dicitur, quod fit, *per Deum, Deo auctore, diuino impulsu et instinctu. ἡ κατὰ Θεὸν* (supple *οὖσα*) *λύπη, diuina tristitia,* s. *diuinitus exorta.* Sic 1 Cor. 12, 8. *κατὰ τὸ αὐτὸ πνεῦμα*, vbi vide dicta. Propius infra c. 11, 17. *οὐ λαλῶ κατὰ κύριον, ἀλλ᾽ ὡς ἐν ἀφροσύνῃ, non loquor instinctu diuino sed veluti in stultitia.* Sic Athenaeus l. 13. c. 5. p. 576. ex Aristotele narrat, Nanum Massiliae principem, filiae nuptias fecisse, ea lege, vt is, cui ex procis post coenam phialam porrigeret, sponsus ipsius fieret, sicque Euxeno a sponsa phialam et a patre sponsam datam esse, *τοῦ πατρὸς ἀξιοῦντος ὡς κατὰ θεὸν γενομένης τῆς δόσεως ἔχειν αὐτὴν, quum pater, veluti facta Dei instinctu traditione vellet, vt eandem acciperet vxorem.* Euripides *Iphig. in Aul.* v. 411. Ἑλλὰς δὲ σὺν σοὶ κατὰ θεὸν νοσεῖ τινα, *Graecia vero Dei cuiusdam impulsu tecum insanit.*

Μετά-

Μετάνοια ἀμεταμέλητος, *poenitentia non poenitenda.* Oxymoron. Vocabulum ἀμεταμέλητος, quod rarius est, habet Dionysius Hal. *ant.* l. 8. p. 525. Vt ἀμεταμέλητος ἡ τοιαύτη προαίρεσις καὶ βεβαία διαμένῃ, *non poenitenda et firma maneat ea sententia.* Plutarchus de *sanit. tuend.* p. 137. ἡδονὴν ἄλυπον καὶ ἀμεταμέλητον, *voluptatem tristitiae expertem et non poenitendam.* Periander apud Stobaeum *serm.* 3. p. 38. πράττε ἀμεταμέλητα, *fac ea quorum te non poeniteat.* Hierocles *carm. aur. Pyth.* p. 174. ὁ γὰρ ἀρετῇ διαπρέπων, καὶ ἡδονὰς ἀμεταμελήτους καρποῦται, *qui enim virtute praeditus est, voluptates percipit non poenitendas.*

CAP. VIII. v. 2.

Ἡ κατὰ βάθους πτωχεία αὐτῶν.

Per phrasin hanc Stolbergius de *Soloecismis N. T.* p. 42. recte *profundam* i. e. *summam paupertatem* intelligit. In eo tamen eidem haud assentior, quum metaphoram desumtam esse dicit, a vase, iam ad imum exhausto. Graeci enim βάθος, quibuslibet rebus *magnis*, imo et *diuitiis* tribuunt. Iosephus *bell. Iud.* l. 7. c. 43. p. 969. ὁ βαθὺς πλοῦτος, *ingentes diuitiae.* Idem *ant.* l. 8. c. 9. p. 293. ὡς πλοῦτόν τε ποιῆσαι βαθύτατον, *vt amplissimas acquireret diuitias.* Plutarchus *an vitios. ad infelic. suffic.* p. 498. sub init. εἰς βαθεῖαν εὐπορίαν, *in amplas opes.* Propius accedit hoc Euripidis in *Helena* v. 310. εἰς γὰρ τοσοῦτον ἤλθομεν βάθος κακῶν, *in tantam enim venimus profunditatem malorum.* De *fame* Lucianus *Phalarid.* 2. p. 854. dicit: *Et quantum in terra est*, βαθεῖ λιμῷ ἀεὶ συνῆμεν ἄν, *in extrema fame semper versaremur.* Et Iosephus *bell. Iud.* l. 6. c. 32. p. 937. βαθύνας ἑαυτὸν ὁ λιμὸς κατ' οἴκους καὶ γενεὰς τὸν δῆμον ἐπεβόσκετο, *aucta que iam fames totas domos et familias depascebat.* Κατὰ βάθους vero idem est, ac ἐν βάθει, vti Act. 9, 31. καθ' ὅλης τῆς Ἰουδαίας et v. 42. καθ' ὅλης τῆς Ἰόππης, pro ἐν Ἰόππῃ.

v. 3.

Ὅτι κατὰ δύναμιν μαρτυρῶ, καὶ ὑπὲρ δύναμιν αὐθαίρετοι.

Per δύναμιν h. l. *opes*, *facultates* intelliguntur, vti Matth. 25, 15. vbi vide notata.

Αὐθαίρετοι *voluntarii* fc. fuerunt. Frequentior eſt vox αὐθαίρετος ſenſu paſſiuo, notans *quod ſponte fit*, *quod ex arbitrio pendet*, qua notione Thucydides l. 1. p. 19. dicit: ἕως ἔτι αὐθαίρετος ἀμφοτέροις ἡ εὐβουλία, *quamdiu liberum adhuc eſt ambobus recte conſulere*; et l. 2. p. 33. κινδύνους αὐθαιρέτους, *pericula ſponte ſuſcepta*. *Actiue* vero vti h. l. et infra v. 17. voce hac vtitur Lucianus in *Cataplo* p. 430. εἵπετο δ' αὐθαίρετός μοι, ὁ βέλτιστος οὗτος, *vltro me ſequebatur*, *optimus ille comes*. Idem in *abdicat*. p. 815. de arbitris ex compromiſſo electis: εἰ τούτους τις αὐθαίρετος εἵλετο, *ſi quis illos ſponte elegerit*. Euripides in *Supplic*. v. 930. πρὶν λιπὼν Κάδμου πόλιν, φυγῇ πρὸς Ἄργος διαβαλεῖν αὐθαίρετος, *priusquam relicta Cadmi vrbe*, *ſponte in exilium traiiceret ad Argos*.

v. 5.

Ἀλλ' ἑαυτοὺς ἔδωκαν πρῶτον τῷ κυρίῳ, καὶ ἡμῖν διὰ θελήματος θεοῦ.

In locutione ἑαυτοὺς ἔδωκαν iterum incluſum latet τὸ αὐθαίρετον. Notat illa: *ſponte ſe alicui offerre*, *permittere*, *tradere*. Sic Plutarchus in *Timoleonte* p. 241. *Mamercus Catanae tyrannus vir bello fortis et opibus fortis*, ἔδωκεν αὐτὸν εἰς συμμαχίαν, *ſocietatem eius quaeſiuit*. Apud Thucydidem l. 1. p. 9. de claſſe, quam coniungere Corcyraei cum Athenienſibus volebant, dicitur: *Illa ſponte adeſt*, ἄνευ κινδύνου καὶ δαπάνης διδοῦσα ἑαυτήν, *ſine periculis et ſumtibus ſeſe offerens*. Phraſis Paulina tamen praegnantior eſt. Significat illa: *fideles in Macedonia ſeſe ſponte totos Deo tradidiſſe et apoſtolis ad obedientiam et obſequium*, *ita vt Deo et illis inſeruire*,

 placere

placere et gratificari omnibus viribus ſtuderent. Sic phraſin vſurpat Demoſthenes *de corona* p. 344. vbi poſtquam multos Athenis fuiſſe oratores celebres praedicaſſet, addit: ἀλλ' ὅμως ἐδεὶς τέτων πώποτε διὰ παντὸς ἔδωκεν ἑαυτὸν εἰς ἐδὲν τῇ πόλει, *at nemo tamen eorum, ſe perpetuo vlla in re totum reipublicae tradidit.* Ibid. p. 325. τίς δ' ὁ τῇ πόλει λέγων, καὶ γράφων καὶ πράττων, καὶ ἁπλῶς ἑαυτὸν εἰς τὰ πράγματα ἀφειδῶ δὲς; *quis vero reipublicae et loquebatur, et ſcribebat et agebat, atque illi ſeſe ad res agendas prorſus tradebat?* Apud Sophoclem in *Trachin.* p. 361. ad Herculem dicit Hyllus: *Audias me, quamuis aegrotus ſis. Petam abs te, quae me conſequi aequum eſt.* Δός μοι σεαυτὸν, μὴ τοσῦτον ὡς δάκνῃ θυμῷ δύσοργος, *trade mihi temet, ne iratus tantopere animum mordeas.*

v. 8.

Ἀλλὰ διὰ τῆς ἑτέρων σπεδῆς καὶ τὸ τῆς ὑμετέρας ἀγάπης γνήσιον δοκιμάζων.

Opponitur hic *amor* Corinthiorum τῇ ἑτέρων σπεδῇ *ſtudio aliorum.* Cumque per *amorem* hunc hic ſpeciatim *amor* et *beneficia* erga pauperes intelligatur, idem etiam hic notabit σπεδὴ, quod et vocula καὶ innuit. Graecum σπεδὴ vti *ſtudium* apud Latinos haud raro idem ſignificat quod *amor*, *beneuolentia*, *beneficentia*. Sic Athenaeus l. 10. c. 12. p. 444. τὴν περὶ τὰς γυναῖκας σπεδὴν καὶ τὴν ἀκρασίαν ὠνείδιζεν, *nimium erga mulieres amorem et intemperantiam exprobrauit.* Plutarchus de *monarch. democr. et oligarch.* p. 826. de Alexandro, cui Megarenſes ius ciuitatis ſuae decreuerant, dicit: τῦ δὲ εἰς γελῶτα θεμένε τὴν σπεδὴν αὐτῶν, *cumque ille hanc beneuolentiam eorum pro ridicula haberet.* Ioſephus *ant. Iud.* l. 13. c. 7. p. 435. τοσαύτη δὲ σπεδῇ πρὸς Ἰωνάθην ὁ βασιλεὺς Ἀλέξανδρος ἐχρήσατο, *tanta beneuolentia rex Alexander Ionatham proſecutus eſt.* Ibid. l. 7. c. 1. p. 213. Iabeſenis, qui Saulum cum filiis ſepelinerant, Dauid gratias agi iubet, ἀντὶ τῆς πρὸς τὲς τεθνηκότας σπεδῆς, *pro ſtudio*

erga

erga mortuos. Ibid. c. 3. p. 218. Arafnam Iebufaeum Davidi praeftitiffe dicit, τινὰ καὶ χάριν καὶ σπουδὴν, *beneficium aliquod atque fauorem.*

v. 12.

Εἰ γὰρ ἡ προθυμία πρόκειται.

Doctiff. Raphelius *annot. Polyb.* πρόκειται h. l. transfert: *propofita eft*, idque exemplis fimilibus e Polybio illuftrat. Phrafis vero: *promtitudo propofita eft*: me iudice peregrinum aliquid fonat atque infolens. Πρόκειται h. l. ponitur pro πάρεστι f. ἔνεστι, vti παράκειται Rom. 7, 18. vbi vide obferuata. Aut fi mauis, integra locutio εἰ ἡ προθυμία πρόκειται, idem valet, ac fi dictum foret: εἴ τις τὴν προθυμίαν ἔχει. Sic Arrianus in *Tacticis* p. 28. *Hi autem diuiduntur in tagmata fua*, ὧν ἑκάστῳ καὶ ὄνομα οἰκεῖον πρόκειται, *quorum quodlibet, nomen habet fibi proprium.* Euripides in *Alceft.* v. 833. κακοῦ τοσούτου δώμασι προκειμένου, *quum tantum malum in domo praefens effet.* Iofephus *ant.* l. 17. c. 8. p. 597. οἷς ταῦτα προαποφθέγγεσθαι σοφία πρόκειται, *qui fapientia eiusmodi res praedicendi praediti funt.* Paulo aliter idem *ant.* l. 19. c. 2. p. 656. οἷς τὸ βασιλευτὸν τιμιώτερον τῆς τυραννίδος προὔκειτο, *apud quos iuftum imperium magis quam tyrannis in pretio erat.*

v. 20.

Στελλόμενοι τοῦτο, μήτις ἡμᾶς μωμήσηται ἐν τῇ ἁδρότητι ταύτῃ, τῇ διακονουμένῃ ὑφ' ἡμῶν.

Verba στελλόμενοι τοῦτο vertunt *deuitantes hoc*, quod plane ab hoc loco alienum effe haud dixerim. Notabo quaedam ad hanc vocis notionem facientia ad 2 Theff. 3, 6. Hic tamen aptius effe puto, vt vertas: *Accingentes*, f. *inftruentes nos ad hoc.* Στέλλειν eft, *parare, inftruere, adornare.* Euripides in *Troad.* v. 168. στέλλουσ' Ἀργεῖοι νόστον, *apparant Argiui reditum.* Achilles Tatius l. 3. p. 209. στεῖλαι δ' ὑμᾶς αὐτοὺς δεήσει τὴν κόρην, *muneris quoque veftri erit, puellam ita ador-*

nare, *vt facile secari possit.* Ibid. p. 211. Passiue vero Arrianus *exped. Alex.* l. 2. p. 131. dicit: ἐπ᾽ ἐργασίᾳ μᾶλλόν τι ἢ ὡς ἐς μάχην ἀκριβῶς ἐσταλμένοι, *ad laborem magis*, *quam ad pugnam instructi.* Achilles Tatius l. 5. p. 311. τῇ δὲ ἐπιέσῃ στελλόμεθα πρὸς ἀποδημίαν, *sequenti vero die ad iter nos accingebamus.* Euripides in *Troad.* v. 181. *An iam nautae in puppibus*, στέλλονται κινεῖν κώπας, *se accingant ad mouendos remos?* Στελλόμενοι igitur *passiue* accipiendum est, ita vt ante τοῦτο subaudiendum sit εἰς siue πρός. Innuit ergo apostolus, se et in hoc negotio ad id sese praeparare atque instruere, vt ab aliis cum specie quadam vituperari nequeat, adeoque se non solum, sed cum comitibus quibusdam, curam agere, stipem pro sanctis in Iudaea colligendi et transportandi.

Διακονεῖν τι est, *administrare aliquid*, *rei administrum esse.* Iosephus *bell. Iud.* l. 4. c. 16. p. 879. τοὺς διακονήσαντας τὴν προδοσίαν οἰκέτας, *seruos proditionis administros.* Euripides in *Ione* v. 396. διακονοῦσα κρυπτά, *curiose tractans arcana.*

CAP. IX. v. 4.

Μήπως, ἐὰν ἔλθωσι σὺν ἐμοὶ Μακεδόνες, καὶ εὕρωσιν ὑμᾶς ἀπαρασκευάστους, καταισχυνθῶμεν ἡμεῖς, ἵνα μὴ λέγωμεν ὑμεῖς, ἐν τῇ ὑποστάσει ταύτῃ τῆς καυχήσεως.

Ἀπαρασκεύαστοι, *imparati*, opponuntur παρεσκευασμένοις v. 3. Sic Xenophon *rer. Graec.* l. 7. p. 419. ἔπαιον παρεσκευασμένοι ἀπαρασκευάστους *profligabant instructi imparatos.* Idem *Cyrop.* l. 5. p. 96. *Scio, quod illi vires tuas videnti*, ἀπαρασκεύαστα τὰ αὐτοῦ φανεῖται, *res suae videantur maxime imparatae.* Iosephus *ant.* l. 4. c. 8. p. 129. Ne ἀπαρασκεύαστοι τοῖς καιροῖς παραπέσητε, *imparati in pericula incidatis.*

Quod ὑπόστασιν multi h. l. vt et infra c. 11, 17. per *firmam fiduciam*, *confidentiam* explicant, neutro loco

nexus

nexus satis ferre videtur; h. l. apostolus *metuebat* v. 3. ne in vanis redderetur sua gloriatio, et ne id sibi *pudorem* adferat; c. 11, 17. vero gloriatio apostoli, quanquam haud inanis, non tamen cum *fiducia* iuncta erat, cum perquam *inuitus* ad gloriandum se conferret. Vertere igitur potes cum Beza: *In hoc fundamento gloriationis.* Hoc sensu vocem habet Themistius *orat.* 9. ad *Valentin.* p. 120. σοὶ τὸ πέρας τῆς ἐν ἀνθρώποις τιμῆς ἁπάσης, ἀρχὴ γίνεται καὶ ὑπόστασις, *omnium humanarum dignitatum fastigium, initium tibi et quasi fundamentum est.* Aut quod magis placet, verte: *In hac materia, s. negotio laudis.* Videtur enim phrasis: ἐν τῇ ὑποστάσει ταύτῃ τῆς καυχήσεως, idem significare ac illa: ἡ καύχησις ἐν τούτῳ τῷ μέρει, v. 3. Artemidorus *Oneirocr.* c. 14. p. 170. de tutore hominis diuitis dicit, φαντασίαν μὲν ἔχειν πλούτου, ὑπόστασιν δὲ μή, *habere illum speciem diuitiarum, non vero rem ipsam.* Debeo locum Elsnero ad Hebr. 11, 1. Aristoteles de *mundo* c. 4. p. 1210. τῶν ἐν ἀέρι φαντασμάτων, τὰ μέν ἐστι κατ' ἔμφασιν· τὰ δὲ καθ' ὑπόστασιν, *quae in aëre apparent, quaedam specie tenus exsistunt, quaedam vero e materia quadam constant.*

CAP. X. v. 5.

Λογισμοὺς καθαιροῦντες καὶ πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ θεοῦ, καὶ αἰχμαλωτίζοντες πᾶν νόημα εἰς τὴν ὑπακοὴν τοῦ Χριστοῦ.

Καθαιρεῖν *destruere* est vocabulum militare, quod de *destructione munitionum* adhiberi solet. Arrianus *Dissert. Epict.* l. 3. c. 26. p. 361. καθελεῖν τὴν ἀκρόπολιν, *arcem destruere.* Λογισμοὺς καθαιροῦντες, *ratiocinationes destruentes*, i. e. falsas hominum irregenitorum praesertim hostium euangelii ratiocinationes et opiniones verbi diuini efficacia conuellentes et diruentes, ita vt eiusmodi ratiocinia animis eorum vel eximantur vel ita saltem refellantur, ne incrementis euangelii impedimento esse possint. Dionysius Hal. *ant.* l. 2. p. 91. quasdam Graecorum

rum fabulas vtiles esse dicit, vtpote *δόξας καθαιρῦντες ὑχ ὑγιεῖς*, *quae opiniones falsas destruant*. Quum de *munitionibus* hic desumta sint vocabula, *πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον*, vertere potes: *Omne altum quod exsurgit*, f. *exstruitur*. Ὕψωμα, quod Plutarchus adu. *princ. indoct.* p. 782. de sole vsurpat, dicens, ὅταν ὕψωμα λάβῃ μέγιςον, h. l. proprie *murum altum*, *pinnas muri*, *turres*, *arces* significat, imo quicquid in munitionibus *altum* est. Thucydides l. 1. p. 21. de muris Atheniensium: ὅτι τειχίζεταί τε, καὶ ἤδη ὕψος λαμβάνει, *quod muri exstruerentur et iam in altum surgerent*. Iosephus *bell. Iud.* l. 2. c. 19. p. 793. de muro Hierosolymae: πρὶν ὑψῶσαι τὸ ἔργον, *antequam in altum surgeret opus*; Ibid. l. 3. c. 13. p. 841. τὸ τεῖχος ἐκέλευσεν ὑψῦν, *murum altius iubet extolli*. Ἐπαίρειν proprie est *exstruere*, murum aut munitionem aliam. Thucydides l. 1. p. 21. ἕως ἂν ἱκανὸν τὸ τεῖχος αἴρωσιν, *donec murum*, *quantum satis est*, *exstruxissent*. Improprie: *altum quod exsurgit* f. *se extollit* est *omnis humana ars et sapientia*, *quae cum fastu quodam coniuncta*, *et cui μωρία est ἡ γνῶσις τῦ Χριςῦ*. Ne ὕψωμα ad vitia quoque voluntatis extendam, facit ἡ γνῶσις Χριςῦ, cui τὸ ὕψωμα aeque ac λογισμοὶ opponitur. De *fastu* etiam Graeci τὸ καθαιρεῖν vsurpant. Dionysius Hal. *ant.* l. 8. p. 527. εἰ καθαιρεθείη τὸ Ῥωμαίων φρόνημα τῆς πόλεως ἁλούσης, *si fastus Romanorum capta vrbe destructus esset*. Iosephus *ant.* l. 3. c. 4. p. 78. δαμάσας κακοῖς τὸ τῶν Αἰγυπτίων φρόνημα.

Per *νόημα*, *machinationes*, *consilia* hostium euangelii intelligo. Sic τὰ νοήματα habes supra c. 2, 11. vbi vide Elsnerum. Ita saepe Homerus *Odyss.* ζ. v. 183. nihil praestantius esse dicit: ἢ ὅθ' ὁμοφρονέοντε νοήμασιν οἶκον ἔχητον ἀνὴρ ἠδὲ γυνή, *quam cum concordes consiliis domi viuunt*, *vir et vxor*. Ibid. *Odyss.* β. v. 363. Et *Iliad.* Σ. v. 328. ἀλλ' ὐ Ζεὺς ἄνδρεσσι νοήματα πάντα τελευτᾷ, *sed minime Iupiter omnia hominum consilia perficit*. Ibid. v. 295. Phrasin εἰς τὴν ὑπακοὴν τῦ Χριςῦ non construo, vt facere solent, cum αἰχμαλωτίζοντας,

sed

ſed cum νόημα, ſc. *in captiuitatem ducentes, omnia conſilia contra obedientiam Chriſti.* Senſus eſt: Apoſtolos omnes machinationes quas hoſtes euangelii excogitent, vt neque ipſi Chriſto ad obſequium ſeſe tradant, et aliorum quoque obedientiam impediant, ſubigere et reprimere, vt nihil detrimenti capiat cauſſa Chriſti. Ὑπακοὴ τȣ̃ Χριςȣ̃, eodem ſenſu hic ſumitur; quo ὑπακοὴ πίςεως Rom. 1, 5. c. 16, 26. Αἰχμαλωτίζεσθαι dicitur is, cui poteſtas eripitur libere agendi et finem ſuum obtinendi vti Rom. 7, 23.

Rationes ſic ſentiendi habeo 1) nexum ſermonis et ſcopum apoſtoli. Redarguit ille in his verſibus praeſertim falſos doctores, qui ipſum vt κατὰ σάρκα περιπατȣ̃ντα traduxerant v. 2, 7. qui ipſum vt *infirmum* ſpernebant v. 1, 10. et qui ſeſe contra Paulum *extollebant* v. 12 ſeq. his apoſtolus v. 6. tribuit πᾶσαν παρακοὴν v. 5. in his ſubigere vult πᾶν ὕψωμα et πᾶν νόημα. 2) Elegans ſe exſerit oppoſitio et relatio inter membra huius verſus. Relata ſunt inter ſeſe: κατὰ τῆς γνώσεως τȣ̃ Θεȣ̃, *contra cognitionem Dei* et εἰς ὑπακοὴν Χριςȣ̃, *contra obedientiam Chriſti. Cognitioni Dei* ſe opponunt ratiocinia et faſtuoſa ſapientia intellectus. *Obedientiae Chriſti* renituntur *machinationes* et ſtudia *malignae voluntatis.* Amat hic antitheſes ſcriptor ſacer. Oppoſita ſunt etiam καθαιρεῖν et ἐπαίρεσθαι.

v. 6.

Καὶ ἐν ἑτοίμῳ ἔχοντες ἐκδικῆσαι πᾶσαν παρακοήν.

Ἐν ἑτοίμῳ ἔχομεν notat, *parati ſumus, eſt nobis in promtu,* vti ἑτοίμως ἔχω, c. 12, 14. quod frequentius eſt, vide notata Act. 21, 13. Hanc phraſin habet Philo *legat. ad Caium* p. 1011. ȣ̓κ ἔχοντες ἐν ἑτοίμῳ καινὸν τέθριππον, *cum nouae quadrigae non eſſent in promtu.* Ibid. p. 1029. τὰς πρὸς νεωτεροποιΐαν ἀφορμὰς ἀφαιρεῖν ἔχοντας ἐν ἑτοίμῳ, *qui ad captandas rerum nouandarum occaſiones parati erant.* Dionyſius Hal. *ant.* l. 2. p. 104. ἐν ἑτοίμῳ τὰ πρὸς τὸν ἀγῶνα ἦν ἑκατέροις, *parata erant*

 vtriſque

vtrisque ad certamen necessaria. Elliptice Theocritus *Idyll.* 22, v. 60. τάτ' ἐξ ἐμεῦ ὀκ ἐν ἑτοίμῳ, *quae a me cupitis, non sunt in promtu.*

V. 12.

Οὐ γὰρ τολμῶμεν ἐγκρῖναι ἢ συγκρῖναι ἑαυτούς τισι τῶν ἑαυτοὺς συνιστανόντων, ἀλλὰ αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς ἑαυτοὺς μετροῦντες καὶ συγκρίνοντες ἑαυτοὺς ἑαυτοῖς οὐ συνιοῦσιν.

Ἐγκρῖναι notat, *annumerare, adiungere.* Iosephus *bell. Iud.* l. 2. c. 12. p. 786. *Et si dignus reperitur*, οὕτως εἰς τὸν ὅμιλον ἐγκρίνεται, *tunc demum in consortium adiungitur.* Plutarchus *apophth.* p. 191. Παιδάρετος οὐκ ἐγκριθεὶς εἰς τοὺς τριακοσίους, *cum Paedaretus inter trecentos, non esset allectus, qui primarius in vrbe honor erat.* Eadem habet in *Apophth. lac.* p. 231. In lib. 1. de *placit. Philos.* c. 27. p. 884. Πλάτων ἐγκρίνει μὲν τὴν εἱμαρμένην ἐπὶ τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν καὶ βίων, *Plato inserit quidem fatum animae humanae atque vitae.*

Controuersum est, vtrum vltimum versus membrum ἀλλὰ αὐτοὶ seq. de apostolis an vero de aduersariis apostoli Pauli intelligendum sit. Quod vero omnino Paulus de semetipso suisque sociis loquatur post Lambert. Bos e scopo et nexu sermonis satis ostenderunt Bengelius in *Gnomone* et Hombergius in *Parergis* S. Scilicet αὐτοὶ est, *nosmetipsi.* Sic Homerus *Odyss.* κ. v. 26. *Ceterum mihi flatum Zephiri immisit vt flaret*, ὄφρα φέροι νῆας τε καὶ αὐτούς, *vt ferret naues et nosmetipsos.* Phrasis μετρεῖν ἑαυτὸν hic aut respicit ad sequentia v. 13. vel ad antecedentia v. 11. Si ad v. 13. respicit, vbi apostolus dicit, hanc esse *mensuram, qua se metiatur*, quod ad eos vsque peruenerit: notabit locutio: *suo se metiri modulo, non plus quam par est, sibi tribuere, non sibi plus arrogare, quam fas est.* Sotates apud Stobaeum *serm.* 22. p. 188. ἡ σωφροσύνη πάρεστιν ἐὰν μετρῇς σεαυτόν, *adest vera temperantia, si temetipsum metiaris*, vbi vide antecedenia. In *testam.* 12. *patriarch.* p. 712. Iosephus dicit, sese,

quamuis

quamuis intenſiſſimum patris in ſe noſſet amorem, animo tamen non intumuiſſe, et addit: *Sciebam enim omnia tranſitura eſſe*, καὶ ἐμέτρουν ἐμαυτὸν, *et meo me modulo menſus ſum.* Nihil obſtat, quod additur ἐν ἑαυτοῖς, haec enim verba idem fere ſunt ac ἀφ' ἑαυτῶν v. 7. Vide Marc. 5, 30. imo quae propiora ſunt Rom. 8, 23. et ſupra c. 1, 9. Plutarchus *Agid. et Cleom.* p. 806. de Cleomene, cum illum amicus vetus Xenares conſiliis ſuis iuuare nollet, dicit: αὐτὸς ἐν ἑαυτῷ συνετίθει τὴν πρᾶξιν, *ipſe ſolus ſtruxit conſilium.* Vertere igitur potes: *Sed nosmetipſi ſoli nos metientes.* Id eſt: *Sponte noſtra, vti par eſt, de nobis ſentimus, ita vt opus non ſit, vt quisquam nos redarguat et intra iuſtos modeſtiae limites coërceat.* Si ad v. 11. reſpiceretur: exſularet haec modeſtiae notio; ἐν ἑαυτοῖς vertendum foret: *per nosmetipſos.* Sic ſenſus foret: *Ego me metior per memetipſum; ego actiones meas confero cum epiſtolis meis, et eandem aſſero vim fore et efficaciam actionum mearum, quum praeſens ero, ac epiſtolis meis ineſſe conceditur.* Malim tamen prius. In ſequentibus vero, συγκρίνοντες ἑαυτοὺς ἑαυτοῖς *comparantes nos nobiſcum*, omnino id velle puto apoſtolum, *ſeſe comparare ſuam* δύναμιν ἀπόντος ἐν λόγῳ et παρόντος ἐν ἔργῳ v. 10. 11. Similiter Plutarchus lib. *vtrum animi an corporis adfectiones ſint peiores*, ſub init. *Nos* inquit, *hominem, vt iam infelicitate ſuperantem omniumque animalium miſerrimum proclamatum*, αὐτὸν αὐτῷ συγκρίνομεν εἰς ἰδίων κακῶν ἀγῶνα, *ipſum cum ſemetipſo comparamus, ad ſuorum ipſiusmet malorum certamen.*

Torſit interpretes: τὸ, οὐ συνιοῦσι. Hombergius dicit, ſe οὐ συνιέναι quorſum illud tendat. Summi Critici Millius et Bengelius infirmis adiuti teſtibus vrunt et ſecant et verba non intellecta deleri iubent. Si quid iudico, οὐ συνιοῦσιν eſt datiuus pluralis participii quem verte: *propter homines non ſapientes.* Idem eſt, ac ſi diceret: διὰ τοὺς ἀσυνέτους, praeterquam quod mitius eſt, οὐ συνιέντας appellare, quam ἀσυνέτους. Senſus eſt: *ſeſe propter aduerſarios ſuos ſiniſtre de ſe iudicantes, de ſua*

δυνάμει *diuinitus sibi concessa* v. 11. *et de euangelii per se praedicati efficacia et incrementis* v. 13 seq. *tot verbis disserere.* Sic Rom. 14, 6. Κυρίῳ ἐσθίει et κυρίῳ ἐκ ἐσθίει est, *propter dominum.* 1 Cor. 9, 22. τοῖς πᾶσι *propter omnes.* Euripides in *Helena* v. 81. σύγγνωθι δ' ἡμῖν τοῖς λελεγμένοις γύναι, *ignosce vero nobis propter haec dicta, mulier.* Idem in *Oreste* v. 460. ἐ μάλιςʼ αἰδώς μ' ἔχει εἰς ὄμματ' ἐλθεῖν τοῖσιν ἐξειργασμένοις, *cuius maxime vereor in conspectum venire, ob haec facta.* Nexus quoque cum v. 13. hoc modo non redditur impeditus, dummodo δὲ pro γὰρ ibi positum esse memineris.

CAP. XI. v. 5.

Λογίζομαι γὰρ μηδὲν ὑςερηκέναι τῶν ὑπερλίαν ἀποςόλων.

Duplex hic locum habere potest interpretatio τῦ ὑςερηκέναι, diuersa constructione nitens. Vertere potes: *Nihil mihi deesse, ex iis, quae insunt eximiis apostolis,* quo sensu τί ἔτι ὑςερῶ habes Matth. 19, 20. et ita locum hunc explicasse videtur I. C. Schwarzius in *Lexico N. T.* Tum vero τῶν ἀποςόλων construendum foret cum voce μηδέν. Quum vero hoc non solum verborum transiectionem, sed et ellipsin duriusculam supponat: malo cum aliis vertere: *Nulla in re inferiorem me esse eximiis apostolis.* Hoc sensu τὸ ὑςερεῖν praeter locum c. 12, 11. habet Plutarchus de *fortun. Rom.* p. 321. vbi fortuna fingitur ad Romulum dicens: *Illustria sunt sane et magna tua facta, et reuera docuisti, te sanguinem et genus Deorum esse,* ἀλλ' ὁρᾷς πόσον ὑςερεῖς μῦ; *sed videsne tamen quanto me sis inferior?* vbi additur caussa, quod nullus plane fuisset Romulus, nisi fortuna illum vt infantem] expositum conseruasset. Idem de *gloria Athen.* p. 348. τοσῦτον τῶν ἱςορέντων οἱ πλάττοντες τὰς πράξεις ὑςερῦσιν, *tanto interuallo absunt res gestas fingentes a narrantibus, quanto hi a rem gerentibus.*

Ὑπερ-

Ὑπερλίαν, *plusquam valde* aduerbium eſt compoſitum vt ὑπερεῦ, *plusquam bene*, quo vtitur Plutarchus *conſol. ad vxor.* p. 611. nonnullos Homeri verſus vocans πεποιημένους ὑπερεῦ *pereximie confectos;* Idem de *Socrat. gen.* p. 578. οὐχ ὑπερεῦ Θάλης - - ἔφη, *non adeo bene Thales - - dixit.* H. l. *cum articulo* οἱ ὑπερλίαν ἀπόστολοι ſunt, *eximii apoſtoli.*

v. 12.

Ἵνα ἐκκόψω τὴν ἀφορμὴν τῶν θελόντων ἀφορμήν.

Ἐκκόπτειν ἀφορμὴν eſt, *amputare occaſionem.* Vtitur hac locutione Hierocles *carm. aur. Pyth.* p. 173. τὸ δὲ βουλεύεσθαι πρὸ ἔργου πρὸς τοῖς ἄλλοις ἀγαθοῖς, καὶ τῆς οἰήσεως ἐκκόπτει τὰς ἀφορμὰς, *conſultatio ante rem factam, praeter alios fructus, incertarum quoque opinionum amputat occaſiones.* Similiter τὸ ἐκκόπτειν vſurpat p. 174. *Ignorantiae conſcientia, naſcentem ex vana opinione,* προπέτειαν ἐκκόπτει *temeritatem amputat.* Reſpicit h. l. τὸ ἐκκόπτειν ad τὸ φραγήσεται v. 10. Sibi dicit apoſtolus nunquam hanc laudem gratis praedicati euangelii *interclusum* iri: ſe vero *amputare* poſſe et velle τοῖς ψευδαποστόλοις *occaſionem* gloriandi, quod ſimiles eſſent apoſtolo.

v. 21.

Κατὰ ἀτιμίαν λέγω, ὡς ὅτι ἡμεῖς ἠσθενήσαμεν.

Verte: *Ad dedecus hoc dico, quod nos infirmi fuerimus.* Phraſis ſimilis eſt: 1 Cor. 6, 5. πρὸς ἐντροπὴν ὑμῖν λέγω. Κατὰ frequens eſt, hoc ſenſu. Tit. 1, 1. καθ᾽ εὐσέβειαν, Ioh. 2, 6. κατὰ τὸν καθαρισμόν. Demoſthenes *adu. Timoth.* p. 701. κατ᾽ ἐμπορίαν ἰδίαν ἀποδημῶν, *priuatae negotiationis cauſſa huc profectus.* Ibid. p. 703. Arrianus *rer. Indic.* p. 575. τῶν τινες κατὰ ζήτησιν τοῦ Νεάρχου ἐσταλμένων, *nonnulli ex iis, qui ad quaerendum Nearchum miſſi erant.* Ibid. p. 576. Apud Ioſephum *ant.* l. 2. c. 3. p. 45. Ruben in Aegypto ad Ioſephum

δυνάμει *diuinitus sibi concessa* v. 11. *et de euangelii per se praedicati efficacia et incrementis* v. 13 seq. *tot verbis disserere.* Sic Rom. 14, 6. Κυρίῳ ἐσθίει et κυρίῳ οὐκ ἐσθίει est, *propter dominum.* 1 Cor. 9, 22. τοῖς πᾶσι *propter omnes.* Euripides in *Helena* v. 81. σύγγνωθι δ' ἡμῖν τοῖς λελεγμένοις γύναι, *ignosce vero nobis propter haec dicta, mulier.* Idem in *Oreste* v. 460. οὐ μάλιστ' αἰδώς μ' ἔχει εἰς ὄμματ' ἐλθεῖν τοῖσιν ἐξειργασμένοις, *cuius maxime vereor in conspectum venire, ob haec facta.* Nexus quoque cum v. 13. hoc modo non redditur impeditus, dummodo δὲ pro γὰρ ibi positum esse memineris.

CAP. XI. v. 5.

Λογίζομαι γὰρ μηδὲν ὑστερηκέναι τῶν ὑπερλίαν ἀποστόλων.

Duplex hic locum habere potest interpretatio τοῦ ὑστερηκέναι, diuersa constructione nitens. Vertere potes: *Nihil mihi deesse, ex iis, quae insunt eximiis apostolis,* quo sensu τί ἔτι ὑστερῶ habes Matth. 19, 20. et ita locum hunc explicasse videtur I. C. Schwarzius in *Lexico N. T.* Tum vero τῶν ἀποστόλων construendum foret cum voce μηδέν. Quum vero hoc non solum verborum transiectionem, sed et ellipsin duriusculam supponat: malo cum aliis vertere: *Nulla in re inferiorem me esse eximiis apostolis.* Hoc sensu τὸ ὑστερεῖν praeter locum c. 12, 11. habet Plutarchus de *fortun. Rom.* p. 321. vbi fortuna fingitur ad Romulum dicens: *Illustria sunt sane et magna tua facta, et reuera docuisti, te sanguinem et genus Deorum esse,* ἀλλ' ὁρᾷς πόσον ὑστερεῖς μου; *sed videsne tamen quanto me sis inferior?* vbi additur caussa, quod nullus plane fuisset Romulus, nisi fortuna illum vt infantem expositum conseruasset. Idem de *gloria Athen.* p. 348. τοσοῦτον τῶν ἱστορούντων οἱ πλάττοντες τὰς πράξεις ὑστεροῦσιν, *tanto interuallo absunt res gestas fingentes a narrantibus, quanto hi a rem gerentibus.*

Ὑπερ-

Ὑπερλίαν, *plusquam valde* aduerbium eſt compoſitum vt ὑπερεῦ, *plusquam bene*, quo vtitur Plutarchus *conſol. ad vxor.* p. 611. nonnullos Homeri verſus vocans πεποιημένες ὑπερεῦ *pereximie confectos;* Idem de *Socrat. gen.* p. 578. ἐχ ὑπερεῦ Θαλῆς - - ἔφη, *non adeo bene Thales - - dixit.* H. l. *cum articulo* οἱ ὑπερλίαν ἀπόςολοι ſunt, *eximii apoſtoli.*

V. 12.

Ινα ἐκκόψω τὴν ἀφορμὴν τῶν θελόντων ἀφορμήν.

Ἐκκόπτειν ἀφορμὴν eſt, *amputare occaſionem.* Vtitur hac locutione Hierocles *carm. aur. Pyth.* p. 173. τὸ δὲ βελεύεσθαι πρὸ ἔργε πρὸς τοῖς ἄλλοις ἀγαθοῖς, καὶ τῆς οἰήσεως ἐκκόπτει τὰς ἀφορμὰς, *conſultatio ante rem factam, praeter alios fructus, incertarum quoque opinionum amputat occaſiones.* Similiter τὸ ἐκκόπτειν vſurpat p. 174. *Ignorantiae conſcientia, naſcentem ex vana opinione*, προπέτειαν ἐκκόπτει *temeritatem amputat.* Reſpicit h. l. τὸ ἐκκόπτειν ad τὸ Φραγήσεται v. 10. Sibi dicit apoſtolus nunquam hanc laudem gratis praedicati euangelii *interclusum* iri: ſe vero *amputare* poſſe et velle τοῖς ψευδαποςόλοις *occaſionem* gloriandi, quod ſimiles eſſent apoſtolo.

V. 21.

Κατὰ ἀτιμίαν λέγω, ὡς ὅτι ἡμεῖς ἠσθενήσαμεν.

Verte: *Ad dedecus hoc dico, quod nos infirmi fuerimus.* Phraſis ſimilis eſt: 1 Cor. 6, 5. πρὸς ἐντροπὴν ὑμῖν λέγω. Κατὰ frequens eſt, hoc ſenſu. Tit. 1, 1. καθ' εὐσέβειαν, Ioh. 2, 6. κατὰ τὸν καθαρισμόν. Demoſthenes *adu. Timoth.* p. 701. κατ' ἐμπορίαν ἰδίαν ἀποδημῶν, *priuatae negotiationis cauſſa huc profectus.* Ibid. p. 703. Arrianus *rer. Indic.* p. 575. τῶν τινες κατὰ ζήτησιν τῦ Νεάρχε ἐςαλμένων, *nonnulli ex iis, qui ad quaerendum Nearchum miſſi erant.* Ibid. p. 576. Apud Ioſephum *ant.* l. 2. c. 3. p. 45. Ruben in Aegypto ad

Iosephum dicit: οὐ κατ᾽ ἀδικίαν δεῦρ᾽ ἤλθομεν, *non huc venimus damnum aliquod allaturi.* Ibid. l. 3. c. 10. p. 94. Mosen asserit de leprosis leges dedisse, κατὰ τιμὴν τοῦ θεοῦ τοῦτο ποιῶν, *ita vt in honorem Dei hoc faceret.*

In ὡς ὅτι, *quod,* τὸ ὡς παρέλκει. Sic Iosephus *cont. Apion.* l. 1. p. 1038. *Satis, vt opinor, ostendi,* ὡς ὅτι πάτριός ἐστιν ἡ περὶ τῶν παλαιῶν ἀναγραφὴ, *quod vsitata sit rerum gestarum conscriptio apud barbaros magis, quam Graecos.* Dionysius Hal. *ant.* l. 9. p. 571 ἐπιγνοὺς ὡς ὅτι ἐν ἐσχάτοις εἰσὶν οἱ κατακλεισθέντες, *monitus, quod in extremo periculo essent obsessi.*

Cum ironia quadam hic loquitur Apostolus. Obiecerant aduersarii Paulo ταπεινότητα et ἀσθένειαν supra c. 10, 1. 10. haec est ratio, quod toties c. 11. c. 12 et c. 13. τὸ ἀσθενεῖν et ἀσθενείας, quamuis diuerso sensu sibi tribuat, vide c. 13, 3. 4. 9. In h. l. vero eleganter suam ἀσθένειαν opponit τῇ δυνάμει τῶν ψευδαποστόλων. Hi poterant καταδουλοῦν, κατεσθίειν, λαμβάνειν, *rapere,* imo εἰς πρόσωπον δέρειν. Ostendebant haec horum hominum *vim* imo *violentiam;* exercebant haec τὴν ἀνοχὴν apud Corinthios v. 19. 20. De his rebus Apostolus dicit, *fateri se se, se in illis infirmum fuisse,* se tamen id dicere in *dedecus* falsorum apostolorum, quippe qui de sua cum apostolo similitudine praecipue gloriabantur, v. 12.

V. 23.

Διάκονοι Χριστοῦ εἰσιν; παραφρονῶν λαλῶ, ὑπὲρ ἐγώ.

Vocula ὑπὲρ h. l. aduerbialiter pro πλέον, f. μᾶλλον ponitur, quod et sequentia ostendunt, vbi nonnisi aduerbia vti περισσοτέρως cet. τῷ ὑπὲρ respondent. Quanquam re ipsa non dissentiunt, qui suppleri iubent αὐτοὺς. Sic enim ex praepositionibus aduerbia fiunt, quando casus eorum supprimitur. Addam aliquot exempla

pla similia. Sic πρὸς notat, *insuper*, *amplius*, *praeterea*. Isaeus *orat*. 10. p. 586. δύο καὶ εἴκοσι μναῖ καὶ πρὸς, *duae et viginti minae et aliquid amplius*. Demosthenes *orat*. *1*. *in Philip*. p. 17. τάλαντα ἐννενήκοντα καὶ μικρόν τι πρὸς, *nonaginta talenta et paulo amplius*. Idem adu. *Androtion*. p. 426. et *in Aphob*. *or*. 1. in fine στερομένους καὶ πρὸς ὑπὸ τούτων ὑβριζομένους, *spoliatos et praeterea ab istis contumelia adfectos*. Μετὰ sine casu, est *postea*. Polybius l. 5. c. 15. p. 507. μετὰ δὲ βάλλειν ἐνεχείρησαν τοῖς λίθοις, *deinde et lapidibus incessere coeperunt*. Appianus *bell*. *ciu*. l. 5. p. 1168. μετὰ δὲ αἱ νῆες αὐταὶ συνεῤῥήγνυντο ἀλλήλαις, *postea vero naues ipsae inter se concurrebant*. Lucianus in *auction*. *vitar*. p. 362.

v. 24.

Ὑπὸ Ἰουδαίων πεντάκις τεσσαράκοντα παρὰ μίαν ἔλαβον.

Er. Schmidius παρὰ μίαν explicat: *alternis diebus* voce ἡμέραν subintellecta. Rectius alii vertunt: *quinquies quadraginta plagas accepi praeter vnam* sc. *plagam* f. *excepta vna*. Παρὰ *praeter* etiam eum habere possit sensum, apostolum accepisse 40 plagas et *insuper vnam* i. e. 41. Sic παρ' ὃ παρελάβετε Gal. 1, 9. Id vero antiquitati Iudaicae repugnat, et contra hanc notionem vt et Schmidii explicationem iuuabit aliquot adferre exempla, vbi παρὰ vsurpatur, quum numerus minor a maiori subtrahitur. Apud Lucianum in *Cataplo* p. 430, quum Mercurius ad Aeacum mille et quatuor mortuos adferre deberet, et ἐνέδει νεκρὸς εἰς τῷ λογισμῷ *mortuus vnus huic numero deesset*, Aeacus ad illum dicit, σὺ δέ μοι παρ' ἕνα ἥκεις ἄγων, *tu mihi illos excepto vno adducis*. Iosephus l. 4. *ant*. c. 7. p. 118. τῶν δὲ τεσσαράκοντα ἐτῶν παρὰ τριάκονθ' ἡμέρας συμπεπληρωμένων, *quum ex quadraginta annis non nisi triginta dies superessent*.

Τεσσα-

Τεσσαράκοντα (subaudi πληγὰς) ἔλαβον. Phrasin plenam habet Xenophon *Cyrop.* l. 1. p. 23. *Quodsi visus forem velle decipere quenquam hominem*, πολλὰς πληγὰς οἶδα λαμβάνων, *multis verberibus caesus essem.* Similis ellipsis reperitur Luc. 12, 47. 48. et apud Demosthenem de *fals. legat.* p. 225. *seruus lacerata et direpta tunica*, ξαίνει κατὰ τοῦ νώτου πολλὰς, *crebras plagas tergo ingerit.*

CAP. XII. v. 2.

Εἴτε ἐν σώματι οὐκ οἶδα· εἴτε ἐκτὸς τοῦ σώματος οὐκ οἶδα.

Vocula εἴτε, εἴτε per *vtrum*, *an* hic et v. 3. vertenda est, ita vt primum οὐκ οἶδα pleonastice sit positum, quemadmodum ארעה Gen. 18, 21. abundat. Addam exempla notionis rarioris in plerisque *Lexicis N. T.* neglectae. Dionysius Hal. *ant.* l. 1. p. 50. *De qua non possum adfirmare*, εἴτε ἦν οἰκουμένη καὶ πρότερον εἴτε ἐρήμη, *vtrum habitata prius fuerit*, *an deserta.* Ibid. l. 2. p. 112. *Non satis certi*, εἴτε ἄρης ἐστὶν, εἴτε ἕτερός τις, *Marsne is sit*, *an alius quispiam.* Ibid. l. 11. p. 736. εἴτε βούλεται χιλιάρχους, εἴτε ὑπάτους ἀποδεῖξαι, *tribunosne an consules creare mallet.* Demosthenes adu. *Leptin.* p. 372. *Quod ipsi inquiratis*, εἴτ' ἐπιτήδειοι πάσχειν ἐστὲ εὖ τὸν ἐπίλοιπον χρόνον εἴτε μὴ, *vtrum in posterum beneficiis adfici digni sitis*, *nec ne.* Iosephus *cont. Apion.* l. 1. p. 1057. *Non dixit*, εἴτε Αἰγύπτιοι τὸ γένος εἴτ' ἔξωθεν ἥκοντες, *vtrum genere Aegyptii*, *an externi fuerint.*

In corpore esse dicitur homo, quatenus anima cum corpore iuncta est. Sic apud Xenophontem *Cyrop.* l. 8. p. 162. Cyrus dicit, se credere non posse, ὡς ἡ ψυχὴ ἕως μὲν ἂν ἐν θνητῷ σώματι ᾖ ζῇ, *quod anima tantum, quousque in mortali corpore est*, *viuat*, et deinde moriatur.

v. 9.

v. 9.

Καὶ εἴρηκέ μοι, ἀρκεῖ σοι ἡ χάρις μου· ἡ γὰρ δύναμίς μου ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται.

Verte τὸ ἀρκεῖ, *sufficienter tibi opem fert*, *gratia mea*. Ἀρκεῖν, *iuuare*, *suppetias ferre* vſurpat Euripides in *Hecuba* v. 1164. παισὶ δ' ἀρκέσαι χρήζων ἐμοῖς, *filiis meis opem ferre volens*. Ibid. v. 1233. Ἀγάμεμνον, εἰ τῷδ' ἀρκέσεις κακὸς φανῇ, *Agamemnon, ſi huic opem feres*, *malus apparebis*. Idem in *Heraclid*. v. 324. καὶ τέκνοισιν ἤρκεσας τοῖς Ἡρακλείοις, *quod opem tuleris liberis Herculeis*. Idem in *Ione* v. 952. vbi ſeni interroganti, Ἀπόλλων δ' ὁ κακὸς οὐδὲν ἤρκεσεν; *Num vero Apollo malus*, *nullam tibi opem tulit?* Creuſa reſpondet: οὐκ ἤρκεσ', *non tulit opem*. Idem in *Hercul. fur*. v. 500. Sophocles in *Electra* p. 76. θάρσει, πέφυκεν ἐσθλὸς ὥστ' ἀρκεῖν φίλοις, *confide*, *benignus eſt*; *vt opem amicis ferat*. Idem in *Philoctet*. p. 380. At ἀρκεῖν notat quoque: *ſufficienter iuuare*. De Hieroſolyma expugnata Ioſephus *bell. Iud*. l. 7. c. 47. p. 969. dicit: *Neque antiquitas*, *neque ingentes diuitiae*, *neque per totum orbem terrae diffuſa fama*, *nec magna religionis gloria*, ἤρκεσε πρὸς ἀπώλειαν αὐτῇ, *ſatis illam iuuare potuit*, *quo minus periret*. Confer ἐπαρκεῖν 1 Tim. 5, 16.

v. 15.

Ἐγὼ δὲ ἥδιστα δαπανήσω καὶ ἐκδαπανηθήσομαι ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ὑμῶν.

Alio ſenſu hic occurrit δαπανήσω, *ſumtus impendam*, alio ἐκδαπανηθήσομαι. Voce priori Paulus ſignificat, ſe *ſumtus impendere* velle, ita vt ſe euangelii cauſſa ad eos proficiſcens, ſuis ſumtibus ſuſtentaret. Voce poſteriori innuit, ſe etiam omnes vires ſuas, imo ipſam vitam pro ipſis *conſumere* velle. Ἐκδαπανᾶν pro

pro *consumere* habet Polybius l. 17. c. 11. p. 1046. *κατὰ γῆν πλείςων αὐτοῖς χορηγιῶν ἐκδεδαπανημένων, plerisque in terra commeatibus absumtis.* Frequens est τὸ δαπανᾶν de corporibus s. vita hominum *absumta.* Achilles Tatius l. 3. p. 193. *Viscera vero vbi sunt? εἰ μὲν δεδαπανήκει τὸ πῦρ, si ignis ea consumsisset, leuior sane iactura esset.* Appianus *bell. ciu.* l. 5. p. 1138. *πρὸς θηρίων εὑρέθη τις δεδαπανημένος, repertus est homo quidam a feris absumtus.* Ibid. paulo post; vt et l. 4. p. 1050. *τοὺς μὲν ὑπὸ τοῦ πυρὸς, τοὺς δ' ὑπὸ λιμοῦ καὶ δίψης δαπανωμένους, quorum alii igne, alii fame et siti absumti erant.* Iosephus *ant.* l. 7. c. 10. p. 244. peste morientes vocat, *εἰς τὸ παντελὲς δαπανωμένους, penitus absumtos.* Apud Plutarchum in *Galba* p. 1060. Tigellinus haud diu superfuturus dicitur, vtpote, *ὑπὸ φθινάδος νόσου δαπανώμενος, tabe confectus.*

EPI-

EPISTOLA AD GALATAS.

CAP. I. v. 6.

Θαυμάζω ὅτι ὅτω ταχέως μετατίθεσθε ἀπὸ τȣ̃ καλέσαντος ὑμᾶς ἐν χάριτι Χριςȣ̃ εἰς ἕτερον εὐαγγέλιον.

Μετατίθεσθαι est, *ad aliam ſententiam traduci* ſ. *tranſire*, *ad alias partes deficere*, *deſciſcere*, et plus ſignificat quam προστίθεσθαι, *ſeſe adiungere* Act. 2, 41. Sic Plutarchus de *virtut. moral.* p. 447. homines in philoſophicis doctrinis aſſerit absque dolore ſolere, ὑπὸ τῶν ἑτέρων ἄγεσθαι, καὶ μετατίθεσθαι πολλάκις, *ab aliis flecti et ſaepe in aliam traduci ſententiam.* Cum ἀπὸ verbum hoc conſtruit Iamblichus *protrept. ad philoſ.* c. 17. p. 102. μεταθέσθαι ἀπὸ τȣ̃ ἀπλήςως καὶ ἀκολάςως ἔχοντος βίȣ, ἐπὶ τὸν κοσμίως, *a vita inexplebili et intemperanti*, *ad modeſtius ſe conferre vitae genus.* Appianus *bell. Mithrid.* p. 324. ἀπὸ Ἀρχελάȣ πρὸς Σύλλαν μετετίθετο, *ab Archelao ad Syllam deſciſcebat.* Cum ἐκ illud iungitur ab eodem *bell. ciu.* l. 5. p. 1173. *Pars continuo, pars nocte ſequenti*, μετετίθεντο ἐκ Λεπίδȣ πρὸς Καίσαρα, *a Lepido ad Caeſarem defecerunt.* Cum εἰς idem *bell. hiſp.* p. 438. καὶ πολλαὶ τῶν πόλεων ἐς αὐτȣ̀ς ἑκȣ̃σαι μετετίθεντο, *et multae vrbes ſponte ad illos tranſibant.* Ibid. p. 440. Ἴβηρες ὅσοι δι' αὐτȣ̀ς ἐς Ῥωμαίȣς μετέθεντο, *Iberes qui propter illos ad Romanos tranſierant.*

v. 18.

Ἀνῆλθον εἰς Ἱεροσόλυμα ἱςορῆσαι Πέτρον.

Verba: ἱςορῆσαι Πέτρον verte: *vt Petrum cognoſcerem*, ſ. *vt Petrum mihi notum redderem.* Haec enim eſt notio verbi, quod de rerum inſignium et memorabilium contemplatione et notitia praecipue occurrit. Ioſephus *bell.*

 Iud.

Iud. l. 7. c. 7. p. 947. Iulianum quendam centurionem vt virum fortiſſimum laudat et de eo dicit: *ἐκ ἄσημος ὢν ἀνὴρ, ὃν ἐγὼ κατ᾽ ἐκεῖνον ἱςόρησα τὸν πόλεμον, vir erat non ignobilis, qui mihi in bello iſto innotuit.* Arrianus *Diſſert. Epict.* l. 2. c. 14. p. 209. Mundum hunc panegyrin eſſe dicit, in quo pauci ſint ſpectandi ſtudioſi, qui quid mundus ſit, et a quonam adminiſtretur, recte conſiderent, et de iis, qui id, vti par eſt, faciunt, addit: *τέτῳ μόνῳ σχολάζεσι, τῷ τὴν πανήγυριν ἱςορήσαντ᾽ ἀπελθεῖν, in id vnicum ſunt intenti, vt panegyri hac ſatis cognita diſcedant.* Apud Plutarchum de *Socratis gen.* p. 578. de Thalete dicitur, quod interrogatus: *ὅτι καινότατον ἱςορήκοι, τύραννον ἔφη γέροντα, quaenam res maxime memorabilis ipſi innotuiſſet, reſponderit, ſenem tyrannum.* Nicolaus Damaſc. de *moribus gentium* p. 510. Anacharſim dicit, in Graeciam veniſſe, *ἵνα ἱςωρήσῃ τὰ τῶν ἄλλων νόμιμα, vt aliarum gentium leges et ritus ſibi notos redderet.*

CAP. II. v. 2.

Κατ᾽ ἰδίαν δὲ τοῖς δοκῦσι, μήπως εἰς κενὸν τρέχω ἢ ἔδραμον.

Οἱ δοκῦντες hic vocantur, *qui eminent, qui in exiſtimatione ſunt.* Recurrit vox et elliptice et plenius *οἱ δοκῦντες εἶναί τι* v. 6. Similiter Xenophon in *Hierone* p. 577. *Iſta quae hactenus narras mihi, videntur exigui eſſe momenti.* Πολλὺς γὰρ ἔφη ἔγωγε ὁρῶ τῶν δοκύντων ἀνδρῶν εἶναι, *multos enim video graues probatosque viros eſſe, qui ſponte in cibo, potu et obſoniis aliis inferiores ſunt, et a rebus venereis abſtinent.* Euripide auctore in *Troad.* v. 608. de familiae ſuae pernicie loquens Hecuba dicit: *ὁρῶ τὰ τῶν Θεῶν, ὡς τὰ μὲν πυργῦσ᾽ ἄνω, τὰ μηδὲν ὄντα, τὰ δὲ δοκῦντ᾽ ἀπώλεσαν, video Deorum numina, quae ea in ſublime tollunt, quae nihil ſunt, ea vero, quae eminebant, perdiderunt.*

Sequen-

Sequentia μήπως εἰς κενὸν τρέχω construenda sunt cum ἀνεθέμην, et idem sunt cum verbis μήπως εἰς κενὸν γένηται ὁ κόπος ἡμῶν 1 Thess. 3, 5. Phil. 2, 16. Εἰς κενὸν, *in cassum*, *frustra*. Iosephus *ant.* l. 19. c. 1. p. 654. ὅπως μὴ εἰς κενὸν, ἀλλ' ἐπὶ καταπράξει τῶν βεβουλευμένων ταῖς χερσὶ χρῶτο, *ne in cassum, sed cum exsecutione propositi manibus vteretur.* Ibid. p. 659. μὴ διαχυθείη τὰ τῶν καιρῶν εἰς κενὸν, *ne frustra occasio perderetur*; et *bell. Iud.* l. 1. c. 11. p. 733. *Phasaële mortuo*, εἰς κενὸν Ἡρώδης φιλάδελφος ἦν, *frustra fratris amans erat Herodes.*

v. 6.

Ἀπὸ δὲ τῶν δοκούντων εἶναί τι, ὁποῖοί ποτε ἦσαν οὐδέν μοι διαφέρει· πρόσωπον Θεὸς ἀνθρώπου οὐ λαμβάνει· ἐμοὶ γὰρ οἱ δοκοῦντες οὐδὲν προσανέθεντο.

Quod hic occurrit σολοικοφανὲς, magnam diuersarum explicationum hic peperit farraginem. Hombergius in *Parergis S.* verba priora vertit: *Ab illis vero, qui videntur esse aliquid, non differo*, quem alios sequi video. Huius vero sententiae patronis vel vnico exemplo probanda erat constructio, οὐδέν μοι διαφέρει ἀπὸ τούτου, *ego ab hoc nulla in re differo.* Constanter quantum scio, Graeci διαφέρειν hoc sensu vt personale construunt, ita vt apostolus dicere debuisset οὐδὲν διαφέρω, s. ἐν οὐδενὶ διαφέρω. Mihi duae nouae huius loci explicationes subnatae sunt, quarum neutra parenthesi indiget, et vtraque τὸ ἀνακόλουθον et σολοικοφανὲς tollit. Verba priora huius versus, de τοῖς παρεισάκτοις ἀδελφοῖς v. 4. intelligo, sicque verto: *Ex iis autem, quorum magna erat existimatio, quinam vnquam fuerint, mea nihil interest.* Construo igitur ἦσαν cum antecedentibus ἀπὸ τῶν δοκούντων. Ita vero duplex prodit sensus. Εἶναι ἀπὸ τινῶν idem notare potest ac εἶναι ἐκ τινῶν, *eiusdem cum aliis esse sententiae, cum aliis sentire et facere, societate cum aliis coniunctum esse.* Hoc sensu Seruator noster saepe dicit, discipulos suos οὐκ εἶναι ἐκ τοῦ κόσμου Ioh. 15, 19. c. 17, 14. 16. et

ipse Iohannes de falsis apostolis dicit epist. 1. c. 2, 19. ἐξ ἡμῶν ἐξῆλθον, ἀλλ' οὐκ ἦσαν ἐξ ἡμῶν. Ὁποῖοι positum est pro *τίνες quinam*, quo sensu Homerus *Odyss.* ξ. v. 188. dicit: ὁπποίης δ' ἐπὶ νηὸς ἀφίκεο; *qua autem in naue venisti?* Demosthenes *or. 3. in Philip.* p. 13. *Si quis forte vestrum Aristidis et Miltiadis aedes - - nouit*, ὁποῖα ποτ' ἐστὶν, *quaenam illae sint?* Obiici poterat apostolo, esse tamen illos παρεισάκτους ἀδελφοὺς viros, qui Hierosolymis venerint Act. 11, 19. 27. et c. 15, 1. et hos in eadem sententia esse cum principibus in ecclesia viris, aut idem saltem olim cum his sensisse apostolos, quorum animis diu inhaeserat opinio de retinendis ritibus Mosaicis Act. 10, 10. 14. c. 11, 2. Ad hoc regerit Paulus: *Sua nihil interesse, vtrum hi* παρείσακτοι ἀδελφοὶ *vnquam idem senserint cum* τοῖς δοκοῦσι εἶναί τι. *Deum enim, qui non sit* προσωπολήπτης, *doctrinam sibi reuelatam, non suspensam voluisse, ex aliorum eminentium in ecclesia virorum opinionibus et iudicio.* Altera explicatio, quae mihi potior esse videtur, in eo consistit, vt εἶναι ἀπὸ τῶν δοκούντων εἶναί τι, idem significet, ac εἶναι δοκοῦντα εἶναί τι, s. δοκεῖν εἶναί τι. Sic Gen. 47, 2. ἀπὸ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ παρέλαβε πέντε ἄνδρας i. e. παρέλαβε πέντε ἄνδρας ἀδελφοὺς αὐτοῦ. Saepius subaudiendum relinquitur ἀπό. Iosephus cont. *Apion.* l. 1. p. 1039. οἱ δοκοῦντες ἀκριβέστατοι συγγραφεῖς, ὧν ἐστιν Ἔφορος, *qui accuratissimi scriptores esse putantur, ex quibus est Ephorus.* Xenophon *dict. et fact. Socr.* l. 1. p. 451. *Num tu censes Critobulum* εἶναι τῶν σωφρονικῶν ἀνθρώπων μᾶλλον ἢ τῶν ἐραστῶν, καὶ τῶν προνοητικῶν μᾶλλον ἢ τῶν ἀνοήτων τε καὶ ῥιψοκινδύνων; *hominem esse frugi an amatorem? prouidumne an amentem vel temerarium?* Similiter apud Latinos Cornelius Nepos in *Conone* c. 2. Tissaphernem dicit *ex intimis regis* fuisse i. e. *intimum regis.* Sic ergo sensus apostoli est: *Sua nihil interesse, vtrum hi fratres irreptantes ipsi in magna existimatione sint fuerintue nec ne; euangelium nempe a se praedicatum non niti auctoritate hominum.* Phrasin οὐδέν μοι διαφέρει, *nihil mea interest*, integram habet

habet Demosthenes cont. *Theocrin.* p. 512. et in *Olympiodor.* p. 696.

Verba vltima ἐμοὶ οἱ δοκοῦντες οὐδὲν προσανέθεντο, verto: *Illi, qui eminebant, nihil mihi noui imposuerunt.* Ἀνατίθεσθαι est, aliquid alteri *imponere*, *in illum transferre*, quod probatum vide ad Act. 25, 14. Hinc προσανατίθεσθαι, *aliquid noui imponere.* Respicit Paulus ad τὴν χάριν τὴν δοθεῖσαν ἑαυτῷ, *munus apostolicum sibi iniunctum* v. 9. quod ad gentes praeputiatas sine legum Mosaicarum obseruatione ad Christum conuertendas spectabat. In hoc igitur munere explendo asserit, *nihil noui sibi imposuisse* τοὺς δοκοῦντας στύλοι εἶναι. Petrum, Iacobum, Iohannem ceterosque viros citra controuersiam in ecclesia principes; *suis humeris* non sane rituum Iudaicorum apud gentiles introductionem *imposuisse*, sed ipsi *tantum* beneficum in pauperes studium commendasse v. 10.

CAP. III. v. 4.

Τοσαῦτα ἐπάθετε εἰκῇ; εἴγε καὶ εἰκῇ.

Πάσχειν est vocabulum μέσον, et generatim notat re aliqua *adfici* siue mala siue bona; imo haud raro significat *beneficiis adfici*, etiamsi voculae εὖ, ἀγαθὸν aut similes non adiiciantur. Apud Aristophanem in *Nubibus* Act. 1. scen. 6. p. 154. Socrates Strepsiadi si ex se disceret, κλέος οὐρανομῆκες pollicetur, et huic quaerenti, τί πείσομαι; *quid mihi fiet?* respondet, illum ζηλωτότατον βίον ἀνθρώπων, *vitam inter homines aemulatione dignissimam* acturum esse. Chares apud Stobaeum *serm.* 17. p. 156. γαστρὸς δὲ πειρῶ πᾶσαν ἡνίαν κρατεῖν, μόνη γὰρ ὧν πέπονθεν οὐκ ἔχει χάριν, *ventrem modis omnibus refrenare stude, quandoquidem solus beneficiis acceptis ingratus est.* Quum h. l. de nullo damno, quod passi erant Galatae, sed tantum de acceptis spiritus s. beneficiis Apostolus loquatur, perquam probabile fit, verba: τοσαῦτα ἐπάθετε εἰκῇ vertenda esse: *tantisne beneficiis frustra adfecti*

adfecti estis? Obiicit b. Wolfius in *Curis* ad h. l. nullo ſacrorum ſcriptorum loco acceptionem verbi in bonam partem euinci poſſe. Reſpondeo, neque etiam id opus eſſe, cum de hoc e profanis ſatis conſtet. Dubium tamen eſt, quid velint haec vxoris Pilati *πολλὰ ἔπαθον*, *varie adfecta ſum* Matth. 27, 19. Potuit mulier illa ſomnians ſuauibus ſe oblectare viſis, Ieſum abſolui debere ſuadentibus. Clarius eſſe videtur, verba *ὅσα πεπόνθασι* Eſth. 9, 26. de liberatione Iudaeorum e manu Hamanis agere. Cel. Elsnerus ſignificationem verbi in bonam partem Atticis inprimis et Poëtis familiarem dicit. Addam ergo duo exempla ex ſolutae orationis ſcriptoribus, qui Attici non ſunt. Apud Ioſephum *ant.* l. 3. c. 13. ad Iſraëlitas murmurantes Moſes dicit, Deum ipſi de Iſraëlitis exprobraſſe, *ὅσα παθόντες ἐξ αὐτοῦ, καὶ πηλίκων εὐεργεσιῶν μεταλαβόντες, ἀχάριστοι πρὸς αὐτὸν γένοιντο*, *quantis bonis ab ipſo adfecti, et quantis beneficiis acceptis, ingrati erga ipſum facti eſſent.* Dionyſius Hal. *ant.* l. 7. p. 457. *Hanc vobis plebs, Patres conſcripti gratiam egregiam, ἀνθ᾽ ὧν ἔπαθε πολλῶν ὄντων καὶ μεγάλων, pro acceptis multis magnisque beneficiis, vel reddidit iam, vel redditura erat.*

Melius quoque haec explicatio cohaeret cum verbis *εἴγε καὶ εἰκῆ*, *dummodo temere*, ſic enim ſenſus eſt: Habere Galatas, de quo laetari poſſent, ſi tantum vlteriorem beneficiorum diuinorum perderent fructum, non vero inſuper grauiſſimis poenis ſe obnoxios redderent, quod beneficiis his tam male vſi ſint, iisque non obſtantibus a Chriſto deſciuerint. Contra ea ſi *πάσχειν* de *adflictionibus* Galatarum propter Chriſtum ſuſceptis accipias: ſolum harum perpeſſionum fructum perdebant Galatae, *poenam* ſane pro *adflictionibus*, quas Chriſti cauſſa perpeſſi erant, etiam Chriſto renunciantes formidare non poterant. *Εἴγε καὶ dummodo* habet Antoninus de *rebus ſuis* l. 5. §. 34. *δύνασαι ἀεὶ εὐροεῖν εἴγε καὶ ὁδεύειν, εἴγε καὶ ὁδῷ ὑπολαμβάνειν, καὶ πράσσειν ſemper proſpera vti potes fortuna, dummodo recta via incedis, dummodo recte*

recte cogitas atque agis. Sine καὶ τὸ ἔγε habet Polybius l. 9. c. 32. p. 794. *Nihil turpe ducere*, ἔγε μόνον πρόσεστι τὸ πλεονεκτεῖν, *dummodo lucrum ei insit.*

v. 23.

Ὑπὸ νόμον ἐφρουρούμεθα συγκεκλεισμένοι, εἰς τὴν μέλλουσαν πίστιν ἀποκαλυφθῆναι.

Φρουρεῖσθαι, *custodiri* etiam ii dicuntur, qui in carcere custodibus septi sunt, aut in vrbe aliqua a praesidio in officio continentur siue exitu prohibentur. Improprie Sapient. 17, 16. dicitur: ἐφρουρεῖτο εἰς τὴν ἀσίδηρον εἱρκτὴν κατακλεισθεὶς, *carceri non ferreo inclusus custodiebatur.* Apud Dionysium Hal. *ant.* l. 6. p. 376. custodes portis praefecisse dicitur senatus Romanus, φρουρεῖν τὰς ἐξόδους, *ad exitus vrbis custodiendos*, ne plebs vrbe exiret. Συγκεκλεισμένοι *inclusi* etiam vocantur vel carceri traditi, vel a praesidio quoque siue exercitu hostili *exitu interclusi* siue in *angustias redacti.* Sic 1 Macc. 6, 18. milites, qui arcem Hierosolymae tenebant, erant συγκλείοντες τὸν Ἰσραὴλ κύκλῳ τῶν ἁγίων. H. l. lex cerimonialis vocatur Iudaeos φρουροῦσα et συγκλείουσα, eos libertate spolians et, quasi carceri siue vrbi inclusos atque δεδουλωμένους c. 4, 3. in officio continens. Simillime Demosthenes or. *Philip.* 1. p. 18. *Quodsi* - - πᾶσαν τὴν δύναμιν νόμῳ κατακλείσητε, ἐπὶ τῷ πολέμῳ μένειν, *totum exercitum lege obstrinxeritis, vt bello continenter incumbat.* Aeschines de *fals. legat.* p. 252. εἰς συνθήκην τινὰ ἡμᾶς κατέκλεισεν, *pactione quadam nos obstrinxit.*

CAP. IV. v. 2.

Ἄχρι τῆς προθεσμίας τοῦ πατρός.

Προθεσμία h. l. *tempus praefinitum*, *terminum constitutum* denotat. Vsurpatur vox tam de *temporibus* a natura, quam ex entium intelligentium arbitrio praestitutis. Ignotam esse hominibus τὴν τοῦ θανάτου προθεσμίαν Plutarchus dicit *Consol. ad Apoll.* p. 107. Achilles

Tatius l. 4. p. 247. de Nilo dicit, ἔςι ποταμὸς μετὰ προθεσμίας τὸν χρόνον τηρῶν, *est flumen quod praestituto termino tempus suum obseruat.* Idem l. 1. p. 31. vocat τὴν προθεσμίαν τῶν γάμων *statutum nuptiis diem.* Ibid. l. 5. p. 311. Demosthenes adu. *Nausimach.* p. 635. τῦ νόμου πέντε ἔτη τὴν προθεσμίαν δεδωκότος, *cum lex tempus praefinitum quinque annorum dederit.* Idem de *corona* p. 331. Iosephus *ant.* l. 12. c. 4. p. 405. προθεσμίας ἐνεςώσης, *instante tempore statuto, quo regi tributa soluenda erant.* Lamb. Bos de *Ellips.* p. 92. suppleri iubet vocem ἡμέρα; at eodem iure subaudire potes ὥραν *tempus*, quam vocem loco Demosthenis citato subintelligi necesse est. Achilles Tatius l. 4. p. 233. προθεσμίαν ἡμερῶν dicit et l. 5. p. 333. vocem hanc de *loco* vsurpat. Ἰδὲ καὶ Ἔφεσος ἡ προθεσμία τῶν γάμων, *ecce iam Ephesi sumus, statuto nuptiis loco.* Vbi χώρα f. πόλις subaudiri potest.

V. 14.

Καὶ τὸν πειρασμόν μου τὸν ἐν τῇ σαρκί μου οὐκ ἐξουθενήσατε, οὐδὲ ἐξεπτύσατε.

Plus vtique est ἐκπτύειν quam ἐξουθενεῖν. Prius notat, *respuere, abominari, auersari, cum horrore reiicere.* Plutarchus de *fort. vel virt. Alex. orat.* 1. p. 328. Alcibiadem aliosque praeceptis philosophorum non obtemperantes, dicit, ὥσπερ χαλινὸν τὸν λόγον ἐκπτῦσαι, *sanas doctrinas veluti frenum aliquod exspuisse.* Apud Sophoclem in *Antigon.* p. 214. filio Haemo cuius sponsa erat Antigone, suadet Creon, vt illam πτύσας ὡσεί τε δυσμενῆ, *veluti inimicam exspuens* alio apud inferos ducendam relinqueret. Apud Euripidem in *Androm.* de Helena, quam abominari debuisset Menelaus, v. 607. dicitur: ἣν χρῆν σ' ἀποπτύσαντα μὴ κινεῖν δόρυ, *quam oportebat te auersantem non mouere hastam.* Ibid. in *Helena* v. 73. Teucer dicit: θεοί σ', ὅσον μίμημ' ἔχεις Ἑλένης, ἀποπτύσειαν, *Dii te, quae Helenae tam similis es, abominentur.* Idem in *Hippolyt.* v. 614. Hesiodus *op. et di.* v. 724. de Diis

Diis dicit: Οὐ γάρ τοίγε κλύουσιν, ἀποπτύουσι δὲ τ' ἀρὰς, *neque enim exaudiunt, sed abominantur preces.* Καταπτύειν eodem ſenſu habet Aeſchines de *falſ. legat.* p. 250. de Demoſthene dicens, δυσχεραίνει καὶ καταπτύει δωροδοκίας, *auerſatur et deſpuit largitiones.* Idem *cont. Cteſiph.* p. 284. ὁ νῦν κελεύων τῶν Μακεδόνων καταπτύειν, *qui nunc conſpuere iubet Macedones.*

v. 17.

Ζηλοῦσιν ὑμᾶς οὐ καλῶς, ἀλλὰ ἐκκλεῖσαι ὑμᾶς θέλουσιν, ἵνα αὐτοὺς ζηλοῦτε.

Ἐκκλείειν eſt, *excludere, arcere, auellere.* Ioſephus *bell. Iud.* l. 2. c. 31. p. 811. de ſeditioſis ſub Eleazaro, qui hoſtes ſuos ad ritus ſacros peragendos in templum admittere nolebant, dicit: τοὺς μὲν διαφόρους τῆς θρησκείας ἐξέκλεισαν, *aduerſarios ſuos a cultu religionis excluſerunt.* Phraſis vero Pauli elliptica eſt. Subaudi ἐκκλεῖσαι (μου ſ. ἀπ' ἐμοῦ) ὑμᾶς θέλουσι, *excludere vos a me volunt.* Id eſt: Vos ita cupiunt, a me auertere et auellere, ne me amplius tam tenero amore proſequamini v. 18 et 15. neque mihi vt apoſtolo morem geratis. Haud inſolens eſt in hoc verbo ellipſis obiecti, perſonae ſ. rei, a quo fit excluſio. Dionyſius Hal. *ant.* l. 7. p. 43[illegible]. ἐβόων γὰρ ἅμα, καὶ ἐξέκλειον ἀλλήλους, *clamabant ſimul, ita vt alter alterum excluderet;* vbi ſupple ἐξέκλειον ἀλλήλους τοῦ λαλεῖν ſ. τοῦ λόγου. Similiter Plutarchus de *cohib. ira* p. 453. Iram dicit rationem ἐξοικίζειν τελέως καὶ ἀποκλείειν, *expellere penitus et excludere,* vbi ſupple ex antecedentibus τῆς ψυχῆς *ex animo.* Beza non ſine temeritate quadam pro ἐκκλεῖσαι ὑμᾶς, legi iubet ἡμᾶς, quoniam id poſcat ſententia. Voluiſſe enim aduerſarios Pauli, Paulum a Galatis vt riualem ab amica excludere. Reſpondeo, non opus eſſe, vt ζῆλος, et τὸ ἐκκλεῖσαι h. l. ad riuales vnam amicam ambientes reſpicere credatur. Non ſane Paulus ſibi dicit ζῆλον ineſſe erga Galatas, quos ipſe nonniſi paterne diligebat v. 19. ſed potius Galatis ζῆλον tribuit erga ſe v. 18. *Excludi* dicuntur etiam illi,

 qui

qui ab altero *arcentur*, ne illum vt doctorem et praeceptorem sequantur. Lucianus in *Hermotim.* p. 541. *Cum otium nunc agamus, expone mihi quaeso vt familiari tuo, quonam modo ad philosophiae studia primum te contuleris, vt et ipse, si fieri possit, vobiscum iter, hinc initium ducens, suscipiam,* οὐ γὰρ ἀποκλείσετέ με δηλαδὴ φίλοι ὄντες, *non enim vt spero, cum amici sitis, me excludetis.*

v. 24.

Ἅ τινά ἐστιν ἀλληγορούμενα.

Verte: *Quibus sensus arcanus inest, s. mysticus.* Non adeo rarum est verbum ἀλληγορεῖν ac Cel. Elsnerus opinatur. In vita Homeri a Galeo edita p. 325. de coniugio Iouem inter et Iunonem ab Homero tradito dicitur: δοκεῖ ταῦτα ἀλληγορεῖσθαι, ὅτι ἥρα μὲν νοεῖται ὁ ἀὴρ - - Ζεὺς δὲ ὁ αἰθὴρ, *hoc sensu arcano significare videtur, per Iunonem aërem intelligendum esse - per Iovem vero aetherem*, ex quibus sc. coniunctis omnia gignantur. Heraclides Ponticus *allegor. Hom.* p. 438. Fabulam Homeri, qua Iouem per Thetidem et Briareum vinculis liberatum esse fingit, hoc vnico modo putat, excusari posse, ἐὰν ἐπιδείξωμεν ἠλληγορημένον τὸν μῦθον, *si fabulae sensum arcanum subesse ostendamus.* Idem hoc verbum vsurpat, ibid. p. 407. 412. 414. bis. Philo de *migrat. Abrah.* p. 420. de quinque filiabus Zelophehad dicit: ἃς ἀλληγοροῦντες αἰσθήσεις εἶναί φαμεν, *per quas sensu arcano quinque sensus significari dicimus.* Plutarchus de *Is. et Osir.* p. 363. ὥσπερ Ἕλληνες Κρόνον ἀλληγοροῦσι τὸν χρόνον, *sicuti Graeci per Cronon* (Saturnum) *mystice tempus significant.* Ibid. p. 362. Idem περὶ σαρκοφαγ. *orat.* 1. in fine.

v. 27.

Εὐφράνθητι στεῖρα, ἡ οὐ τίκτουσα· ῥῆξον καὶ βόησον ἡ οὐκ ὠδίνουσα.

Post ῥῆξον Grotius et Raphelius *annot. Herodot.* φωνὴν, subaudiunt. *Rumpe vocem.* Saepius enim locutio haec

haec plene occurrit, ita tamen vt in ea φωνὴ plerumque *vocem* notet *inarticulatam*. Dionysius Hal. *ant.* l. 4. p. 256. οὐδὲ φωνὴν ἀπὸ τοῦ κακοῦ ῥῆξαι δυνάμενον, *ne vocem quidem prae infortunio rumpere valentem.* Sic et Demosthenes or. 3. *in Philip.* p. 51. Aristophanes in *nubib. Act.* 3. *sc.* 2. p. 177. At non necesse est φωνὴν supplere, quum ῥηγνύειν hoc sensu cum multis aliis vocibus iungatur. Iosephus *ant.* l. 19. c. 1. p. 662. βοὴ τοῦ θεάτρου ἐῤῥήγνυτο, *clamor in theatro rumpebatur*, s. *personabat.* Appianus *bell. Syr.* p. 144. ἀποῤῥηγνύντες ἤδη τὰς ἀπειλὰς ἐς τὸ φανερώτερον, *in apertiores iam minas prorumpentes.* Plutarchus in *Pericle* p. 172. de viro hoc dicit, κλαυθμόν τε ῥῆξαι, *eum in fletum erupisse.* Saepe verbum hoc *de sonis* adhibitum, notat in *vocem* aliquam *subitam* et *inopinatam erumpere.* Sic enim l. c. de Pericle dicitur, eum cum post multa necessariorum funera lacrymis et dolori diu temperasset, in vltimi filii Parali funere in lacrymas subito *erupisse.* Idem Plutarchus in *apophth.* p. 195. elephantem narrat Fabricio legato Romano iussu Pyrrhi a tergo positum esse, ῥήξαντα φωνὴν, *qui vocem subito emiserit.* Saepe quoque subest notio, *vocis altae et ingentis*, *quasi quodam cum fragore erumpentis et personantis.* Aristophanes in *equit.* act. 2. sc. 1. p. 326. hominem, qui vti Scholiastes id explicat, μετὰ σφοδρότητος, *cum impetu quodam* loquebatur vocat, ἐλασίβροντ' ἀναῤῥηγνύντα ἔπη, *detonantia rumpentem verba.* Ibid. in *Nubibus* Act. 1. sc. 4. p. 147. Strepsiades ad nubes dicit: οὐρανομήκη ῥήξατε κἀμοὶ φωνὴν, *rumpite mihi vocem, quae coelos feriat.* Patet hinc ῥηγνύειν *rumpere*, s. *facere vt aliquid erumpat*, translatum esse a nubibus, quae subito fulmina et tonitrua cum fragore montibus alliso refracto et aucto erumpere faciunt. Ellipsin vero τοῦ ῥῆξον optime puto suppleri posse, si ex 70. interp. addas εὐφροσύνην, *rumpe iubilum*, s. *persona iubilo.* Nam Ies. 54, 1. in fontibus legitur פצחי רנה *refringi fac iubilum* s. *persona iubilo*, et eandem phrasin Ies. 49, 13. recurrentem plene vertunt Graeci: ῥηξάτωσαν

τωσαν τὰ ὄρη εὐφροσύνην. Contra ea Ies. 52, 9. in fontibus elliptice est פצחו voce רנה suppressa, vbi plene Graeci ῥήξατω εὐφροσύνην. In nostris verbis, vox εὐφροσύνη eo facilius omitti poterat, quum illa implicite lateat in verbo εὐφράνθητι. En ergo *iubilum ecclesiae inopinatum, subitum, sed ingens et toto quasi orbe personans*.

v. 28.

Κατὰ Ἰσαὰκ ἐπαγγελίας τέκνα ἐσμέν.

Κατὰ Ἰσαὰκ est, *instar Isaaci, sicut Isaacus ad exemplum Isaaci*. Sic Eph. 4, 24. κατὰ Θεὸν et Hebr. 8, 9. κατὰ τὴν διαθήκην. Libanius *epist.* p. 183. 371. Themistium dicit secasse nodum plus quam Gordium, κατ' ἐκεῖνον τὸν ἐ δυνηθέντα λῦσαι, *illius exemplo, qui solvere illum non poterat.* Ibid. *epist.* 1074. p. 511. *auro circa crura ornatus sum*, κατὰ τὰς Περσικὰς σατράπας, *sicut satrapae Persarum.* Maximus Tyr. *Diss.* 18. p. 189. *Dubito, vtrum aliquem inuenturus sim, qui arte praestans sit et* κατὰ Χείρωνα ἐκεῖνον, *Chironi illo similis.* Ibid. *Diss.* 11. sub init. κατὰ τὸν ποιητὴν ἐκεῖνον et *Diss.* 16. in init. καθ' ὅμηρον αὐτόν. Iosephus *ant.* l. 15. c. 13. p. 538. portum Caesareae instructum vocat, μέγεθος κατὰ τὸν Πυραιᾶ, *magnitudine Pyraeo similem.* Achilles Tatius l. 3. p. 215. Phoenicem auem describit, vt μέγεθος κατὰ ταῶνα, *magnitudine pauonis instar.* Ibid. l. 4. p. 221. *mulierem apparuisse*, κατὰ τὸ ἄγαλμα μορφὴν ἔχουσαν, *forma statuae non absimilem.* Plutarchus *discr. adul. et am.* p. 68. *In mensa audaciam ostendere*, κατὰ τὰς δειλὰς κύνας, *ignauorum instar canum.* Lucianus in *imagin.* p. 21. *Illi, qui* κατὰ τὸν Δαίδαλον ἐχρήσαντο τοῖς πτεροῖς, *Daedali instar alis vtuntur.* Idem *Dial. Vulc. et Iou.* p. 138. et in *Pseudomant.* p. 867.

CAP. V. v. 1.

Καὶ μὴ πάλιν ζυγῷ δουλείας ἐνέχεσθε.

Ex v. 2. apparet, apostolum haec verba ad eos dicere, qui nondum circumcisi erant, adeoque ad conuersos

ex

ex paganis, qui numquam ante legi Mosaicae fuerant subiecti; adeoque vocula πάλιν respicit ad aliud iugum δȣλείας. Illi enim (supra c. 4, 8.) ἐδȣ́λευσαν *seruierant* idolis et vti c. 4, 9. additur πάλιν ἄνωθεν, *iterum denuo, nouae seruituti* se addicere volebant, ritibus nempe Iudaicis. *Vtrique seruituti* apostolus opponit partam per Christum *libertatem.*

Iugum conditionis seruilis signum esse, vulgare est. Integrae gentes *iugum subire* dicebantur, quum bello victae, *alienis viuere legibus* cogebantur. In epigrammate monimento eorum, qui ad Chaeroneam occubuerant, inscripto apud Demosthenem de *corona* p. 353. hi periisse dicuntur: ἕνεκεν Ἑλλήνων, ὡς μὴ ζυγὸν αὐχένι θέντες, δȣλοσύνης συγεϱὰν ἀΦις (leg. αἶθις vt puto) ἔχωσιν ὕβϱιν, *propter Graecos, ne illi iugo ceruici imposito, triste seruitutis subeant dedecus.*

Ἐνέχεσθαι est, *detineri*, veluti *captum* et *irretitum esse.* Plutarchus de *solert. animal.* p. 985. δελΦίνων βόλῳ ἐνσχεθέντων σαγήνῃ, *delphinis iacta sagena captis.* Idem *sympos.* l. 2. qu. 3. p. 635. dicit, sese quum aliquamdiu ouorum esu abstinuisset, in suspicionem venisse, ἐνέχεσθαι, δόγμασιν ὈϱΦικοῖς ἢ Πυθαγοϱικοῖς, quasi placitis *Orphicis aut Pythagoreorum detineretur.* Idem de *sera num. vind.* p. 554. eos qui male agant, putat ἐνέχεσθαι, παθήμασι καὶ Φόβοις καὶ πϱοσδοκίαις καὶ μεταμελείαις, *detineri tumultibus, metu, exspectatione et poenitentia.*

v. 12.

ὌΦελον καὶ ἀποκόψονται οἱ ἀναστατȣ̃ντες ὑμᾶς.

Ἀποκόπτειν, *amputare* idem h. l. est, ac *arcere, remouere, auferre.* Saepius vox cum accusatiuo rei construitur, quam personae. De *spe* ablata Plutarchus *non suau. viui sec. Epic.* p. 1106. ἀποκόπτει τὴν ἄδηλον ἐλπίδα, *spem amputat incertam.* Idem ibid. p. 1107. secundum Epicureos testatur, per mortem ἀποκεκόΦθαι πᾶν τὸ ἡδὺ καὶ τὸ ἀγαθὸν, *amputari omnia iucunda et bona.*

bona. Idem in *Numa* p. 68. Idem de *Socratis genio* p. 584. praecipit, debere homines voluptates ἀποκόπτειν, ἀνέρξεσι καὶ κατοχαῖς ὑπὸ τοῦ λόγου κολαζομένας, *amputare, ita vt illas ratione cogant et coërceant.* Idem *non suau. viui sec. Epic.* p. 1098. de appetitu ciborum dicit, ταύτην ὀξύτατος ἀποκόπτει κόρος, *illum cito aufert satietas.* De hominibus vsurpatum itidem notat *remouere*, et reditu ad coetum s. locum vnde aliquis remotus est *arcere*, s. *intercludere.* Plutarchus in *Othone* p. 1071. de Othone, cum is agmen lectissimorum militum, ab exercitu separasset, dicit: ὥσπερεί τι σῶμα τῆς δυνάμεως ἀπέκοψε, *quasi membrum aliquod exercitus abscidit.* Idem in *Arato* p. 1048. *Ne hostes occupatis Argis*, ἀποκόψωσιν αὐτὸν τῆς οἴκαδε σωτηρίας, *illum reditu domum excluderent.* Eodem sensu ἀποτέμνειν habet Polybius l. 11. c. 15. p. 885. Porro ἀποκόπτειν est, *e vita remouere, necare*, similitudine vel a fulmine quasi *amputante*, vel a *resectis* insanabilibus corporis membris, siue arborum luxuriantium surculis petita. Plutarchus de *fort. vel virt. Alex. or.* 2. p. 341. de fortuna dicit: ἀλλ' ὡς σκηπτὸς ἀπέκοψε τοὺς ἄλλους καὶ διέφθειρε, *illa fulminis instar alios homines amputauit et perdidit.* Idem de *sera num. vind.* p. 551. de Deo homines desperate malos e viuis tollente dicit: ἀλλὰ τὸ μὲν ἀνήκεστον εὐθὺς ἐξεῖλε τοῦ βίου, καὶ ἀπέκοψεν ὡς ἑτέροις γε πάντως βλαβερὸν, *qui insanabiles sunt, eos statim vita priuat et amputat, vt omnino reliquis noxios.* Patet hinc, plurimas, quas alii hic de voce ἀποκόψονται excogitarunt explicationes simul inter se coniungi posse. Optat Paulus, vt falsi apostoli occasione et facultate nocendi *intercludantur*, vt ex coetu Galatarum, imo ab obsequioso eorum amore *excludantur* (supra c. 4, 17.) imo denique, si insanabilis eorum esset malitia, *e vita* potius *remoueantur*, quam vt Galatarum salus ab iis detrimenti aliquid capiat. De *excommunicatione* non intelligendam esse hanc vocem putat Doctiss. Wolfius in *Curis*, quum non optare soleamus, quae in nostra sunt potestate, apostolus vero, qua vale-

valebat auctoritate ipse hos homines *excommunicare* potuerit, sicut in incestuosum inter Corinthios egerat. Quod statim collabitur, si obseruaueris, auctoritatem apostoli inter Galatas per falsos doctores non parum labefactatam, imo minorem saltem fuisse ac apud Corinthios. Supponebant enim eiusmodi excommunicationes, ecclesiarum, apud quas illae fieri debebant, *ὑπακοὴν* 2 Cor. 7, 15. Confer hic *Gnomonem* Bengelii.

Ἀνασατοῦν est, *euertere*, *destruere*. Parallelum est *ταράσσειν* v. 10. Verbum hoc h. l. idem significat, quod Act. 15, 24. *ἀνασκευάζειν τὰς ψυχὰς*, vbi conferas velim singula ibi notata. Animarum *destructio* opponitur *τῇ οἰκοδομῇ*. Vtroque loco *destruentes* sunt illi, qui doctrinis Iudaicis fundamentum fidei destruentibus, animos imbuebant. Verbum *ἀνασατοῦν* in Graecis antiquioribus haud facile reperias. Harpocration *ἀνασκευάσασθαι* explicat, per *ἀνασατωθῆναι ἐν τῷ βίῳ*, *euerti quod ad opes attinet*, *opibus euerti*. Iul. Pollux l. 3. c. 13. *ἀνασάτωσιν destructionem* vrbis a Demosthene *ἀνάστασιν* vocari dicit. Frequentiora sunt synonyma, *ἀνάστατον ποιεῖν*, et *τιθέναι*. Polybius l. 3. c. 81. p. 322. *πόλεις καὶ βίους ἀναστάτους πεποιήκασιν*, *vrbes et opes euerterunt*. Sophocles in *Antigon*. p. 215. de Anarchia dicit: *αὕτη πόλεις τ' ὄλλυσιν, ἥδ' ἀναστάτους οἴκους τίθησιν*, *haec vrbes perdit*, *haec domos destruit*.

v. 15.

Εἰ δὲ ἀλλήλους δάκνετε καὶ κατεσθίετε, βλέπετε μὴ ὑπ' ἀλλήλων ἀναλωθῆτε.

Δάκνειν generatim notat, qualibet *iniuria* s. *molestia*, *adficere*, metaphora ab animalibus mordentibus petita. Sic Musonius apud Stobaeum *serm*. 19. de *patient*. p. 170. de non vlciscendis iniuriis loquens, dicit: *τὸ μὲν σκοπεῖν, ὅπως ἀντιδήξηταί τις τὸν δάκνοντα, καὶ ἀντιποιήσῃ κακῶς τὸν ὑπάρξαντα, θηρίου τινὸς, οὐκ ἀνθρώπου ἐστὶν*, *animo cogitare*, *qua via in eum*, *qui momordit*, *morsum retorqueas*, *et retalies iniuriam auctori*, *ferarum magis est*, *quam hominum*. Euripides in *Electra*. v. 242.

v. 242. δάκνει σ' ἀδελφὸς, ὅ, τε θανὼν ἴσως πατὴρ, *cruciat te frater et fortasse mortuus pater.* Locum habere posset haec notio generalis, quum δάκνειν, τῇ ἀγάπῃ v. 14. opponatur. Quoniam tamen δάκνειν a κατεσθίειν distinguendum videtur, idque saepissime *de iniuriis* vsurpatur, *quae petulantia linguae inferuntur; lingua* vero et verbis se praecipue *vulnerasse* Galatas ex v. 20. et 26. pateat: haec notio angustior, hic praeferenda videtur. Est ergo δάκνειν *lingua mordere, conuiciis lacessere, acerbius reprehendere, salibus et dicteriis pungere.* Euripides in *Medaea* v. 1344. ἀλλ' ὀ γάρ ἄν σε μυρίοις ὀνείδεσι δάκοιμι, *verum nequaquam te plurimis conuiciis pungerem.* Δάκνειν et ἐπισκώπτειν, *mordere et scommatibus pungere* coniungit Diogenes Laërtius l. 4. c. 6. §. 17. Plutarchus *discr. adul. et am.* p. 65. Medium Alexandri adulatorem suis narrat praecepisse, θαῤῥοῦντας ἅπτεσθαι καὶ δάκνειν ταῖς διαβολαῖς, *vt audacter calumnias iacerent, iisque morderent, dicentem, quod, si, ὁ δεδηγμένος, qui admorsus est, vlcus sanauerit, cicatrix tamen calumniae mansura sit.* Ibid. p. 67. amicum seuerius increpantem vocat: *peccata nonnulla redarguentem,* καὶ δάκνοντα ἐφ' ἑτέροις καὶ μὴ φειδόμενον, *alia pungentem et non parcentem.* Idem *sympos. lib.* 2. *qu.* 1. p. 632. δάκνουσι μᾶλλον, οἱ διὰ τῶν εὐφήμων ὀνειδίζοντες, *mordent magis, qui honestis nominibus in conuiciando vtuntur.*

Κατεσθίειν *deuorare*, grauiores iniurias notat, quum alii vel in bonis, vel in corpore damno adficiuntur. Xenophon *exped. Cyri* l. 4. p. 233. de Colchis, contra quos pugnandum erat, ad suos dicit, τούτους ἤν πως δυνώμεθα, καὶ ὠμοὺς δεῖ καταφαγεῖν, *hos, si quo modo fieri potest, vel crudos deuorare oportet.*

Ἀναλωθῆτε, *consumamini. Per rixas,* inquit B. Bengelius in *Gnomone, consumitur virtus animae, valetudo corporis, existimatio, facultates.* Addo: Saepe et vitae nocetur et saluti animae. Confer καταποθῆναι 2 Cor. 2, 7.

Sic

Sic apud Iosephum *ant.* l. 2. c. 3. p. 51. Iosephus de prosperitate sua loquens ad fratres dicit: ἄπιτε ταῦτα δηλώσοντες τῷ πατρὶ, μὴ καὶ ταῖς ὑπὲρ ὑμῶν φροντίσιν ἀναλωθεὶς, *abite haec patri renunciaturi, ne forte et is immodica de vobis solicitudine consumatur.* Plutarchus in *Timoleont.* p. 251. ἀπώλοντο καὶ κατηναλώθησαν, *perierunt et consumti sunt.*

CAP. VI. v. 1.

Ἀδελφοὶ ἐὰν καὶ προληφθῇ ἄνθρωπος ἐν τινὶ παραπτώματι, ὑμεῖς οἱ πνευματικοὶ καταρτίζετε τὸν τοιοῦτον ἐν πνεύματι πρᾳότητος, σκοπῶν σεαυτὸν μὴ καὶ σὺ πειρασθῇς.

Προληφθῆναι ἐν τινὶ παραπτώματι est, *per peccatum aliquod praeueniri, praeripi, abripi,* ita vt semper *conatus* aliquis *resistendi* supponatur. Cum datiuo vtitur hoc verbo Strabo l. 16. p. 1120. vbi rhinocerotem elephanto dicit, ἀνακείρειν τὴν γαστέρα, ἂν μὴ προληφθῇ τῇ προβοσκίδι, καὶ τοῖς ὀδοῦσι, *ventrem conscindere, nisi ab elephantis dentibus siue proboscide praeueniatur.* Sic et vsurpatur de nauibus, vento, marisue fluxibus et vorticibus *abreptis* apud Arrianum in *peripl. mar. erythr.* p. 164. et p. 168. διὸ καὶ τὰ προληφθέντα πλοῖα τῇ ἰνδίᾳ πλαγιασθέντα ὑπὸ τῆς ὀξύτητος τοῦ ῥοὸς, ἐποκέλλει τοῖς τενάγεσι καὶ ἀνακλᾶται, *proinde et naues abreptae, rapidoque fluxu in transuersum actae ad paludes allisae franguntur.* Iosephus *bell. Iud.* l. 5. c. 22. p. 886. homines *morte praereptos* respectu superstitum vocat, προληφθέντας; idem *bell. Iud.* l. 7. c. 16. p. 952. corporis putrescentis *membra iam correpta* a putredine, προειλημμένα μέλη vocat. Duplicem igitur notionem insinuat τὸ πρὸ in hoc verbo. Eiusmodi homines abripi a peccatis, 1) antequam deliberando de factis suis et resistendo, satis sibi cauere possint. 2) πρὸ τῶν ἄλλων, *ante alios,* qui ne et ipsi ruant, hic sibi cauere iubentur.

Πνευματικοὶ h. l. sunt, qui καρποὺς τοῦ πνεύματος proferunt c. 5, 22. Καταρτίζειν *in statum pristinum restituere* e re medica et chirurgica petitum esse non negauerim. Transfertur illud ad mores hominum, vti h. l. ita et apud Plutarchum in *Catone min.* p. 791. vbi Cato de Statyllio homine audaciori et temere se periculis obiicienti ad philosophos Apollonidem et Demetrium dicit: ὑμέτερον ἔργον οἰδοῦντα τοῦτον μαλάξαι καὶ καταρτίσαι πρὸς τὸ συμφέρον, *vestri muneris est, hunc tumentem emollire, eumque ad id, quod ipsi prodest, reformare.*

Soloecismum non facit singularis σκοπῶν plurali καταρτίζετε hic subiunctus. Simillime quanquam ordine inuerso Lucianus in *Toxari* p. 64. *Ad auroram vsque* παρὰ τῷ Ἀγαθοκλεῖ διέτριβεν, ἀναλογιζόμενοι τὰ πεπραγμένα, *apud Agathoclem mansit, vbi, quae facta erant, reputabant.* Iosephus *bell. Iud.* l. 2. c. 12. p. 786. de Essenis dicit: τοῖς δὲ ζηλοῦσι τὴν αἵρεσιν αὐτῶν οὐκ εὐθὺς ἡ πάροδος, ἀλλ᾽ ἐπ᾽ ἐνιαυτὸν ἔξω μένοντι τὴν αὐτὴν ὑποτίθενται δίαιταν, *sectae suae studiosos non admittunt protinus, sed per annum adhuc excluso eundem victus ordinem praescribunt.* Paulo diuersum est hoc Euripidis *Iphig. in Aul.* v. 1368. μῆτερ εἰσακούσατε τῶν ἐμῶν λόγων, *mater audite verba mea.* Priscianus *instit. Grammat.* l. 18. fol. 105. edit. Paris. 1519. Εἰπὲ μοι *dicunt Attici etiam ad multos. Huic simile Terent. in eunu. Aperite aliquis actutum. Idem in eodem. Nescio, quid absente nobis domi turbatum est.*

v. 3.

Εἰ γὰρ δοκεῖ τις εἶναί τι, μηδὲν ὤν, ἑαυτὸν φρεναπατᾷ.

De phrasi δοκεῖ εἶναί τι vide notata Actor. 5, 36. H. l. δοκῶν εἶναί τι, est, *qui pietate* vltra alios *eminere sibi videtur*, eorumque lapsus cernens, illos contemnit. Similiter de Letoio dicit Libanius *epist.* 471. p. 236. quod, cum et generis nobilitate et munerum splendore, di-

cendique

cendique facultate gloriari potuerit, βȣ́λοιτ' ἂν ἀπὸ, τρόπων, ἢ ὧν εἶπον, εἶναί τις δοκεῖν, *a morum integritate, quam iis, quae dixi, ſpectari maluerit.*

Sic ergo vi oppoſitionis μηδὲν ὢν dicitur, *qui pius non eſt*, aut ſaltem non ita pietate eminet, vt aliis anteferendus ſit. Sic locutio vſurpatur apud Euripidem in *Electra* v. 369. ἤδη γὰρ εἶδον, ἄνδρα γενναίȣ πατρὸς τὸ μηδὲν ὄντα χρηςὰ τ' ἐκ κακῶν τέκνα, *Iam enim vidi virum generoſi patris filium, qui nihil erat, bonos vero liberos e malis procreatos.* Alias μηδὲν καὶ ȣ̓δὲν ὄντες vocantur, *qui in dignitate aut exiſtimatione non ſunt, ſiue opibus carent.* Apud Ioſephum *ant.* l. 8. c. 4. p. 280. Deus ad Ieroboamum regem dicit: σὲ μέγαν ἐκ μικρȣ̃ καὶ μηδενὸς ὄντος ἐποίησα. Euripides in *Supplic.* v. 424. opponit, ἀξίωμ' ἔχοντας et ȣ̓δὲν ὄντας. Idem in *Ione* v. 594. μηδὲν καὶ ȣ̓δὲν ἐνθάδ' ὢν κεκλήσομαι, *nullius pretii vir ibi ero.* Idem *Hercul. fur.* v. 634. diuites ἀμείνονας βροτῶν *hominum optimos*, pauperes vero μηδὲν ὄντας vocat. Demoſthenes adu. *Midiam* p. 411. πτωχȣ̀ς et μηδὲν ὄντας coniungit. Lucianus vero de *merced. cond.* p. 473. μηδὲν ὄντα, τῷ πλȣσίῳ, et in *praecept. rhetor.* p. 439. μηδὲν ὄντας, ἐνδόξοις, καὶ πλȣσίοις καὶ εὐγενεςάτοις opponit. Μηδὲν ὄντες vocantur quoque *ignaui, imbelles* et *timidi*, vt apud Dionyſium Hal. *ant.* l. 4. p. 234. apud Euripidem in *Rheſo* v. 819. et in *Hercul. fur.* v. 157. ὃς ἔσχε δόξαν ȣ̓δὲν ὢν εὐψυχίας, *qui habuit exiſtimationem fortitudinis, cum nihil eſſet.*

V. 12.

Ὅσοι θέλȣσιν εὐπροσωπῆσαι ἐν σαρκί.

Qui formoſi, ſ. ſpecioſi eſſe cupiunt in carne, me iudice, iidem ſunt, ac οἱ καυχῶνται κατὰ τὴν σάρκα 2 Cor. 11, 18. et οἱ καυχώμενοι ἐν σαρκὶ h. l. v. 13. πεποιθότες ἐν σαρκὶ Phil. 3, 3. ſiue οἱ καλλωπιζόμενοι ἐν σαρκί. Nam εὐπρόσωπος eſt *formoſus, ſpecioſus.* Apud Xenophontem *dict. et fact. Socr.* l. 1. p. 451. filius Alcibiadis εὐπροσω-

προσωπότατος καὶ ὡραιότατος, *formosissimus et pulcherrimus* vocatur. Sic et Agathon *εὐπρόσωπος* et *εὐπρεπὴς ἰδεῖν* vocatur ab Aristophane *thesmophor*. p. 776. Lucianus in *Timone* p. 70. *εὐπρόσωπος καὶ ἐπέραστος κόρη*, *puella pulchra et amabilis*. Idem de *merc. cond.* p. 500. Ab eodem in *Ioue trag*. p. 194. imagines deorum apud Graecos vocantur *χαρίεντες καὶ εὐπρόσωποι καὶ κατὰ τέχνην ἐσχηματισμένοι*, *venustae et pulcrae et secundum artem formatae*. Ibid. p. 198. *εὐπροσωποτάτη ἀρχὴ bellissimum* orationis *exordium*. Plutarchus *sympos*. l. 5. qu. 8. p. 683. Maximus Tyrius *Diss*. 19. p. 193. voluptatem et luxum *εὐπρόσωπα κακὰ speciosa mala*; item *Diss*. 20, p. 202. aurum quod collo et digitis gestatur, *εὐπρόσωπον δεσμὸν speciosa vincula* vocat. Εὐπροσωπεῖν vix reperias in profanis. Verba analoga sunt *φαινοπροσωπεῖν*, *vultum ostendere*, quod Cicero habet *ad Atticum* l. 7. *epist*. 20. et *σεμνοπροσωπεῖν seuero vultu esse*, *vultum ad grauitatem componere*, quo Aristophanes vtitur in *Nubib*. act. 1. sc. 4. p. 147. et Arrianus *Diss. Ep*. l. 2. c. 8. p. 189. qui *σεμνοπροσωπεῖν* et *ὀφρῦν φέρειν supercilium aliquod adferre*, inter se coniungit.

Per *σάρκα* intelligitur omne id, cuius spiritus s. auctor non est, omnes praerogatiuae externae, imo ipsa lex Iudaeorum cerimonialis Hebr. 7, 16. c. 9, 10. et hinc orientes praerogatiuae, de quibus Iudaei gloriari solebant. Vide 2 Cor. 11, 22. 23. *coll*. v. 18. et Phil. 3, 3 - 6.

EPI-

EPISTOLA AD EPHESIOS.

CAP. III. v. 3. 4.

Καθὼς προέγραψα ἐν ὀλίγῳ· πρὸς ὃ δύνασθε ἀναγινώσκοντες νοῆσαι τὴν σύνεσίν μου ἐν τῷ μυστηρίῳ τοῦ Χριστοῦ.

Ἐν ὀλίγῳ h. l. est, *paucis*, *breuiter*. Habet locutionem hanc Aristoteles *rhetoric*. l. 3. c. 11. p. 716. vbi de acuminibus orationis, quae ex vnius aut plurium vocum similium oppositione oriuntur, dicit, ea tanto elegantiora esse, ὅσῳ ἂν ἐλάττονι, *quanto breuius proferantur*, et id ideo dicit sic se habere, ὅτι ἡ μάθησις, διὰ μὲν τὸ ἀντικεῖσθαι μᾶλλον, διὰ δὲ τὸ ἐν ὀλίγῳ θᾶττον γίνεται, *quoniam ea ob oppositionem eo magis, ob breuitatem vero eo celerius percipiantur.* Paulo aliter Thucydides l. 4. p. 110. ὦ Ἀθηναῖοι δι' ὀλίγου μὲν ἡ παραίνεσις γίγνεται, *o Athenienses paucis equidem verbis vos adhortabor.*

Πρὸς ὅ, *in quo*, s. *per quod* refer ad ἐν ὀλίγῳ, verte; *In quo* (s. *per quod*) *legentes animaduertere potestis intelligentiam meam.* Sic Hierocles *carm. aur. Pyth.* p. 53. πρὸς ταῦτα μόνον ἀπειθοῦντας γονεῦσι, πρὸς ἃ καὶ αὐτοὶ τοῖς θείοις νόμοις οὐ πείθονται, *in iis tantum rebus parentibus morem non gerentes, in quibus etiam illi diuinis legibus non obediunt.* Iamblichus *protrept.* c. 20. p. 120. sapientem abstinere iubet opum cupidine, πρὸς ἃ πάντες διαφθείρονται, *per quas omnes corrumpantur.*

v. 18.

Ἐν ἀγάπῃ ἐῤῥιζωμένοι καὶ τεθεμελιωμένοι, ἵνα ἐξισχύσητε καταλαβέσθαι σὺν πᾶσι τοῖς ἁγίοις τί τὸ πλάτος καὶ μῆκος καὶ βάθος καὶ ὕψος.

Ῥιζοῦν. *firmare*, *stabilire* eleganter ad aedificia transfertur, et sic h. l. τῷ τεθεμελιωμένοι respondet.

 Plu-

Plutarchus de *fortun. Rom.* p. 321. Numam afferit populo Romano recens collecto occafionem dediffe, *ῥιζῶσαι καὶ καταςῆσαι τὴν πόλιν, αὐξανομένην ἐν ἡσυχίᾳ βεβαίως καὶ ἀνεμποδίςως, vrbem ftabiliendi et conftituendi, vt in otio firmiter et fine impedimento crefcentem.*

Καταλαβέσθαι hic verto, *occupare, implere, explere.* Sic Diodorus Siculus l. 17. c. 85. p. 168. fenem quendam dicit, Alexandro petram Aornum obfidenti pollicitum effe: *Se illum per anguftias loci ducturum et effecturum vt fuperior euadat, τῶν κατειλημμένων τὴν πέτραν βαρβάρων, barbaris qui petram occupauerant.* Polybius l. 7. in fine: *Mox patefactis portis ingreffi milites bis mille, κατέλαβόν τε τὴν τοῦ θεάτρου ςεφάνην, theatri fummam praecinctionem explebant.* Adeoque verba vltima verto: *vt poffitis occupare, vna cum omnibus fanctis latitudinem quandam et longitudinem, et profunditatem et altitudinem.* Voculam τὶ puto fenfu indefinito capiendam effe, mutato accentu, ita vt τὶ τὸ πλάτος dicatur pro: τὸ πλάτος τί. Similis transpofitio occurrit Act. 8, 36. ἐπί τι ὕδωρ. Loquitur Apoftolus de incremento Ephefiorum fpirituali fimilitudine vel ab *aedificio* ducta, quod c. 2, 20-22 fuadet aut etiam a *corpore Chrifti* myftico, quod collato (v. 6. σύσσωμα) c. 4. 16. et Col. 2, 7. probabile fit. Ad haec alludens apoftolus Ephefiis precatur, *vt ipfi cum omnibus fanctis fimul fumti, menfuram quandam* (μέτρον c. 4, 13. 16.) *integri aedificii, aut iufti corporis impleant.* Hae enim *dimenfiones* in longum latum et profundum et *ftructurae* et *corpori* competunt. Verbis igitur his fenfu fimiles effe puto phrafes, πληρωθῆναι εἰς πλήρωμα Θεοῦ v. 19. *Implentur* Chriftiani, *fi numerus eorum augetur.* Confer συνεπληροῦντο Luc. 8, 23. vbi dicta vide. Latini *plenum fenatum* dicunt pro *frequenti.* Euripides in *Hecuba* v. 521. ὄχλος πλήρης *turba frequens.* Sic et καταντᾷν εἰς ἄνδρα τέλειον cet. c. 4, 13. et αὐξῆσαι εἰς Χριςὸν v. 15.

CAP.

CAP. IV. v. 18.

Ἐσκοτισμένοι τῇ διανοίᾳ ὄντες, ἀπηλλωτριωμένοι τῆς ζωῆς τοῦ Θεοῦ, διὰ τὴν ἄγνοιαν τὴν οὖσαν ἐν αὐτοῖς, διὰ τὴν πώρωσιν τῆς καρδίας αὐτῶν.

Phrasin priorem habet Iosephus *ant.* l. 9. c. 2. p. 303. vbi Syros narrat, τὰς ὄψεις ὑπὸ τοῦ Θεοῦ καὶ τὴν διάνοιαν ἐπεσκοτισμένους, *a Deo oculis et intellectu excoecatos*, per Elisam Samariam perductos esse. Heraclides Ponticus *allegor. Hom.* p. 435. Achillem dicit arma arripuisse, ἐπισκοτουμένου τοῦ κατὰ τὴν κεφαλὴν λογισμοῦ τοῖς περὶ τὰ στέρνα θυμοῖς, *ratione in capite obtenebrata per iram in pectore feruentem.*

Ἀπηλλωτριωμένοι non verto *alieni*, sed *abalienati*, *auersi*, *abhorrentes*, quod et significantius est, et huic loco ob verba sequentia conuenientius. Sic Polybius l. 3. c. 77. p. 318. Hannibalem narrat captiuos in libertatem sponte restituisse, vt Italiae populos sibi conciliaret, ἅμα δ' ἀπαλλοτριοῦν τῆς πρὸς Ῥωμαίους εὐνοίας, *eosque simul a beneuolentia erga Romanos abalienaret.* Apud Iosephum *ant.* l. 4. c. 1. p. 102. Iudaei sibimet ipsis satis putant virium inesse ad debellandos hostes, κἂν ἀπαλλωτριοῦν Μωυσῆς ἐθελήσει τὸν Θεὸν, *etiamsi Moses Deum ab illis alienum reddere velit.* Alibi idem cum πρὸς verbum hoc iungit, vt *ant.* l. 7. c. 8. p. 230. vbi Dauid Deum rogasse dicitur, ἀπαλλωτριῶσαι τὴν Ἀβεσαλώμου διάνοιαν πρὸς τὸν Ἀχιτόφελον, *vt animum Absalomi abalienaret ab Achitophele.* Ibid. l. 13. c. 19. p. 454. fratrem occidisse dicitur Aristobulus, ἐκ διαβολῶν ἀπηλλωτριωθεὶς πρὸς αὐτὸν, *calumniis ab eo abalienatus.*

Πώρωσις est *obduratio*, *callus.* Rem, quae voce hac significatur, eleganter describit Plutarchus de *auditione* p. 46. vbi nullo monitorum ad vitam emendandam sensu duci, negotium esse dicit ἀνελευθέρου τινὸς δεινῶς καὶ ἀπαθοῦς πρὸς τὸ αἰδεῖσθαι νέου διὰ συνήθειαν ἁμαρτημάτων καὶ συνέχειαν, ὥσπερ ἐν σκληρᾷ σαρκὶ καὶ τυλώδει τῇ

ψυχῇ, μώλωπα μὴ λαμβάνοντας, *illiberalis plane adolescentis et a verecundia alieni, propter peccandi habitum et consuetudinem, in animo veluti in dura et callosa carne, vibicem non admittentis.*

v. 19.

Οἵτινες ἀπηλγηκότες ἑαυτὲς παρέδωκαν τῇ ἀσελγείᾳ.

Vocem ἀπαλγεῖν docte hic explicarunt alii, Raphelius praesertim et Elsnerus. Notat 1) *omnem doloris et pudoris sensum exuere;* quae notio a) respicit ad τὴν πώρωσιν τῆς καρδίας v. 18. hominesque denotat, qui nec conscientiae amplius stimulis punguntur, nulloque redargutionum de vita emendanda sensu tanguntur. b) indicat, eos nullo amplius dolore adfici aut metu, ob calamitates et poenas, ob impietatem et scelera ipsis imminentes, 2) est, *desperare,* quod ex priori sequitur, ita vt eiusmodi homines, omni salutis spe relicta, etiam conatum ad meliorem frugem redeundi deponant, quae notio etiam ob verba ἐλπίδα μὴ ἔχοντες c. 2, 12. hic tenenda est. Philo de *exsecrat.* p. 931. homines exsecrationi subiectos, vitae inquit dira capi cupidine, vt eo diutius torqueantur et addit: ἧττον γὰρ ἀπαλγήσαντας ἐπιτρεμεῖν θανάτῳ τὰς ἡνίας, *minus enim malum esset, si desperantes mortem sibi consciscerent.* Plura dabunt Elsnerus et Raphelius *annot. Polyb.*

v. 26.

Ὁ ἥλιος μὴ ἐπιδυέτω ἐπὶ τῷ παροργισμῷ ὑμῶν.

Institutum hoc erat laudabile Pythagoreorum, de quo Plutarchus loco ab aliis iam notato, de *fratern. amor.* p. 488. dicit: *Imitandi sunt Pythagorei, qui non generis sed doctrinae duntaxat societate iuncti, si quando per iram ad maledicta prorupissent,* πρὶν ἢ τὸν ἥλιον δῦναι, τὰς δεξιὰς ἐμβάλλοντες ἀλλήλοις καὶ ἀσπασάμενοι διελύοντο, *antequam sol occumberet, datis inuicem dextris discedebant.* Hic etiam mos erat conuiuiorum, vt iras, intra

intra epulandum fuſceptas, ibi deponi nec in craſtinum recondi, opera daretur. Hinc apud Lucianum in *Prometheo* p. 109. Prometheus qui Iouis iuſſu, quod in diſtributione carnium, meliorem ipſi partem ſubripuiſſet, Caucaſo adfigebatur, de iniuria conqueſtus dicit: *ἀλλ᾽ εἰ καί τι ἡμάρτηται μεταξὺ εὐωχουμένων, παιδιὰν ἡγεῖσθαι, καὶ αὐτοῦ ἐν τῷ συμποσίῳ καταλιπεῖν τὴν ὀργήν· ἐς δὲ τὸ αὔριον ταμιεύεσθαι τὸ μῖσος καὶ μνησικακεῖν καὶ ἕωλόν τινα μνήμην διαφυλάττειν, ἄπαγε οὔτε θεοῖς πρέπον, οὔτε ἄλλως βασιλικὸν, ſi quid inter epulandum delicti eſt commiſſum, id pro ioco ducere ibique iram in conuiuio relinquere conuenit. Abſit autem vt quisquam odium in craſtinum recondat, ac veteris iniuriae recordetur et pridiani facti meminerit, quod neque Deum, neque regem decet inprimis.* Confer tamen Rom. 2, 5. vbi *ira* Dei ſ. poenae *θησαυρίζεσθαι in craſtinum reponi* dicuntur. Quod laudabile eſt in hominibus, id impie ad Iouem ſuum applicat Lucianus.

v. 29.

Πᾶς λόγος σαπρὸς ἐκ τοῦ ςόματος ὑμῶν μὴ ἐκπορευέσθω, ἀλλ᾽ εἴ τις ἀγαθὸς πρὸς οἰκοδομὴν τῆς χρείας, ἵνα δῷ χάριν τοῖς ἀκούουσι.

Λόγος σαπρὸς eſt, ſermo *putridus*, *foetidus*, *ſpurcus*, *inutilis*. 1) *inutilis*, translatione petita a rebus vetuſtate corruptis, adeoque ad vſum, quem praeſtare debent, *ineptis*. Sic Plutarchus *non ſuau. viui ſec. Epic.* p. 1087. de Epicureis dicit: *Φαίνονται γλίσχρον τι καὶ σαπρὸν καὶ οὐ βέβαιον αἴτιον τοῦ ἀγαθοῦ λαμβάνοντες, videntur ieiunam, putridam et inſtabilem boni cauſſam ſtatuere.* Sic *τὸ σαπρὸν* h. l. oppoſitum eſt *τῷ ἀγαθῷ apto, idoneo.* 2) *σαπρὸς* eſt *ſpurcus*, *foeditus*. Sic Stobaeus *ſerm.* 5. p. 71. ex Ariſtotele de Gelone tyranno narrat, illum *σαπρόςομον ore foetido* fuiſſe. Apud Ariſtophanem in *Lyſiſtrat.* p. 859. *mulier impura σαπρὰ* vocatur, *ἐμοὶ σὺ λουτρὸν ὦ σαπρὰ, tune, ſpurca! balneum mihi parabis?* Hoc ſenſu ſermones *ſpurci* ſunt *ob-*

scoeni, de quibus apostolus c. 5, 4. loquitur, et qui etiam τοῖς ἀγαθοῖς πρὸς οἰκοδομὴν oppositi sunt. 3) sermones *foetidi* et *putridi* sunt scommata et conuicia, imo calumniae, quae ab homine irato in alios euomuntur. Haec notio hic inprimis attendenda est. Nam λόγος σαπρὸς opponitur τῷ διδόντι χάριν *illi qui gratus est*. Imo ab ira fouenda et nutrienda apostolus v. 26. 27. 31. 32. dehortatur. Sic Arrianus *Diss. Epict.* l. 3. c. 16. p. 298. caute praecipit vtendum esse hominis male morati familiaritate, e. g. ἂν σκώπτῃ, ἂν γελοιάζῃ, ἂν κακοηθίζῃ, *si is alios pungat, si risum excitet, si maligne de aliis iudicet*. Tales sermones difficulter dicit coërceri a philosophiae tyronibus et addit, ὅτι ἐκεῖνοι μὲν τὰ σαπρὰ ταῦτα ἀπὸ δογμάτων λαλοῦσιν· ὑμεῖς δὲ τὰ κομψὰ, ἀπὸ τῶν χειλῶν, *illi enim putida illi ex animi dicunt sententia, vobis vero elegantia ista in labris nascuntur*. Vbi sermones σαπροὶ et κομψοὶ opponuntur. Confer Cel. Alberti ad h. l.

Ἀγαθὸς est, *aptus, idoneus*. Achilles Tatius l. 4. p. 231. ἀγαθὸν εἰς φιλίαν οἶδά σε, *te idoneum esse, ad amicitiam aliis probandam intellexi*. Appianus de *bell. Hisp.* p. 439. ambos Scipiones vocat, ἄνδρας ἐς πάντα ἀγαθοὺς γενομένους, *viros, qui ad omnia fuerint idonei*. Lucianus in *Toxari* p. 53. οὐ μόνον ἄρα τοξεύειν ἀγαθοὶ ἦσαν Σκύθαι, *Scythae igitur non solum arcu valuerunt*.

Ἵνα δῷ χάριν recte vertunt: *vt gratus sit, vt acceptus sit*. Sic Plutarchus de *sanit. tuend.* p. 126. *Elixa, assata et cocta, aegrotantibus aut crapula nauseaue laborantibus* οὐδεμίαν ἡδονὴν οὐδὲ χάριν ἀποδίδωσι, *nullam voluptatem adferunt neque grata sunt*. Prope etiam accedit hoc Euripidis in *supplic.* v. 414. ὁ δ' αὐτίχ' ἡδὺς καὶ διδοὺς πολλὴν χάριν, εἰσαῦτις ἔβλαψ', *qui enim iam est suauis et dat magnam gratiam, rursus laedit*.

V. 32.

Γίνεσθε δὲ εἰς ἀλλήλους χρηστοὶ, εὔσπλαγχνοι.

Εὔσπλαγχνος profanis *animosum, fortem, cordatum* notat, quam significationem ad hunc locum pertinere putat

putat Steinheilius in *symbolis litterar. Bremensibus* Tom. I. p. 21. At res ipsa docet *εὔσπλαγχνον*, h. l. esse, *misericordem, benignum.* De notione satis constat, quamuis *hebraismum*, quem Vorstius in hac voce statuit, debellare nequeam. Vide 1 Petr. 3, 8. In *testament. 12 patriarch.* p. 644. de Deo dicitur: *ἐλεήμων ἐστὶ καὶ εὔσπλαγχνος, miserator est et misericors.* Ibid. paulo post piis *ἴασις καὶ εὐσπλαγχνία, salus et misericordia futura dicitur.* Ibid. p. 641. *ἔχετε εὐσπλαγχνίαν κατὰ παντὸς ἀνθρώπου, misericordes estote erga quemlibet hominem.*

CAP. V. v. 6.

Μηδεὶς ὑμᾶς ἀπατάτω κενοῖς λόγοις· διὰ ταῦτα γὰρ ἔρχεται ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῆς ἀπειθείας.

Quoniam *διὰ ταῦτα* palam respicit ad peccata v. 4. 5. commemorata: satis liquet, per *κενοὺς λόγους* sermones intelligi, per quos eiusmodi vitia excusabantur et defendebantur. *Sermones inanes* vero ex vsu phraseos sunt 1) *sermones a veritate alieni et fallaces.* Sic Aeschines cont. *Ctesiph.* p. 288. Demosthenem dicit decretum conscripsisse, *κενώτερον τῶν λόγων, οὓς εἴωθε λέγειν, καὶ τοῦ βίου ὃν βεβίωκε, quod inanius esset, sermonibus quos habere soleat, et vita quam viuat, quod vero plenum esset, spe nunquam implenda, et exercitibus nunquam congregandis.* Dionysius Hal. *ant.* l. 3. p. 163. *vanam opinionem* vocat, *τὴν διὰ κενῆς δόκησιν* et paulo post *δόξαν κενήν*, huic vero opponit: *τὸ δὲ ἡμέτερον οὐ λόγος ἔσται κενὸς, οὐδ᾽ ἀφανὲς δεῖμα, nostrum vero machinamentum non erit vanus rumor, aut obscurum terriculamentum.* Plutarchus *consol. ad vxor.* p. 609. *Putabant nihil accidisse aduersi, ἀλλὰ κενὸν ἄλλως ἐξενηνέχθαι λόγον, sed vanum tantum sparsum esse rumorem.* 2) Sermones *inanes* sunt *inutiles.* Stobaeus *serm.* 81. p. 473. haec habet verba Pythagorae, *κενὸς ἐκείνου φιλοσόφου λόγος, ὑφ᾽ οὗ*

μηδὲν ἀνθρώπου πάθος θεραπεύεται, *vanus est ille philosophi sermo, qui nullam in homine passionem curat.* Euripides in *Hecuba* v. 824. καὶ μὴν ἴσως μὲν τοῦ λόγου κενὸν τόδε, Κύπριν προβάλλειν, *atqui fortasse sermo inanis hic est, Venerem praetendere.*

V. 27.

Ἵνα παραστήσῃ αὐτὴν ἑαυτῷ ἔνδοξον τὴν ἐκκλησίαν, μὴ ἔχουσαν σπῖλον ἢ ῥυτίδα ἤ τι τῶν τοιούτων, ἀλλ' ἵνα ᾖ ἁγία καὶ ἄμωμος.

Per *maculas* sponsae ablutas peccatorum et vitiorum sordes intelligendas esse nemo negauerit. Sic Lysis Pythagoreus *in epistola in mytholog. Galei* p. 737. *Par autem est animo reputare, quam longum tempus emetientes consumserimus*, ἀποῤῥυπτόμενοι σπίλους τοὺς ἐν τοῖς στάθεσιν ἡμῶν ἐγκεκολαμμένους, *abstergendis maculis, quae in pectoribus nostris insederant.* Credebant nempe Pythagorei, sibi per praecepta Pythagorae ψυχῆς τε ἀποῤῥύψεις καὶ καθαρμοὺς, *animae ablutiones et expurgationes* obtingere auctore Iamblicho de *vit. Pythag.* c. 17. p. 79. Confer e sacris Act. 22, 16. βάπτισαι καὶ ἀπόλουσαι, τὰς ἁμαρτίας σου et 1 Cor. 6, 11. ἀπελούσασθε. Apud Thucydidem l. 3. c. 71. sensu tamen non prorsus eodem inter se iunguntur μεταγνῶναι *resipiscere* et τὴν ἁμαρτίαν καταλῦσαι, *peccatum eluere*, i. e. peccatum iam commissum morum emendatione quodammodo delere.

Ἄμωμος dicitur virgo, *quae nullo corporis vitio laborat*, quae est veluti Helena quaedam. Apud Theocritum *Idyll.* 18. v. 25. de puellis Spartanis dicitur, τᾶν οὐδ' ἄν τις ἄμωμος ἐπεί χ' Ἑλένᾳ παρισωθῇ, *ex his nulla vitio caret, si cum Helena conferatur.* Pulcritudinem ecclesiae hanc etiam ad animum applicari debere per se patet.

CAP. VI. v. 11.

Πρὸς τὸ δύνασθαι ὑμᾶς στῆναι, πρὸς τὰς μεθοδείας τοῦ διαβόλου.

Στῆναι πρὸς generatim eſt *reſiſtere*, phraſi ex re bellica deſumta, quum ſimilitudines v. 11-17. ab apoſtolo vſurpatae, ſingulae e re militari petitae ſint. Sic Ioſephus *ant.* l. 11. c. 5. p. 372. θαῤῥεῖν μὲν τῷ Θεῷ πρῶτον, ὡς καὶ πρὸς τὴν ἐκείνων ἀπέχθειαν στησομένῳ, *omnem inprimis fiduciam in Deo collocetis, qui facile illorum reſiſtet inimicitiis.* Polybius l. 4. c. 61. p. 453. *Otium Aetolis dedit, obfirmandi ſe*, εἰς τὸ καὶ στῆναι καὶ προνοηθῆναι, καὶ παρασκευάσασθαι πρὸς τὸ μέλλον, *vt in poſterum reſiſtere, ſibi prouidere et de neceſſariis proſpicere poſſent.* Antoninus de *rebus ſuis* l. 6. §. 41. πρὸς ἀνθρώπους στῆναι στάσιν πολεμίου, *contra homines hoſtiliter agere.* Homerus *Iliad.* Σ. v. 307. *Non equidem fugiam e bello lamentabili*, ἀλλὰ μάλ' ἄντην στήσομαι, *ſed audenter contra ſtabo.*

v. 13.

Καὶ ἅπαντα κατεργασάμενοι στῆναι.

Diſceptant interpretes, vtrum ἅπαντα κατεργάσασθαι hic vertendum ſit: *omnia efficere*, an vero ſignificatu bellico: *omnia conficere, debellare, expugnare, proſternere.* Mihi poſterius placet, quum tota apoſtoli allegoria, phraſibus e re bellica translatis conſtet, in bello vero is, qui *omnia* ſ. *omnes hoſtes debellauit*, et proſtrauit, eo ipſo omnia effeciſſe dicendus ſit. Frequentiſſimum eſt hoc verbum eo ſenſu. Appianus *bell. Parth.* p. 291. τοῦ κατεργάσασθαι Πάρθους, *ad Parthos debellandos.* Dionyſius Hal. *ant.* l. 9. p. 577. τῷ πλήθει τῶν βελῶν ἅπαντας κατειργάσαντο, *telorum multitudine omnes confecere.* Ioſephus *ant.* l. 19. c. 1. p. 661. ἐπειδὴ κατείργαστο αὐτοῖς ἤδη Γάϊος, *quum Caium iam proſtrauiſſent.* Hinc hoſtis *facile debellandus* εὐκατέργαστος dicitur ibid. l. 6. c. 15. p. 207. et apud Dionyſium Hal. *ant.* l. 3. p. 156.

Vehe-

Vehementer se dubitare dicit Doctiss. Raphelius *annot. Xenoph.* num *conficere omnia*, siue *aliquid* alio sensu quam *peragendi* et *absoluendi* occurrat. At posses ἅπαντα vertere *quemlibet*, voce in masculino singulari accepta. Sic sane apud Dionem Cassium *excerpt. Vales.* p. 605. Sophonisbe tam venusta fuisse dicitur, *vt solo adspectu vel auditu* πάντα τίνα καὶ τὸν πάνυ δυσέρωτα κατεργάσασθαι, *quemlibet vel seuerissimum expugnaret.* Neque tamen id opus est. Neutrum ἅπαντα positum est, pro masculino, vti πᾶν Ioh. 17, 2. vbi dicta vide. Sic haud rara est phrasis integra notione *debellandi*, *expugnandi.* Iosephus *bell. Iud.* l. 1. c. 17. p. 753. *Alexandri vero familiares aut pecunia corruptos aut impulsos blanditiis*, αἷς πάντα κατειργάσατο, *quibus expugnauit omnia*, *proditores effecerat.* Plutarchus *fort. vel. virt. Alex.* or. 2. p. 342. fortunam dicit Alexandro bellum Illyricum et Triballicum immisisse: *Per quae vsque ad Scythiam Istro adiacentem ab asiatica re auulsus*, καὶ περιδραμὼν καὶ κατεργασάμενος πάντα κινδύνοις καὶ ἀγῶσι μεγάλοις, *et circumcursitans et omnia per magna pericula et certamina debellans*, *animum iterum ad transitum in Asiam applicuit.* Luculentissimus vero est locus Dionysii Hal. *ant.* l. 6. p. 400. *Nos vobis praebuimus*, καὶ πάντα πολέμια ἐν ὀλίγῳ κατεργασάμενοι χρόνῳ, *debellatisque breui tempore cunctis hostibus*, *cum multis captiuis rediimus praedaque egregia.*

v. 16.

Ἐπὶ πᾶσιν ἀναλαβόντες τὸν θυρεὸν τῆς πίστεως ἐν ᾧ δυνήσεσθε πάντα τὰ βέλη τοῦ πονηροῦ τὰ πεπυρωμένα σβέσαι.

Frequens est ἀναλαμβάνειν de armis. Sic v. 13. ἀναλαμβάνειν πανοπλίαν *armaturam arripere*, *suscipere*, quam phrasin etiam habet Diodorus Siculus l. 20. c. 33. p. 409. et Iosephus *bell. Iud.* l. 4. c. 16. Ἀναλαμβάνειν ὅπλα vero vsurpat idem *ant.* l. 18. c. 12. p. 645. l. 20. c. 1. sub init. et c. 4. p. 690.

Diffe-

Differentiam inter θυρεὸν et ἀσπίδα eandem intercedere, quae inter *scutum* et *clypeum*, recte ad h. l. docuit Cel. Alberti. Nimis frequentes sunt loci veterum, qui θυρεὸν et ἀσπίδα distinguunt, quam vt negari hoc possit. Plutarchus in *Philopoem.* p. 360. Philopoemenem narrat, Achaeis persuasisse, *ἀντὶ μὲν θυρεȣ̃ καὶ δόρατος ἀσπίδα λαβεῖν καὶ σάρισσαν, vt pro scuto et hasta, clypeum et sarissam caperent.* Arrianus in *Tacticis* p. 11. *ἀσπίδας ἢ θυρεȣ̀ς παραμήκεις, Clypeos et scuta oblonga* coniungit. Saepe haec distinguit Iosephus e. g. *ant.* l. 8. c. 2. p. 271. c. 4. p. 279. et c. 6. p. 282. l. 13. c. 21. p. 457. de *bell. Iud.* l. 3. c. 5. p. 836. Obuertit Cel. Elsnerus, quod tamen συνασπισμὸν per θυρεȣ̀ς fieri dicant veteres, cuius rei exemplum ipse addere possem e Iosepho *bell. Iud.* l. 3. c. 18. 19. p. 847. ad quod tamen responderi potest, *συνασπισμὸν translate* vsurpari, quum non suppetat Graecis vocabulum a θυρεὸς deriuatum, quod *scutorum coniunctionem* indicet.

Vtrum *τὰ πεπυρωμένα βέλη* de *falaricis*, siue de *telis venenatis* intelligenda sint, anceps haereo. Locus Apollodori *biblioth. Deor.* l. 2. p. 89. vbi Hercules Hydram Lernaeam βέλεσι πεπυρωμένοις vexasse dicitur, quem attulit Elsnerus, vnicus est hactenus, in quo locutio integra reperta est. Is vero ipse, vtrum de falaricis sit accipiendus, dubium est. Ibid. sane ipse Hercules sagittas suas *τῇ χολῇ βάψαι felle* hydrae *tinxisse* dicitur. De *falaricis* tela Pauli ignita plurimi intelligunt, quae ad incendia in operibus, machinis, nauibus hostium excitanda imo et ad scuta perforanda hominesque prosternendos adhibebantur. Τοξεύματα πυρὸς illa vocat Appianus Alex. *bell. ciu.* l. 4. p. 1049. et πύρφορα simpliciter ibid. l. 5. p. 1169. Πύρφορα illa saepius in obsidione Rhodiorum memorat Diodorus Siculus l. 20. c. 89. p. 457. 458. c. 92. p. 461. c. 97. 98. p. 466. vbi male *faces* transtulit interpres. Habes ibi phrases, *κατέσβεσαν τὰς πυρφόρȣς, exstinxerunt tela ignita*; et Demetrius Helepolin

polin texiſſe dicitur, *λεπίσι σιδηραῖς laminis ferreis*, ἵνα μηδὲν ὑπὸ τῶν πυρφόρων βλάπτηται, *ne iacula ignita ipſi nocerent.* Vide Wolfium in *Curis* et auctores ab illo citatos. Tela *ignita* pro *venenatis* dici, nihil quoque repugnat. In *idyll.* 1. Moſchi in fine Venus de Cupidine dicit *ipſa labra eius venenum eſſe* et de *armis* eius addit: Μή τι θίγης· πλάνα δῶρα· τὰ γὰρ πυρὶ πάντα βέβαπται, *ne tangas fallacia dona, igne enim tincta ſunt omnia.*

V. 19.

Καὶ ὑπὲρ ἐμȣ͂, ἵνα μοι δοθῇ λόγος ἐν ἀνοίξει τȣ͂ ςόματός μȣ, ἐν παῤῥησίᾳ γνωρίσαι τὸ μυςήριον τȣ͂ εὐαγγελίȣ.

Λόγον διδόναι eſt, *poteſtatem loquendi concedere*, quae locutio de iis praeſertim vſurpatur, quibus publice aut in iudiciis libere cauſſam dicere permittitur. Demoſthenes in *Leptin.* in fine: *Illis vero, qui totam ciuitatem adulterinam et infidam reddunt*, λόγον δώσετε, *dicendi facietis poteſtatem.* Apud Ioſephum *ant.* l. 15. c. 13. p. 540. Agrippas Gadarenſes, qui Herodem accuſaturi ad ipſum venerant: ȣ̓δὲ λόγον αὐτοῖς δȣ̀ς ἀναπέμπει τῷ βασιλεῖ δεσμίȣς, *ne auditos quidem ad regem vinctos remiſit.* Ibid. l. 17. c. 12. p. 610. λόγȣ δȣ̓ν τοῖς Ἰȣδαίων πρέσβεσι δοθέντος, *data Iudaeorum legatis dicendi copia.* Dionyſius Hal. *ant.* l. 7. p. 430. *Brutus conſules rogabat*, δοθῆναι λόγον αὐτῷ, *vt dicendi ſibi daretur poteſtas.* Ibid. l. 5. p. 318. Polybius l. 17. c. 33. p. 1072. *Quum dixiſſet L. Cornelius, aequum videri, vt Lampſaceni Smyrnaeique vocarentur*, καὶ δȣ͂ναι λόγον αὐτοῖς, *et dicendi poteſtas illis fieret, ita eſt factum.* Vbi paulo poſt p. 1073. additur: ὧν μετὰ παῤῥησίας διαλεγομένων, *his vero libera oratione vtentibus.* Si ad nexum cum v. 20. attendas: patebit, Paulo in votis eſſe, *vt ſibi captiuo poteſtas fieret, cauſſam dicendi, ob quam in vincula coniectus ſit; ita vt haec cauſſae ſuae defenſio in tam amplo terrarum orbis*

orbis theatro, in eo maius euangelii cederet incrementum; cuius voti se compotem factum esse Apostolus narrat Phil. 1, 12. 13.

Post vocem λόγος comma ponendum, locutio vero ἐν ἀνοίξει τȢ̃ στόματος, ad verbum γνωρίσαι referenda est. Significatu vero ἄνοιξις στόματος ac παῤῥησία, non multum differunt, nam vox posterior, quae *rem signatam* notat, explicat verba priora, quae *signum* exprimunt; vt adeoque *apertio oris* loquendi fiduciam et libertatem, imo praeterea loquendi promtitudinem et desiderium innuat. Sic 1 Cor. 6, 11. τὸ στόμα ἡμῶν ἀνέωγε πρὸς ὑμᾶς et in loco parallelo Col. 4, 3. ἵνα ὁ Θεὸς ἀνοίξῃ ἡμῖν θύραν τȢ̃ λόγȢ. Similiter Libanius *epist.* 575. p. 278. *Vt igitur et nos te fruamur et tu nobis*, ἐλευθέρας τοῖς στόμασι ἄνοιγε τὰς θύρας, Φανεὶς, *quum veneris liberas nobis loquentibus fores aperito.* Iosephus *bell Iud.* in prolog. p. 706, de Graecis et Romanis magis ad lites forenses, quam ad historias scribendas pronis dicit: *Ad quaestum quidem et lites*, κέχηνεν εὐθέως τὸ στόμα, καὶ ἡ γλῶσσα λέλυται, *os illis protinus patet et lingua soluta est.* Vbi paulo post addit, illos πρὸς τὴν ἱστορίαν πεφιμῶσθαι, *in historiis scribendis obmutescere.* Contra ea de iis, qui metuunt, dicitur, eos *os non aperire* aut *lingua ligatos esse.* Philo *legat. ad Caium* p. 1019. *Quis enim auderet, propter proseuchas* προσελθεῖν ἢ διᾶραι τὸ στόμα, τῷ λυμεῶνι τȢ̃ πανιέρȢ, *ad vastatorem templi deprecaturus accedere vel saltem hiscere.*

V. 21.

Τὰ κατ' ἐμὲ τί πράσσω.

Τὰ κατ' ἐμὲ subaudi πράγματα, *res meas.* Sic Demosthenes *epist.* 3. his incipit verbis: περὶ μὲν τῶν κατ' ἐμαυτὸν, *de iis rebus, quae ad me pertinent.* Xenophon *Cyrop.* l. 7. p. 120. τὰ καθ' ἡμᾶς ἔμοιγε δοκεῖ ὦ

Κῦρε καλῶς ἔχειν, *res noſtrae Cyre bene ſe habere mihi videntur.* Ioſephus *ant.* l. 2. c. 3. p. 45. ὑπὲρ δὲ τοῦ γνῶναι τὰ κατὰ τὸν πατέρα, *vt cognoſceret, in quonam ſtatu res patris ſui eſſent.* Ibid. l. 16. c. 12. p. 569.

Τί πράσσω, *quid agam, quaenam ſors mea ſit.* Sic Euripides in *Oreſte* v. 659. ἐμοῦ πράσσοντος, ὡς πράσσω τοινῦν, *cum ita ſim calamitoſus.* Idem in *Electra* v. 85. Xenophon *Cyrop.* l. 4. p. 73. οὐκ εἰδὼς ὅ, τι πράττομεν, *quid ageremus ignorans.* Apud Plutarchum *inſtit. lac.* p. 241. cum mater Lacaena filium interrogaſſet: τί πράσσει ἡ πατρὶς, *quonam loco ſunt res patriae?* ille reſpondet: *Omnes perierunt.* Locutiones hae ambae ſignificant, tam quid faciat Paulus, quam qua is ſorte vtatur, quae vtraque notio etiam in verbo πράσσειν l. c. ex Xenophonte et Plutarcho ſimul ineſt. Similiter latini. Plautus in *Epidic. Act.* 1. *ſc.* 1. v. 7. *Quid tu? agis vt velis?* Vbi *agere* tam *ſtatum* et *conditionem*, quam *facta* denotat.

EPI-

EPISTOLA AD PHILIPPENSES.

CAP. I. v. 9.

Ἵνα ἡ ἀγάπη ὑμῶν ἔτι μᾶλλον καὶ μᾶλλον περισσεύῃ.

Μᾶλλον καὶ μᾶλλον, *magis magisque.* Ne *latinismum* aut *hebraismum* huic loquendi generi inesse suspiceris, addam aliquot exempla. Polybius *excerpt. Valef.* p. 85. μᾶλλον ἀεὶ καὶ μᾶλλον ἐξετυφοῦτο, *magis magisque indies intumescebat.* Diogenes Laërt. l. 9. c. 10. §. 2. πτίσσετε μᾶλλον ἔτι καὶ μᾶλλον, *tundite hunc magis magisque.* Euripides *Iphig. in Taur.* v. 1406. μᾶλλον δὲ μᾶλλον πρὸς πέτρας ᾔει σκάφος, *magis autem magisque ibat nauis versus scopulos.* Aristophanes in *nubib. act.* 4. *sc.* 5. p. 195. πλέον, πλέον τἀργύριον ἀεὶ γίνεται, *magis, magisque subinde crescit pecunia.* Polybius l. 1. c. 40. p. 58. πλείους ἀεὶ καὶ πλείους ἐπαποστέλλων, *subinde plures, alios post alios subsidio mittens.* Plutarchus de *sera numin. vind.* p. 565. πάλιν καὶ πάλιν, *iterum iterumque.*

v. 10.

Εἰς τὸ δοκιμάζειν ὑμᾶς τὰ διαφέροντα, ἵνα ἦτε εἰλικρινεῖς καὶ ἀπρόσκοποι εἰς ἡμέραν Χριστοῦ.

Per τὰ διαφέροντα intelligo, *ea, quae momentum aliquod habent, quae conducunt,* et verba haec immediate iungo sequentibus ἵνα ἦτε, *quae ad id conducunt, vt sitis* (*s. fiatis*) *sinceri et sine offensa.* Confer dicta ad Rom. 2, 18. Adde locum Polybii a Raphelio non obseruatum l. 2. c. 14. p. 142. *Sic enim etiam,* τὰ κατὰ τὰς πράξεις διαφέροντα, *ea quae circa res gestas alicuius momenti sunt, captu erunt faciliora.*

Vocem εἰλικρινὴς h. l. de *mentis puritate* et luce explicat Doctiss. Elsnerus, qua illa omnia facile perspicere possit. Probat hoc ex eo, quod sinceritas haec ad *mentem* referatur, εἰς τὸ δοκιμάζειν. At distinguitur potius τὸ εἶναι εἰλικρινῆ, ἀπὸ τοῦ δοκιμάζειν, vti consequens ab antecedenti. Imo verba ἐπίγνωσις, αἴσθησις v. 9. et τὸ δοκιμάζειν omnino sufficere iam videntur, ad innuendam *lucem intellectus*, ita vt apte subiungatur, quae inde sequi debebat, *vitae integritas*. Producit Cel. Elsnerus aliquot locos, in quibus *animus* s. *intellectus* εἰλικρινὴς *purus* dicitur, qui res facile perspicit. Possem his addere alios. Iosephus *ant.* l. 19. c. 7. p. 677. Agrippae post sedatum irae feruorem λογισμὸς εἰλικρινεῖς, *rationem sinceram* tribuit. Plutarchus de *virtut. moral.* p. 444. περὶ τὸν εἰλικρινῆ καὶ ἀπαθῆ νοῦν συνισαμένη σοφία καὶ φρόνησις, *sapientia in mente sincera et perturbationum vacua, locum habens.* Εἰλικρινὲς *sincerum* est ἀμιγὲς, *quod nihil heterogenei habet admixtum.* Hinc Maximus Tyrius *Diss.* 31. p. 317. τὸ εἰλικρινὲς et ἀναμεμιγμένον opponit. Plutarchus *quaest. Rom.* p. 270. solum colorem album dicit esse, εἰλικρινῆ καὶ ἀμιγῆ καὶ ἀμίαντον βαφῇ, *sincerum, mixturae expertem, et tinctura non corruptum.* Idem de *Is. et Osir.* p. 373. καθαρὸς, εἰλικρινὴς καὶ ἀμιγὴς καὶ ἀπαθὴς vt synonyma coniungit, p. 375. vero τὰ εἰλικρινῆ et τὰ μικτὰ sibi inuicem opponit. Iam facile vox ad intellectum relata, intellectum *sincerum, nulla obductum nebula, qui omnia perspicue cernit* notare potest. Aliud vero est, si homo εἰλικρινὴς *sincerus* vocatur. Elsneri interpretatio igitur fulcienda esset exemplis, vbi *homo sincerus* pro *sapienti omnia perspicue cernenti* poneretur. Inhaereo ergo vulgari explicationi, vt εἰλικρινὴς idem sit, quod ἀκέραιος, ἄμεμπτος c. 2, 15. *vitii expers, integer, sincerus.* Sic Plutarchus *discr. adul. et am.* p. 72. Eum, *qui alteri detrahit, seipsum iactans*, ὡς δή τις εἰλικρινὴς καὶ ἀπαθὴς, *quasi sincerum et vitii expertem*, molestum esse dicit, nisi aut aetate aut virtute supra alios emineat. Archytas Pythagoreus

goreus apud Stobaeum *ferm.* 1. p. 13. soli Deo inesse dicit: εἰλικρινῆ καὶ διυλισμέναν τὰν ἀρετὰν ἀπὸ παντὸς θνητῶ πάθεος, *virtutem puram et defaccatam ab omni mortali affectu.* Apud Iosephum *bell. Iud.* l. 2. c. 28. p. 804. τῦ δήμυ τὸ καθαρώτατον καὶ εἰλικρινέστατον, *pars populi purissima et integerrima* vocatur illa, quae paci cum Romanis studebat. Adde Dionysium Hal. *ant.* l. 2. p. 79.

v. 12.

Ὅτι τὰ κατ' ἐμὲ μᾶλλον εἰς προκοπὴν τῦ εὐαγγελίυ ἐλήλυθεν.

Vocem προκοπὴ esse ἀδόκιμον grammatici graeculi dum asserunt, grauiter falluntur. Saepe ea vtitur Polybius e. g. l. 2. c. 13. p. 140. μεγάλην ἐποιεῖτο προκοπὴν, *multum proficiebat;* idem l. 5. c. 16. p. 508. et l. 17. c. 36. p. 1076. Lucianus in *Pseudomant.* p. 877. ἐλπίδα et προκοπὴν coniungit. Iosephus *ant.* l. 10. c. 11. p. 346. *Ob industriam in litterarum et sapientiae studiis*, ἐν προκοπῇ γενομένυς, *incrementa capientes.* Idem *bell. Iud.* l. 1. c. 8. p. 724. et l. 2. c. 4. p. 777. Plutarchus *sympos.* l. 2. qu. 3. p. 636. et in libello *de profectu in virtute sent.* saepissime.

Verbum ἐλήλυθεν hic notionem habet, quam e profanis nondum ostensam video. Quae enim Raphelius *Annot. Polyb.* et Elsnerus *Comment.* ad h. l. adferunt, non satis similia sunt. Verte: *quod res meae magis in incrementum euangelii cesserint, s. ad incrementum euangelii redierint.* Ita vt ἐλθεῖν euentum s. exitum significet, quem praesens apostoli sors et conditio habuerit. Sic Aristophanes in *Acharnens. Act.* 3. *sc.* 4. p. 411. τῦτ' ἐκεῖν' ἥκει πάλιν, ὅθεν περ ἀρχὰ τῶν κακῶν ἁμῖν ἔφυ, *hoc illud redit eodem, vnde malorum nobis fuit initium.* Et ibidem, ὐκ ἤκυσας οἷ προβαίνει τὸ πρᾶγμα τῦ βυλεύματος, *nonne audisti, quorsum deliberatum hoc negotium euadat?*

v. 18.

Τί γάρ; πλὴν παντὶ τρόπῳ εἴτε προφάσει εἴτε ἀληθείᾳ Χριστὸς καταγγέλλεται· καὶ ἐν τούτῳ χαίρω, ἀλλὰ καὶ χαρήσομαι.

Τί γάρ; *quid tum?* idem eſt, quod τί οὖν; Arrianus *Diſſert. Epict.* l. 3. c. 25. p. 345. *Vincit me pulchrae puellae imago.* Τί γάρ; *quid tum? nonne et pridem victus ſum?* Vbi paulo ante habes τί οὖν eodem ſenſu. Apud Euripidem in *Oreſte* v. 482. cum Tyndareus Menelaum reprehendiſſet, quod is Oreſtem matricidam allocutus eſſet, Menelaus reſpondet: τί γάρ; φίλου μοι πατρός ἐστιν ἔκγονος, *quid tum? eſt filius mei fratris.*

Per ἀλήθειαν h. l. *animi ſinceritas et integritas* intelligitur, vti 1 Cor. 5, 8. vbi εἰλικρίνεια et ἀλήθεια coniunguntur. Polybius l. 5. c. 66. p. 570. narrat, Antiochum cum Ptolemaeo inducias feciſſe, imo et aequiſſimas pacis conditiones pollicitum eſſe, et addit: ταῦτα δ' ἔπραττε, πλεῖστον μὲν ἀπέχων τῆς ἀληθείας, *hoc vero ille faciebat, quum longe ab eo abeſſet, vt veram animi mentem proderet.*

Ἀλλὰ καὶ eſt, *imo etiam, quin etiam.* Diogenes Laërtius l. 8. c. 1. §. 3. *In Creta - - deſcendit in Idaeum antrum,* ἀλλὰ καὶ ἐν Αἰγύπτῳ εἰς τὰ ἄδυτα, *imo et in Aegypto in adyta ingreſſus eſt.* Achilles Tatius l. 5. p. 315. *Sub iugo eſt thalamus et rudentes colligati,* ἀλλὰ καὶ πηδάλιον τοῦ θαλάμου πλησίον, *imo et clauus thalamo propinquus eſt.*

v. 23.

Συνέχομαι δὲ ἐκ τῶν δύο, τὴν ἐπιθυμίαν ἔχων εἰς τὸ ἀναλῦσαι καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι, πολλῷ μᾶλλον κρεῖσσον.

Priora verte: *angor,* ſ. *excrucior duabus rebus.* Duo mala ſibi repraeſentat apoſtolus, *abſentiam a Chriſto,* et *abſentiam ab eccleſiis, qui e munere ſuo apoſtolico fructum capere debebant.* Ab vtroque ſe *angi* ſignificat, animique

animique pendere, quodnam ex his praeferendum sit. Apud Euripidem *Iphig. in Taur.* v. 1257. Agamemnon, qui de filia immolanda deliberans fluctuabat, ad vxorem dicit, δεινῶς δ' ἔχει με ταῦτα τολμῆσαι γύναι δεινῶς δὲ καὶ μή, *grauiter autem me adfligit haec audere mulier; grauiter etiam, non audere.*

Ἀναλῦσαι *discedere*, de morte hic vsurpari, translatione ab iis petita, *qui e conuiuio redeunt*, opinatur Lamb. Bos. Frequenter vtique de hoc *discessu e conuiuiis* occurrit, vt apud Plutarchum *sympos.* l. 4. sub init. p. 660. Iosephum *ant.* l. 6. c. 5. p. 175. Ibid. l. 11. c. 4. p. 360. 3 Maccab. 2, 24. c. 5, 21, 44. Sic ergo mors *ob viuendi satietatem*, vt *abitus e conuiuio* spectari posset. Sic Demophilus in *Similitudin.* p. 614. Mytholog. a Galeo editorum dicit: τὸν πεπαιδευμένον ὥσπερ ἐκ συμποσίου, ἐκ τοῦ βίου εὐσχημονοῦντα δεῖ ἀναλύειν, *sapientie vita veluti e conuiuio modeste discedendum est.* At ἀναλύειν non per se et proprie *discessum e conuiuio*, sed generatim *discedere* notat. Ita Iosephus *ant.* l. 19. c. 1. p. 656. καὶ κλήμης μὲν ὡς αὐτὸν ἀναλύει, *Clemens domum discedebat.* Polybius *excerpt. Vales.* p. 81. ἀναλέλυκεν ἐκ τοῦ κινδύνου, *e periculo* (f. *praelio*) *discessit.* *Mors* vero plurimis vocabulis, quae *abitum* indicant, exprimi solet, de quo vide dicta ad vocem ὑπάγειν Matth. 26, 24. Hinc pro scribentis arbitrio *mors* vti *discessus* a conuiuio siue e diuersorio, *siue e domo*, *siue e carcere* spectari potest. *Discessum e diuersorio* cum morte confert Cicero de *senectut.* circa finem: *Ex vita discedo tanquam ex hospitio, non tanquam ex domo. Commorandi enim natura diuersorium nobis, non habitandi locum dedit.* Apostolus vero, me quidem iudice *discessum* suum e vita, vt *exitum* e domo et carcere repraesentat. Opponit enim τὸ ἀναλῦσαι et τὸ ἐπιμένειν ἐν σαρκὶ v. 24. siue μένειν v. 25. de quo vide notata ad Ioh. 21, 22. adeoque aptissimum est, vt post ἀναλῦσαι, quasi ἀπὸ τοῦ κοινοῦ subaudiatur ἐκ τῆς σαρκός. *Carnem* vero siue *corpus*, vt *carcerem* animae spectabant veteres, de quo e. g. vide Maximum Tyrium

Diss. 41. p. 412. 413. et dicta a me aliisque ad τὸ ἀπολύειν Luc. 2, 29. vt οἰκίαν vero siue οἰκητήριον Apostolus *corpus* suum sistit 2 Cor. 5. vbi pro ἀναλῦσαι v. 8. dicit: ἐκδημῆσαι ἐκ τοῦ σώματος, pro ἐπιμένειν ἐν σαρκὶ vero, v. 6. ἐνδημεῖν ἐν τῷ σώματι.

In μᾶλλον κρεῖσσον abundat vocula μᾶλλον. Sic μᾶλλον περισσότερον Marc. 7, 36. Strabo l. 16. p. 1097. πλέον μᾶλλον. Andocides *orat.* 4. p. 232. μᾶλλον δικαιότερον. Isaeus *orat.* 3. p. 413. πολὺ μᾶλλον ἑτοιμότερον.

v. 28.

Καὶ μὴ πτυρόμενοι ἐν μηδενὶ ὑπὸ τῶν ἀντικειμένων.

Verbum πτύρεσθαι est, *consternari*, *terreri*, terrore subito et vano saepissime. Proprie enim vox de animalibus, praesertim equis adhibetur, repentino quodam obtutu perturbatis. Sic Diodorus Siculus l. 17. c. 34. p. 121. de equis currum Darii in pugna ad Issum trahentibus, dicit: διὰ τὸ πλῆθος τῶν περὶ αὐτοὺς σωρευομένων νεκρῶν, πτυρόμενοι τὰ μὲν χαλινὰ διεσείοντο, *cadauerum circa ipsos coaceruatorum multitudine consternati*, *frenum excutiebant*, *ita vt parum abesset*, *vt ipsum Darium in medios hostes abriperent.* Monentur igitur fideles, ne vano ab hostibus terrore se ita patiantur *perturbari*, vt *iugum* Christi *excutiant* Matth. 11, 29. 30. eiusque vt ducis contra hostes spirituales imperium sequi desinant. Phrases enim, quas hic vsurpat apostolus, sunt *militares*, nempe στήκειν v. 27. vti στῆναι Eph. 6, 11. 13. 14. et συναθλεῖν et h. l. οἱ ἀντικείμενοι. Translate πτύρεσθαι *de hominibus consternatis imperata facere detrectantibus* vsurpat Plutarchus in *reip. ger. praec.* p. 800. *Non enim ita tractabilis est multitudo*, *vt cuiusuis fit*, *salutare ei frenum iniicere*; *sed satis haberi debet*, εἰ μήτε ὄψει μήτε φωνῇ πτυρόμενον, ὥσπερ θηρίον ὕποπτον καὶ ποικίλον, ἐνδέχοιτο τὴν ἐπιστασίαν, *si illa nullo visu auditiue consternata*, *veluti suspecta et inconstans bellua rectorem admittat.*

CAP.

CAP. II. v. 2.

Ἵνα τὸ αὐτὸ φρονῆτε, τὴν αὐτὴν ἀγάπην ἔχοντες σύμψυχοι, τὸ ἓν φρονοῦντες.

Τὸ αὐτὸ φρονεῖν et τὸ ἓν φρονεῖν per ſe idem ſignificare poſſunt; h. l. vero ipſe ſermonis ordo diſcrimen harum locutionum ſatis oſtendit; τὸ αὐτὸ φρονεῖν *conſenſum* notat in doctrina, qui *amorem chriſtianorum fraternum* antecedit; τὸ ἓν φρονεῖν *conſenſum* notat *in vita* et *mutuis charitatis officiis.* Priori ſignificatu infra c. 3, 15. habes verba εἴτι ἑτέρως φρονεῖτε. Poſteriori ſenſu Rom. 15, 5. dicitur, τὸ αὐτὸ φρονεῖν ἐν ἀλλήλοις. Sic Demoſthenes de *pace* p. 23. ὅσοι γε δὴ τὰ αὐτὰ τούτοις φρονοῦσι, *qui cum his conſentiunt.* Dionyſius Hal. *ant.* l. 7. p. 465. ἕως οὖ τὸ αὐτὸ φρονήσωσιν ἑπτὰ καὶ ἐννενήκοντα λόχοι, *donec nonaginta ſeptem centuriae inter ſe conſentirent.* Ioſephus *bell. Iud.* l. 2. c. 12. p. 788. εἰ πάντες τὸ αὐτὸ φρονήσειαν, ἐκλιπεῖν ἅπαν τὸ γένος τάχιστα, *ſi omnes inter ſe conſentirent* (ſc. in abſtinentia a matrimonio) *defecturum confeſtim genus humanum.*

v. 4.

Μὴ τὰ ἑαυτῶν ἕκαστος σκοπεῖτε, ἀλλὰ καὶ τὰ ἑτέρων ἕκαστος.

Vulgarem hic praefero explicationem, vt τὰ ἑαυτοῦ σκοπεῖν idem ſit, ac τὰ ἑαυτοῦ ζητεῖν, *ſuis ſtudere commodis; de eo ſolicitum eſſe, quod ipſi aut vtile aut volupe eſt.* Frequentior haec eſt notio huius phraſeos, de qua exempla dabit Elsnerus in *Comment.* ad h. l. aliique. Simillime apud Euripidem in *Electra* Clytaemneſtra inter rogata, cur ipſa filium profugum in patriam non reducat, reſpondet v. 1114. δέδοικα· τοὐμὸν δ' οὐχὶ τἀκείνου σκοπῶ, *metuo, meum enim, non vero illius commodum ſpecto.* Appianus de *bell. Pun.* p. 52. *Quod ſi quis haec omnia contemnit, vt ipſe in imperio Scipioni ſuccedat,*

succedat, τὸ ἑαυτοῦ μόνον σκοπεῖ, *is de priuatis tantum commodis cogitat.*

V. 19.

Ἵνα κἀγὼ εὐψυχῶ, γνοὺς τὰ περὶ ὑμῶν.

Verbum εὐψυχεῖν *bono animo esse*, *magnanimum*, *animosum esse*, ab εὔψυχος, *fortis*, *animosus* descendit, quo Iosephus vtitur, qui *ant.* l. 5. c. 1. p. 145. Iosuam εὔψυχον καὶ μεγαλότολμον, *animosum et audacem* vocat; idem quoque milites *animosos* l. 5. c. 8. p. 154. εὐψύχους et l. 12. c. 19. p. 425. εὐψυχοτάτους appellat. Vnde εὐψυχία oritur, quod *fortitudinem* et *animi magnitudinem* innuit, qua voce idem *ant.* l. 5. c. 2. p. 148. et Euripides in *Heraclid.* v. 569. et v. 597. vtuntur. Verbum ipsum Iosephus habet *ant.* l. 11. c. 6. p. 377. qui de Ahasuero, Estheram adspectu regis consternatam, erigente dicit: καὶ τὴν Ἐσθῆρα εὐψυχεῖν καὶ τὰ κρείττω προσδοκᾶν παρεθάῤῥυνεν, *Estheram*, *vt bono animo esset*, *et meliora exspectaret fata*, *hortabatur.*

V. 27.

Ἵνα μὴ λύπην ἐπὶ λύπῃ σχῶ.

Grotius verba haec cum צרה על צרה confert, quasi *hebraismus* esset; addam igitur post Elsnerum aliquot constructionis huius exempla. Homerus *Odyss.* η. v. 120. ὄγχνη ἐπ' ὄγχνῃ γηράσκει μῆλον δ' ἐπὶ μήλῳ, αὐτὰρ ἐπὶ σταφυλῇ σταφυλή, σῦκον δ' ἐπὶ σύκῳ, *pirus post pirum senescit pomum post pomum*, *porro post vuam vua*, *ficus autem post ficum.* Hesiodus *opera et dies*, v. 642. μεῖζον δ' ἐπὶ κέρδεϊ κέρδος, ἔσσεται, *maius vero lucrum post lucrum erit.* Dionysius Hal. *ant.* l. 8. p. 522. πολέμους ἐπὶ πολέμοις στέλλοντα ὁρῶσά σε, καὶ μάχας ἐπὶ μάχαις ἀναιρούμενον, καὶ τραύματα ἐπὶ τραύμασι λαμβάνοντα, *cum viderem te bella nectentem bellis*, *et praelia continuantem praeliis*, *et alia post alia reportantem vulnera.* Ibid. l. 9. p. 606. μὴ συμφορὰν ἐπὶ συμφορᾷ προσθεῖναι τῇ πόλει, *ne calamitati vrbis adderet calamitatem*,

mitatem. Plutarchus de *sanit. tuend.* p. 123. ἵνα μὴ πῦρ ἐπὶ πυρὶ - - πλησμονῆτις ἐπὶ πλησμονῇ, καὶ ἄκρατος ἐπ' ἀκράτῳ γένηται, *ne ignis igni, crapula crapulae et vinum vino superaddatur.* Sic Euripides in *Oreste* v. 1587. Lucianus *dial. Diog. et Polluc.* p. 219. et de *merc. cond.* p. 475.

CAP. III. v. 5.

Ἑβραῖος ἐξ Ἑβραίων.

Locutio haec, si quid iudico, id tantum indicat, apostolum longa serie ex Hebraeis ortum esse, nullo quasi viliori proselytorum sanguine stirpi suae admixto. Sic Xenophon de *laudib. Agesil.* sub init. de claritudine generis Agesilai laudat, quod ad ipsum Herculem genus referens, maioribus ortus sit, οὐκ ἰδιώταις ἀλλ' ἐκ βασιλέων βασιλεῦσιν, *non plebeiis sed regibus e regibus procreatis.* Demosthenes adu. *Androtion.* p. 426. ἀνθρώπους καὶ σοῦ βελτίους, καὶ ἐκ βελτιόνων. Ibid. p. 427. δούλους ἐκ δούλων καλῶν, ἑαυτοῦ βελτίους καὶ ἐκ βελτιόνων, *seruos seruis natos eos vocans, qui meliores illo et e melioribus orti erant.* Phrasis vero est elliptica, in qua particip. ὢν s. πεφυκὼς suppleri debet. Plene Polybius l. 2. c. 59. p. 202. οὐ μόνον αὐτόν φησι γεγονέναι τύραννον, ἀλλὰ καὶ ἐκ τυράννων πεφυκέναι, *non ipsum tantum ait tyrannum factum, sed et e tyrannis ortum esse;* item Lysias cont. *Agorat.* p. 196. δοῦλον καὶ ἐκ δούλων ὄντα, *seruum et e seruis ortum;* et Dionysius Hal. *ant.* l. 3. p. 163. ἐλεύθεροι γὰρ ἐξ ἐλευθέρων ἔφυμεν, *liberi enim ex liberis prognati sumus.*

v. 8.

Ἡγοῦμαι πάντα ζημίαν εἶναι.

Omnia damnum esse duco. Sic Xenophon *dict. et fact. Socrat.* l. 2. p. 467. ἐπὶ μὲν τοῖς οἰκέταις ἀχθομένους καὶ ζημίαν ἡγουμένους, *qui propter seruos* (morientes) *dolore adficiuntur, idque damnum ducunt.* Idem de *laud.*

Agesil.

Agesil. p. 564. de Agesilao dicit: σώζεσθαι δὲ πάντας κέρδος νομίζων, ζημίαν δὲ τιθεὶς εἰ καὶ ὁ μικρῦ ἄξιος ἀπόλοιτο, *seruare omnes lucrum existimabat, dammum vero esse putabat, etiamsi quis minoris momenti periisset.* Ibid. p. 568. μείζω ζημίαν ἡγέμενος, *maius damnum esse ducens, amicis quam pecuniis priuari.*

Σκύβαλα quae paulo post occurrunt, quaelibet notant, *purgamenta, excrementa,* adeoque *res vilissimas.* De *stercore* vocem vsurpat Iosephus *bell. Iud.* l. 6. in fine. Plutarchus de *Is. et Osir.* p. 352. etiam *capillos, vngues* et *ouium lanam* vti περίσσωμα τροφῆς καὶ σκύβαλον *ciborum excrementa et purgamenta* impura esse dicit. Idem *sympos.* l. 6. *qu.* 7. p. 693. *purgamentis frumenti* hoc nomen imponit. Achilles Tatius l. 2. p. 87. θαλάσσης σκύβαλον *purgamentum maris* commemorat. Pro σκύβαλα ἡγεῖσθαι, Themistius *or.* 21. *Explorat.* p. 254. phrasi simili vtens dicit: σκυβαλίζειν καὶ διαπτύειν τινὰ, *aliquem excrementi instar auersari et conspuere.* Confer omnino Gatakerum *aduersar. miscell. posth.* c. 43. p. 868 seq.

v. 14.

Τοῖς δὲ ἔμπροσθεν ἐπεκτεινόμενος, κατὰ σκόπον διώκω ἐπὶ τὸ βραβεῖον.

Quod ad rem spectat, simile est, quod de Diogene Cynico narrat Diogenes Laërt. l. 6. c. 2. §. 6. *Cum diceretur ipsi, senex es, iam quiesce a labore: Quid vero inquit,* εἰ δολιχὸν ἔδραμον, πρὸς τῷ τέλει ἔδει με ἀνεῖναι, καὶ μὴ μᾶλλον ἐπιτεῖναι; *si in stadio currerem, num ad finem me cursum oporteret remittere et non potius intendere?*

Διώκειν h. l. est, *currere, festinare* intransitiue. Dionysius Hal. l. 1. p. 69. de Faustulo dicit: *Cum alueo, in quo infantes expositi fuerant, paulo post* ἐδίωκεν εἰς τὴν πόλιν, *in vrbem currebat.* Eandem rem iisdem verbis narrat Nicolaus Damasc. *excerpt. Vales.* p. 482. Euripides *Hercul. fur.* v. 1082. ἀπόπρο δωμάτων διώκετε, *procul ab aedibus currite, fugite furiosum virum.* Xenophon *exped.*

exped. Cyri l. 7. p. 278. *Imo et equites solitarii a me abierunt*, ἄλλος ἀλλαχῆ, διώκων, *huc illuc discurrentes*. Plutarchus *Agid. et Cleomene* p. 822. νυκτὸς ἀπέδρα, καὶ διώξασα συντόνως ἐπὶ Ταίναρον, ἐκεῖθεν ἐπέβη νεώς, *noctu aufugit, et Taenarum citato profecta cursu, ibi nauem conscendit*. Posses supplere ὁδὸν, vt διώκειν ὁδὸν sit, *viam persequi*, quemadmodum Themistius *or.* 20. in *obit. patris* p. 240. dicit τὰ ἴχνη τὰ σὰ διώκειν *vestigia tua persequi*, et Euripides *Hercul. fur.* v. 1041. διώκειν ἤλυσιν, *iter persequi*, ex emendatione tamen. Κατὰ σκόπον nihil amplius innuit ac εἰς s. πρὸς σκόπον, quod immerito negat Doctiss. Wolfius. Imo κατὰ idem est quod sequens ἐπὶ. Similiter κατὰ et ἐπὶ alternant in hoc Arriani *Diss. Epict.* l. 2. c. 21. p. 238. *In plerisque vero peccatis* κατὰ τοῦτο μάλιστα φέρονται ἐπὶ τὸ ὁμολογεῖν αὐτὰ, *ad hoc potissimum feruntur, vt ea fateantur*. Homerus *Odyss.* β. v. 397. Οἱ δ' εὕδειν ὤρνυντο κατὰ πόλιν, *hi vero dormitum festinabant ad vrbem*. Euripides in *Danae* v. 50. *Quis nouus hic sermo*, κατ' ἐμὰν ἥκει ἀκοάν, *ad meas peruenit aures?*

v. 19.

Ὧν ὁ Θεὸς ἡ κοιλία, καὶ ἡ δόξα ἐν τῇ αἰσχύνῃ αὐτῶν.

Per κοιλίαν h. l. voluptates notantur, quae ventre siue ex cibo et potu percipiuntur, et mireris merito Cel. Elsnerum *Comment.* ad h. l. sub hac voce etiam *voluptates impuras* intelligere, quae ὑπογάστρια πάθη a Psello vocentur. Scriptores enim antiqui voluptates *gulae* siue *ventris*, a voluptatibus *venereis* siue *membrorum, quae sub ventre sunt* constanter distinguunt. Sic Philo de *sacrif. Cain. et Ab.* p. 137. Arduum esse dicit, ἰσχύσαι - - γαστρὸς καὶ ἡδονῶν τῶν μετὰ γαστέρα, *imperare - - ventri et ventri subiectarum partium voluptatibus*. Idem de *gigantib.* p. 286. et *de vita Mosis* p. 627. τὰς γαστρὸς καὶ τῶν μετὰ γαστέρα ἐπιθυμίας, *cupiditates ventris et partium, quae sub ventre sunt*, distinguit. In *carm. aureis*

Pytha-

Pythagorae v. 9. 10. κρατεῖν δ' εἰθίζεο τῶνδε, γαστρὸς μὲν πρώτιστα καὶ ὕπνου λαγνείης τε, *adsuescas vero imperare his: primo ventri, deinde somno et lasciuiae.* Lucianus in *epigram. in Theronem* p. 1077. γαστρὶ χαριζόμενος πᾶσαν χάριν οὐ κατὰ κόσμον, τῇ θ' ὑπὸ τὴν μιαρὰν γαστέρα μαργοσύνῃ, *ventri in omnibus indecenter gratificatus, et turpi, quae sub ventre est libidini.* Apud Xenophontem *dict. et fact. Socr.* l. 1. p. 443. Socrates ἀφροδισίων καὶ γαστρὸς, *veneris et ventris* abstinentissimus fuisse dicitur, et ibid. p. 456. δουλεύειν γαστρὶ et λαγνείᾳ distinguitur. Vid. ibid. l. 2. p. 458.

Per αἰσχύνην, *res s. actiones pudendas*, inprimis *venerem illicitam* intelligendam puto. *Voluptates venereae*, quemadmodum sua natura ex *gulae intemperantia* sequuntur, ita et a scriptoribus τῇ γαστρὶ subiungi solent, vti patet ex modo dictis. Eiusmodi homines voluptatibus mancipati, dicuntur, τῇ γαστρὶ μετροῦντες καὶ τοῖς αἰσχίστοις τὴν εὐδαιμονίαν, *felicitatem ex ventre et rebus turpissimis metientes*, qua phrasi post Demosthenem de *corona* p. 354. scriptores alii plures vtuntur. Dionysius Hal. *ant.* l. 5. p. 333. τῇ γαστρὶ καὶ ταῖς αἰσχίσταις ἐζηκότας ἡδοναῖς, *qui ventri et turpissimis voluptatibus vixerunt.* Huius vero generis peccata, vt in initio latebras quaerant et caliginem, ad impudentiam tandem homines propellunt, vt Sodomitarum instar ea iactare non vereantur Ies. 3, 9. Αἰσχύνην τοῦ γάμου *adulterium* Martis et Veneris vocat Lucianus *dial. Apoll. et Merc.* p. 156. De *Adulterio* quoque vocem hanc vsurpant Nicolaus Damascenus *excerpt. Vales.* p. 453. et Iosephus *ant.* l. 18. c. 4. p. 622. Aeschines in *Timarchum* p. 181. de meretricibus in lupanari quaestum corpore facientibus dicit: ὅμως πρό γε τῆς αἰσχύνης προβάλλοντάι τι, καὶ συγκλείουσι τὰς θύρας, *tamen dedecus id velamento, quodam tegunt, et fores occludunt.*

CAP.

CAP. IV. v. 11.

Ἐγὼ γὰρ ἔμαθον ἐν οἷς εἰμι αὐτάρκης εἶναι.

Ἐν οἷς εἰμι recte vertit Cel. Elsnerus, *qua forte conditioneque sum.* Sic Iosephus *ant.* l. 10. c. 10. p. 338. *Aegyptius autem, quum audiuisset*, ἐν οἷς ἐστιν ὁ σύμμαχος αὐτοῦ Σεδεκίας, *quonam loco res Sedeciae socii ipsius essent.* Ibid. l. 2. c. 3. p. 41. qui vna cum Iosepho in carcerem coniecti erant, vocantur, οἱ ἐν τοῖς αὐτοῖς ὄντες, *qui in eadem cum illo erant sorte.* Xenophon *Cyrop.* l. 3. p. 50. νῦν δ' ὁρᾶτε δή, ἐν οἵῳ ἐστέ, *iam vero videtis tandem, quanam conditione sitis.* Non opus est χρήμασι s. κτήμασι subaudire cum Lamb. Bos; supple vocem generalem πράγμασι. Ita plene Xenophon *exped. Cyri* l. 2. p. 188. ἐν τοιούτοις δ' ὄντες πράγμασι, *cum in hoc statu sint res nostrae.* Phrasis ἐν οἷς εἰμι αὐτάρκης εἰμί, aequipollet illi ἀρκοῦμαι τοῖς παροῦσι sc. πράγμασι Hebr. 13, 5. vbi vide dicenda.

v. 22.

Μάλιστα δὲ οἱ ἐκ τῆς Καίσαρος οἰκίας.

Per hos: *e domo Caesaris* intelligendi sunt, qui ad *familiam Caesaris pertinebant*, siue cognatione quadam cum Nerone iuncti erant. Sic Philo in *Flaccum* p. 970. de Agrippa Alexandriae indigne habito dicit: εἰ δὲ μὴ βασιλεὺς ἦν, ἀλλά τις τῶν ἐκ τῆς Καίσαρος οἰκίας, οὐκ ὤφειλε προνομίαν τινὰ καὶ τιμὴν ἔχειν; *quodsi non ipse rex, sed aliquis tantum ex domo Caesaris fuisset: nonne praerogatiuam quandam atque honorem habere debuisset?*

EPI-

EPISTOLA AD COLOSSENSES.

CAP. I. v. 5.

Διὰ τὴν ἐλπίδα τὴν ἀποκειμένην ὑμῖν ἐν τοῖς ὐρανοῖς.

Posses vertere: *propter spem quae vobis sita est in coelo*, ita vt per *coelum* Deus significetur, verba vero *ἐν τοῖς ὐρανοῖς*, obiectum innuant, *in quo spes fidelium reposita est*. Per *τὺς ὐρανὺς* Deum intelligi haud rarum est in sacris. Pro phrasi *βασιλεία τῶν ὐρανῶν*, quae non nisi apud Matthaeum reperitur, euangelistae reliqui constanter dicunt *βασιλεία Θεῦ*. Integram quoque phrasin hoc sensu habet Iosephus *ant.* l. 8. c. 5. p. 281. *ἐν γὰρ μόνῳ τῷ δικαίῳ, καὶ εἰς τὸ θεῖον εὐσεβεῖ τὴν βεβαιοτάτην ἐλπίδα τῦ κρατεῖν τῶν ἐναντίων ἀποκεῖσθαι συμβέβηκεν*, *in sola enim iustitia caussae et erga Deum pietate, spes victoriae sita est*. Frequentius est *κεῖσθαι* hoc sensu. Ibid. l. 1. c. 11. p. 18. dicitur, *victoriam ὐκ ἐν τῷ πλήθει καὶ τῇ πολυχειρίᾳ κεῖσθαι*, *non militum multitudine niti*. Quoniam tamen Paulus *ὐρανὸν* nunquam pro Deo vsurpat, et praeterea vulgaris explicatio nexui magis respondere videtur, apte quoque *ἀποκεῖσθαι recondi* respondeat *ὐρανοῖς loco*, vbi *spes* reconditur: malo in veteri persistere sententia, qua per *ἐλπίδα sperata bona* intelliguntur. Adhibetur *ἀποκεῖσθαι* proprie de rebus, quae *thesauri* instar in vsus futuros *reponuntur*. Sic Iosephus *ant.* l. 15. c. 12. p. 535. distinguit, *τὺς ἐπ' ἔτυς καρπὺς*, *fructus anni praesentis* et *τὺς ὅσοι πρότερον ἀπέκειντο*, *eos qui olim repositi fuerant*. Facta hinc ad *praemia* translatione apud Plutarchum in *Caesare* p. 715. Caesar suos largiter remuneratus esse dicitur, ostensurus,

κοινὰ

κοινὰ ἆθλα τῆς ἀνδραγαθίας παρ᾽ αὐτῷ φυλασσόμενα ἀποκεῖσθαι, *communia salutis praemia apud se seruata reponi.* Iosephus *bell. Iud.* l. 2. c. 12. p. 788. narrat ex sententia Essenorum et Graecorum, animis piorum post mortem, τὴν ὑπὲρ Ὠκεανὸν δίαιταν ἀποκεῖσθαι, *destinatam esse vitam in loco vltra Oceanum.*

v. 18.

Ἵνα γένηται ἐν πᾶσιν αὐτὸς πρωτεύων.

Ἐν πᾶσιν cum Beza intelligo genere masculino et verto: *vt inter omnes ipse primas teneat*, siue *supra omnes emineat*, ita vt πάντες sint *fideles*, quibus Christus est πρωτότοκος ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς Rom. 8, 29. Habet phrasin hoc sensu Plutarchus in *Pericle* p. 161. vbi Pericles dicitur, τεσσαράκοντα μὲν ἔτη πρωτεύων, ἐν Ἐφιάλταις, καὶ Λεωκράταις cet. *per quadraginta annos eminens super Ephialtes et Leocrates.* Idem in *Philopoemene* p. 368. Megalopolitanos dicit putasse, cum ducis huius iactura, συναποβεβληκέναι τὸ πρωτεύειν ἐν τοῖς Ἀχαιοῖς, *se simul amisisse principatum inter Achaeos.* Demosthenes *orat. amator.* in fine: *Neque etiam*, εἰ τῶν ἐντυγχανόντων κρείττων εἶ, *si hominibus, qui obuii sunt, melior es, reliquis praestare negligas, sed credas, optimum esse*, τὸ πρωτεύειν ἐν ἅπασι, *super omnes eminere; et melius esse, si huic rei studere videaris*, ἢ προέχοντα ἐν τοῖς τυχοῦσι, *quam inter homines vulgares primas tenere.* Aliter haec verba in *Exercit.* ad h. l. explicat Lambertus Bos.

CAP. II. v. 8.

Διὰ τῆς φιλοσοφίας καὶ κενῆς ἀπάτης, κατὰ τὴν παράδοσιν τῶν ἀνθρώπων κατὰ τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου, καὶ οὐ κατὰ Χριστόν.

Cum vox φιλοσοφία perquam sit πολύσημος: quid hic per illam intelligatur, e nexu sermonis discendum est. Apostolus in sequentibus vsque ad finem capitis totus in eo est, vt legem cerimonialem, ritus Iudaicos,

hisque addita a Iudaeis praecepta humana nihil amplius ad salutem obtinendam facere, et traditionibus humanis nonnisi speciem quandam σοφίας (v. 23.) inesse ostendat. Haec igitur *religio Iudaica* cum variarum sectarum Iudaicarum peculiaribus placitis coniuncta h. l. φιλοσοφία vocatur. Iubet enim apostolus auersari 1) φιλοσοφίαν siue *religionem illam*, quae est κατὰ τὴν παράδοσιν τῶν ἀνθρώπων i. e. quae sectarum Iudaicarum Pharisaeorum praesertim et Essenorum nitebatur praeceptis. 2) Φιλοσοφίαν, quae est κατὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου, (infra v. 20. Gal. 4, 3. 9.) i. e. ipsam religionem Iudaicam, quae suis ritibus nitebatur et cultibus, cum iisque proprii meriti et sanctitatis opinionem coniungebat. *Religionem Iudaicam* φιλοσοφίαν vocat Philo *legat. ad Caium* p. 1014. de Iudaeis dicens, eos diebus sabbatis in proseuchas confluere, ὅτε δημοσίᾳ, τὴν πάτριον παιδεύονται φιλοσοφίαν, *vbi publice in religione patria erudiuntur.* Ibid. p. 1027. Petronium testatur adflatum fuisse aura quadam τῆς Ἰουδαϊκῆς φιλοσοφίας καὶ εὐσεβείας *religionis et pietatis Iudaicae. Doctrinas sectarum Iudaicarum* hoc notat nomine Iosephus *ant.* l. 18. c. 2. p. 617. dicens: Ἰουδαίοις φιλοσοφίαι τρεῖς ἦσαν, vbi per *triplicem philosophiam* diuersa Pharisaeorum, Sadducaeorum et Essenorum placita et instituta intelligit. Idem *bell. Iud.* l. 2. c. 12. p. 784. de iisdem sectis dicit: τρία γὰρ παρὰ Ἰουδαίοις εἴδη φιλοσοφεῖται, *tria sunt apud Iudaeos genera philosophiae.*

V. 14.

Ἐξαλείψας τὸ καθ' ἡμῶν χειρόγραφον τοῖς δόγμασιν ὃ ἦν ὑπεναντίον ἡμῖν, καὶ αὐτὸ ἦρκεν ἐκ τοῦ μέσου, προσηλώσας αὐτὸ τῷ σταυρῷ.

Ἐξαλείφειν de legibus *deletis* vsurpat Lysias *orat.* 29. p. 448. de Nicomacho legum scriba dicens: τοὺς μὲν ἐνέγραφε, τοὺς δὲ ἐξήλειφεν, *alias ille* (leges) *inscribebat, alias delebat.*

Αἴρειν ἐκ μέσου occurrit apud Plutarchum de *curiosit.* p. 519. vbi de arcanis, quae superuenientibus hominibus πολυπράγμοσι occultari solent, dicit, καθάπερ ὄψον, γαλῆς παραδραμούσης, αἴρουσιν ἐκ μέσου, καὶ ἀποκρύπτουσιν, *tollunt* illa *veluti obsonium accurrente fele, e medio et abscondunt.* Phrasis Paulina vero notat, *legem cerimonialem* ita esse *ablatam e medio, vt prorsus sit abolita, ita vt nulla illius amplius auctoritas esse aut ratio haberi debeat.* Sic Demosthenes *orat.* 4. *in Philip.* p. 57. εἰ ἀνέλοιμεν ἐκ μέσου τὰς βλασφημίας *si e medio tolleremus conuicia.* Idem de *corona* p. 354. τὸ καταψεύδεσθαι, καὶ δι' ἔχθραν τι λέγειν ἀνελόντας ἐκ μέσου, *mendacia et ortos ex simultate sermones e medio tollentes.* Idem *or.* I. *in Stephan.* p. 618 ἄνελε οὖν ἐκ μέσου μοι Πασικλέα, i. e. *noli amplius rationem habere Pasiclis siue ad eum prouocare.* Dionysius Hal. *ant.* l. 11. p. 699. οὐκ ἀνελοῦμεν ἐκ μέσου τοὺς φλυάρους; *nonne e medio tollemus nugatores istos?* i. e. nonne verba eorum spernemus, morem illis non gerendo?

Phrasin προσηλῶσαι σταυρῷ habet Iosephus *bell. Iud.* l. 2. c. 25. p. 801. Elliptice προσηλῶσαι dicunt Demosthenes adu. *Midiam* p. 400. et Plutarchus in *Apophthegm.* p. 206.

v. 15.

Ἀπεκδυσάμενος τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας.

Ἀπεκδύειν est *exsuere*, *spoliare*, armis, vestibus, opibus exsuere, quod bello victis fieri solebat. H. l. sacerdotes Iudaici eorumque principes, imo et doctores legem mosaicam docentes *exsuti* dicuntur, quoniam Deus per Christum eos omni *spoliauit* auctoritate, officiis et potestate. *Exuere* pro *spoliare* habet Iosephus *bell. Iud.* l. 2. c. 24. p. 798. πόλεις δὲ ὅλας ἐξεδίδυσκε, *totas vrbes spoliabat.* Apud Plutarchum in *Lucullo* p. 514. dux iste Tigranis regiam depraedatus esse dicitur, *quasi* ἐκδῦσαι τοὺς βασιλεῖς οὐ καταπολεμῆσαι, *ad reges exuendos non debellandos missus esset.* Demosthenes adu. *Aristocrat.*

ſtocrat. p. 488. furibus dicit et latronibus, in poteſtate non eſſe, *πάντας ἐκδύειν omnes ſpoliare.*

V. 20. 21.

Τί ὡς ζῶντες ἐν κόσμῳ δογματίζεσθε; μὴ ἅψῃ, μηδὲ γεύσῃ, μηδὲ θίγῃς.

Δογματίζειν eſt, *praecepta dare, docere.* Arrianus *Diſſert. Epict.* l. 3. c. 7. p. 278. *δογματίζων τὰ καλὰ, ποιῶν τὰ αἰσχρὰ, honeſta docens et turpia agens.* Vbi tamen voces *καλὰ* et *αἰσχρὰ* transpoſitae videntur. Diogenes Laërtius l. 8. c. 1. §. 19. de Pythagora inquit: *τὰ δ' αὐτὰ καὶ περὶ τῆς ἀκοῆς καὶ τῶν λοιπῶν αἰσθήσεων δογματίζειν, eadem illum de auditu et reliquis ſenſibus docere.* Idem l. 7. c. 1. §. 28. Vox haec *philoſophis* eſt propria, qui *dogmata* praeſcribere dicuntur. Apoſtolus ergo, qui *philoſophiam* v. 8. doctoribus Iudaicis tribuit, h. l. etiam τὸ δογματίζειν ad illos refert. Verte igitur: *Quid veluti viuentes in mundo eiusmodi dogmata accipitis?* Immediate haec verba iungenda ſunt ſequentibus, vbi ſpecimina horum dogmatum recenſentur.

Creſcit in his verbis oratio. Cibos vetitos *non comedi, ne guſtari, imo ne attingi quidem debere* praecipitur. Ἅπτειν *comedere* habent Homerus *Odyſſ.* δ. v. 60. *σίτου θ' ἅπτεσθον, καὶ χαίρετον, cibum capite et gaudete.* Teſte Diogene Laërt. l. 6. c. 2. §. 6. Diogenes Cynicus docuit, licere quoque *ἀνθρωπείων κρεῶν ἅψασθαι, carnibus veſci humanis.* Contra ea auctore eodem l. 8. c. 1. §. 19. Pythagoras praecepit: *ἀλεκτρυόνος μὴ ἅπτεσθαι λευκοῦ*, et paulo poſt: *τῶν ἰχθύων μὴ ἅπτεσθαι ὅσοι ἱεροί.* Saepius verbum hoc habet Porphyrius de *abſtinent.* e. g. l. 4. p. 397. *τῆς σαρκὸς ἁπτομένων, de carnibus epulantes* et in fine libri, *ἥψαντο τῶν ζώων, ex animantibus epula fecere.*

V. 22.

v. 22.

Ἅ ἐςι πάντα εἰς φθορὰν τῇ ἀποχρήσει, κατὰ τὰ ἐντάλματα καὶ διδασκαλίας τῶν ἀνθρώπων.

Verte: *Quae omnia perniciem adferunt vſu ſ. conſumtione, ſecundum praecepta et doctrinas hominum.* Poſt ἃ ſubaudi βρώματα aut ſimile aliquid. Integer vero hic verſus vno ſpiritu quaſi legendus eſt, vt ſenſus ſit: *Cibos hos ſi ab hominibus comedantur et conſumantur, ipſis corporis, inprimis vero animae et ſalutis adferre perniciem, ſi ſc. ex doctorum iudaicorum praeceptis et doctrinis hac de re iudicium feratur.* Φθορὰ h. l. ἀπώλειαν perniciem notat, vti Gal. 6, 8. 2 Petr. 2, 12. Plutarchus *ſympoſ.* l. 4. qu. 1. p. 663. ciborum abundantiam nocere dicit, ſi εἰς φθοράν τινα τελευτήσῃ καὶ νόσον, *in corruptionem quandam et morbum deſinit.* Idem de *Stoicor. repugnant.* p. 1049. ſi homines in bellis ſe inuicem pereunt, id φθορὰν vocat ὑπ' ἀλλήλων γενομένην. Maximus Tyrius *Diſſ.* 41. p. 412. fortia facta heroum in bello, nihil aliud eſſe dicit, quam φθορὰν καὶ ἀνάςασιν, *perniciem et euerſionem.*

Ἀπόχρησις *vſus*, *conſumtio* ab ἀποχρῆσθαι deſcendit, quod *vti*, *vſu atterere et conſumere* ſignificat. Sic Plutarchus in *Caeſare* p. 735. Caeſarem ſemper aſſerit καινῆς δόξης, *nouae gloriae* quaeſiuiſſe materiem, ὡς ἀποκεχρημένῳ τῇ παρέσῃ, *praeſenti veluti vſu iam conſumta.* Nomen ipſum vſurpat idem *quaeſt. Rom.* p. 267. vbi diuites ex Romanis Herculi decimam bonorum ſuorum conſecrare dicit, forte quoniam ille delectetur, ταῖς τοιαύταις ἀποχρήσεσι καὶ συςολαῖς τῶν περιττῶν, *eiusmodi vſu*, ſ. *conſumtione et contractione rerum ſuperfluarum, quum vita eius modicis rebus contenta et frugalis fuerit.*

v. 23.

Ἅτινά ἐστι λόγον μὲν ἔχοντα σοφίας ἐν ἐθελοθρησκείᾳ καὶ ταπεινοφροσύνῃ.

Λόγον ἔχοντα σοφίας verti possunt, *quae speciem habent sapientiae* aut etiam: *quae praetextum habent sapientiae* i. e. quae sub praetextu, quasi magna illis inesset sapientia, docentur. Priori significatu Demosthenes *adu. Leptin.* p. 364. dicit: ἔστι δὲ τοῦτο οὕτωσι μὲν ἀκοῦσαι λόγον τινὰ ἔχον· εἰ δέ τις αὐτὸ ἀκριβῶς ἐξετάσειε ψεῦδος ἂν ὂν φανείη, *hoc si ita audias, speciem quandam habet, si quis vero accuratius in id inquirat, inane esse deprehendetur.* Polybius l. 17. c. 13. p. 1047. *Quum genus humanum inter animalia callidissimum esse videatur*, πολὺν ἔχει λόγον τοῦ φαυλότατον ὑπάρχειν, *multum tamen habet speciei, id deterrimum esse.* Sensu altero locutionem hanc vsurpat Dionysius Hal. *ant.* l. 10. p. 664. vbi Siccius asserit, quod si ii, qui agros bello a Romanis partos tenebant, laborum quoque et periculorum socii fuissent, εἶχέ τινα λόγον ἡ πλεονεξία τῶν ἀνθρώπων, *saltem praetextum quendam haberet horum hominum auaritia.* Lesbonax *orat. Hortator.* p. 210. εἶχεν ἂν λόγον τινὰ ἡ κακία, *aliquem haberet ignauia haec praetextum.* Sic et Demosthenes *orat. 1. in Stephan.* p. 609. et adu. *Leochar.* p. 674.

Ἐθελοδουλείαν Lucianus in *Nigrino* p. 37. vocat *cultum* et *reuerentiam*, quem pauperes diuitibus exhibent. Eos, *qui vltro surdi esse volunt*, ἐθελοκωφοῦντας vocat Strabo l. 1. p. 62.

CAP. III. v. 7.

Ἐν οἷς καὶ ὑμεῖς περιεπατήσατέ ποτε, ὅτε ἐζῆτε ἐν αὐτοῖς.

Phrasis *viuere in peccatis* hic multo praegnantior est, quam *ambulare in illis.* Notat enim: *totum se dare peccatis, in illis perpetrandis cum voluptate versari, et* veluti

veluti iis solis intentum esse. Simillime a Libanio *epist.* 1345. p. 625. Alexander vocatur, ἐν Ὀδυσσείᾳ ζῶν καὶ σὺν τοῖς παισὶν ᾄδων καθ' ἡμέραν τὸ ἔπος, *in Odyssea viuens, et carmen hoc quotidie cum iuuenibus canens.* Idem *epist.* 981. p. 459. τὸν ἐν Φροντίσι πολεμικαῖς ζῶντα, *hominem qui bellicis curis distinetur*, opponit ἀνθρώπῳ ἐν λόγοις ζῶντι, *homini, qui litteris deditus est.* Ibid. *epist.* 1003. p. 469. ἐν ἀρετῇ ζῶντες, *qui virtuti vitam dedicant.* Plato in *Phaedone* apud Stobaeum *serm.* 8. p. 98. *Qui corpus maxime contemnunt*, καὶ ἐν φιλοσοφίᾳ ζῶσιν, *et philosophiae addicti sunt.* Demosthenes *epist.* 4. p. 119. *Haec intelligi poterunt, si quis inquirere velit*, τὰ ἐπιτηδεύματα, ἐν οἷς ζῇ, *vitae eius quotidianae consuetudinem.*

v. 12.

Ἐνδύσασθε, οὖν ὡς ἐκλεκτοὶ τοῦ Θεοῦ ἅγιοι καὶ ἠγαπημένοι, σπλάγχνα οἰκτιρμῶν, Χρηστότητα cet.

Similiter Themistius *orat.* 24. *hortator. ad philosoph.* p. 309. ἐπειδήπερ ἀρετὴν ἀντὶ ἱματίων ἠμφίεστο, *quoniam virtute loco vestium indutus erat.* Athenaeus l. 13. c. 2. p. 565. θελόμενοι ἐνδύεσθαι αὐτὴν αὐτάρκειαν, *quum frugalitatem illam induere velitis.* Plutarchus *praecept. coniug.* p. 139. *Non recte ab Herodoto dictum est*, ὅτι ἡ γυνὴ ἅμα τῷ χιτῶνι, ἐκδύεται καὶ τὴν αἰδῶ· τὐναντίον γὰρ ἡ σώφρων ἀντενδύεται τὴν αἰδῶ, *simul cum tunica mulierem verecundiam exuere, quae enim casta est, posita veste verecundiam loco eius induit.* Idem in *Philopoemene* p. 363. τὸ Κρητικὸν ἦθος ἐνδὺς, *Creticos mores induens.*

v. 15.

Καὶ ἡ εἰρήνη τοῦ Θεοῦ βραβευέτω ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν.

Quum v. 8. de deponenda ira et conuiciis, v. 12. de variis mutui amoris officiis, v. 13. de condonatione querelarum, v. 14. de amore vti fonte harum virtutum loquatur apostolus, imo h. l. ad pacem ἐν ἑνὶ σώματι fide-

 les

les vocatos esse afferat: Verba nostra aptissime eo sensu accipiuntur: *Pacem hanc diuinam siue pacem cum Deo, a spiritu sancto animis fidelium instillatam, his quoque mutuae concordiae auctorem esse debere.* Verto igitur: *Pax vero Dei arbiter esto in cordibus vestris.* Frequens est βραβεύειν pro, *diiudicare, disceptare, de litibus et controuersiis iudicium ferre.* Demosthenes de *corona naual.* p. 716. τοῦτόν τὸν τρόπον ὑμῶν ταῦτα βραβευόντων, *vobis hoc modo hanc rem diiudicantibus.* Plutarchus in *Cicerone* p. 865. de oratore hoc praetoris officio fungente dicit: τὰς κρίσεις ἔδοξε καθαρῶς καὶ καλῶς βραβεῦσαι, *lites videbatur integre et innocenter dirimere.* Plutarchus in *amatorio* p. 758. Non dicit esse, ἅμιλλαν οὐδὲ ἀγῶνα *litem siue certamen*, quod ἐφορᾶν καὶ βραβεύειν, *dirigere, et moderari* Deum magis deceat, quam hominum se inuicem amantium contentiones. Posses igitur in phrasi Paulina ἅμιλλαν, κρίσεις, ἐρίδας aut similia supplere. Ita igitur: *pax diuina arbiter et iudex est controuersiarum et litium in animis fidelium, eosque ad mutuam flectit concordiam.* Posses quoque ellipsin paulo aliter supplere sensu eodem. Verbum βραβεύειν notat quoque *dispensare, distribuere, largiri*, metaphora a ludorum moderatoribus petita, qui *brabea* distribuebant victoribus. Hoc sensu apud Iosephum *ant.* l. 4. c. 3. p. 107. τοῦ λοιποῦ βραβεύειν ὁμόνοιαν καὶ εἰρήνην, *vt in posterum concordiam largiatur et pacem.* Sic ergo in verbis Pauli optime subaudiri posset αὐτὴν, ita vt ad τὴν ἀγάπην v. 14. respiciatur. Sic apte verteres: *Pax vero Dei distribuat* illum sc. amorem *in animis vestris, ad quem* sc. amorem *etiam vocati estis.*

V. 17.

Καὶ πᾶν ὅ, τι ἂν ποιῆτε ἐν λόγῳ ἢ ἐν ἔργῳ, πάντα ἐν ὀνόματι κυρίου Ἰησοῦ εὐχαριστοῦντες τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ δι᾽ αὐτοῦ.

Duas vulgo ex hoc versu faciunt propositiones et verbum ποιεῖτε suppleri iubent. At 1) Male hoc modo impera-

imperatiuus sermoni immiscetur, quum particip. εὐχαριστοῦντες et v. 16. ᾄδοντες, νουθετοῦντες cet. inter se cohaereant. 2) Locus Ephes. 5, 19. 20. nostro adeo parallelus est, vt noster ex illo explicandus sit. Verto igitur sine hac ellipsi: *Et in omnibus*, s. *per omnia, quae feceritis verbis aut factis, semper in nomine domini Iesu gratias referentes Deo et patri.* Πᾶν, ponitur elliptice pro κατὰ πᾶν, quod frequentius est, quam vt exemplis id firmare opus sit. Hinc πᾶν ὅ, τι ποιῆτε εὐχαριστοῦντες idem est ac ἐν παντὶ s. διὰ παντὸς εὐχαριστοῦντες 1 Thess. 5, 18. Nec multum differt ὑπὲρ πάντων Eph. 5, 20. quod pro περὶ πάντων positum est. Πάντα verto *semper*. Sic Lucianus in *Asino* p. 132. *Puella neque edere neque bibere volebat*, ἀλλὰ πάντα ἔκλαε, *sed semper flebat.* Achilles Tatius l. 5. p. 307. πάντα δὲ ἔβλεπε ἐμὲ, *semper me adspiciebat.* Idem. l. 7. in fine, ἅπαντα βλέπων εἰς τὸ ἐκείνης πρόσωπον, *semper illam adspiciens.* Iosephus *ant.* l. 1. c. 4. p. 8. πάντα πρὸς ἀρετὴν ἀποβλέποντες, *ad virtutem semper respicientes.* Ratio, ob quam πάντα a Paulo pro *semper* positum puto, est, quia pro hac voce πάντοτε dixit Eph. 5, 20. Ἐν ὀνόματι Ἰησοῦ εὐχαριστεῖν etiam l. c. repetitur. Εὐχαριστεῖν h. l. est *gratias referre*, quae antiquior huius verbi est significatio. Sic apud Demosthenem de *corona* p. 326. in Decreto Chersonesitarum dicitur: *Imo et in omni sequenti aeuo*, οὐκ ἐλλείψει εὐχαριστῶν, καὶ ποιῶν ὅ, τι ἂν δύνηται ἀγαθὸν, *non desinet gratiam referre, et quacunque ratione poterit bene mereri.* Vide dicta ad Matth. 15. v. 36. Δι᾽ αὐτοῦ in fine versus non ad Ἰησοῦν refero, sed genere neutro ad πᾶν ὅ, τι ἂν ποιῆτε, ita vt πᾶν ὅ, τι ποιῆτε - εὐχαριστοῦντες δι᾽ αὐτοῦ dictum sit, pro διὰ παντὸς ὅ, τι ποιῆτε εὐχαριστοῦντες. Simillime 2 Cor. 12, 17. dicitur: μή τινα ὧν ἀπέσταλκα - - δι᾽ αὐτοῦ ἐπλεονέκτησα ὑμᾶς; pro μὴ διά τινος ἐπλεονέκτησα. Posses quoque conferre Ioh. 17, 2. vbi dicta vide. Nam πᾶν ὅ, τι ποιῆτε pro nominatiuo quoque absoluto haberi, nihil vetat.

V. 19.

Καὶ μὴ πικραίνεσθε πρὸς αὐτάς.

Πικραίνεσθαι est, *acerbum se alicui praebere*, *acerbitate uti*. Sic Dio Cassius *excerpt. Vales.* p. 621. Appium Claudium censorem, cuius magna fuerit τραχύτης *asperitas*, a collega suo ita emollitum esse dicit, ὥστε ἐλάχιστα πικράνασθαι, *vt pauca admodum acerbius gesserit.* Quid sit πικρία luculente docet Plutarchus de *ira cohib.* p. 454. *Continentes irae et crebrae offensae habitum animo ingenerant malum, qui ὀργιλότης iracundia dicitur, quae in leuitatem stomachandi*, πικρίαν *acerbitatem et morositatem desinit*, ὅταν ἑλκώδης καὶ μικρόλυπος ὁ θυμὸς γένηται καὶ φιλαίτιος ὑπὸ τῶν τυχόντων, *quando animus exulceratus ob res minimas dolorem concipit, et quaevis etiam vilia culpat.* Crebrum hoc inprimis erga domesticos vitium. Hinc πικρίαν πρὸς οἰκέτας, *acerbitatem aduersus seruos* commemorat idem *discrim. adul. et am.* p. 53. et de *ira cohib.* p. 457. id dicit, animi prodere imbecillitatem quum viri πρὸς γύναια διαπικραίνονται, *acerbe cum mulieribus expostulant.* Apud Euripidem in *Helena* v. 303. Helena dicit: ἀλλ' ὅταν πόσις πικρὸς, ξυνῇ γυναικὶ, καὶ τὸ δῶμ' ἐστὶ πικρὸν, θανεῖν κράτιστον, *at quando maritus acerbus habitat cum vxore, et domus eius est acerba, optimum est mori.*

CAP. IV. V. II.

Οἵτινες ἐγενήθησάν μοι παρηγορία.

Integram phrasin hanc habet Hierocles de *nuptiis* apud Stobaeum *serm.* 65. p. 415. de curis et solicitudinibus, quas maritis leuant vxores, dicens: ἡ γυνὴ δὲ παροῦσα μεγάλη γίνεται καὶ πρὸς ταῦτα παρηγορία, *vxor praesens magno etiam in his rebus est solatio.* Παρηγορία vero h. l. non solum *solatium* notat, sed et *leuamentum, auxilium, recreationem.* Hoc sensu παρηγορεῖν medicorum filii vsurpant. Dioscorides l. 6. c. 1. p. 706. παρηγοροῦντα καὶ παραμυθέμενα τὰς ἀλγηδόνας, *dolores mulcentia et mitigantia.* Nomine ipso vtitur Plutarchus

de

de *auditione* p. 43. νόσημα παρηγορίας - - - δεόμενον, *morbus ope medici indigens*. Idem *praecept. coniug.* p. 132. τὰ πεπληγμένα παρηγορίας δεόμενα, *partes corporis adfectae, quae recreationem aliquam desiderant.* Philo *legat. ad Caium* p. 1000. *Ter ille iam non semel, Tiberio ipsum ad mortem poscente abreptus esset*, εἰ μὴ δι' ἐμὲ καὶ τὰς ἐμὰς παρηγορίας, *nisi ego opem tulissem.*

v. 17.

Βλέπε τὴν διακονίαν, ἣν παρέλαβες ἐν κυρίῳ, ἵνα αὐτὴν πληροῖς.

Nonnulli τὸ ἵνα h. l. transpositum esse putant, ita vt βλέπε ἵνα πληροῖς inter se iungenda sint. Hoc modo simillimum foret transpositionis exemplum hoc Andocidis *orat.* 3. p. 278. ἅπερ ἠρξάμεθα πολεμεῖν, ἵνα ἡμῶν γένηται τῇ πόλει ταῦτα, *quae bellum coepimus, vt vrbis nostrae fierent ista.* Potest vero et metathesis et pleonasmus vocis αὐτὴν euitari, si βλέπε τὴν διακονίαν vertas: *attende ad munus* siue *ministerium.* Sic Phil. 3, 2. βλέπετε τοὺς κύνας cet. et Arrianus *Diss. Epict.* l. 3. c. 23. p. 325. ἀλλ' ἐκεῖνο μᾶλλον ἐβλέπετε, *sed ad hoc potius attenderetis.*

Munus implere pro *satisfacere illi, illo fungi* phrasis est et Graecis vsitata et Latinis. Philo *in Flaccum* p. 988. οἱ μὲν τὴν διακονίαν ἐκπλήσαντες ἀπῄεσαν, *illi functi suo ministerio discesserunt.* Euripides in *Helena* v. 740. πολλὰ μὲν παρ' ἀσπίδα, μοχθήματ' ἐξέπλησας, *multos ad clypeum* (i. e. in bello) *labores expleuisti.* Lucianus in *abdicato* p. 824. ἅπαξ ἤδη τὴν πατρικὴν ἐξουσίαν ἀποπληρώσαντι, *quum semel iam patria potestate functus sis.* Arriani *Epictetus* l. 4. c. 8. p. 406. 407. de philosopho, cuius mores philosophiae placitis respondent dicit, πληροῦν τὴν ἐπαγγελίαν, *illum implere professionem suam.* Velleius Paterculus l. 2. c. 95. Paulum dicit *non potuisse implere censorem*, i. e. non satis idoneum fuisse, ad partes huius muneris implendas.

EPISTOLA I.
AD THESSALONICENSES.

CAP. I. v. 3.

Μνημονεύοντες ὑμῶν τȣ̃ ἔργȣ τῆς πίστεως.

Quid sibi voluerit Doctiss. Elsnerus, qui per ἔργον πίστεως h. l. *opus difficile* intelligit, cum molestia insigni et periculo coniunctum, mihi obscurius est. Ἔργον per se *opus difficile*, quod sciam, nonnisi in phrasi, ἔργον ἐστὶν significat, qua vtitur Plutarchus de *Socrat. gen.* p. 579. ἔργον ἐστὶν εὑρεῖν ἄνδρα καθαρεύοντα τύφȣ, *difficile est, hominem inuenire fastus vacuum.* Qui ἔργον πίστεως de *ipsa fide* explicant, recte quidem rationes subducunt, sed phrasin non satis exhauriunt. Ἔργον πίστεως est *res fidei*, siue ἡ πίστις ἀληθείας, *vera fides.* Ἔργον *res ipsa* aequipollet τῇ ἀληθείᾳ et τῷ λόγῳ *speciei* opponitur; de quo vide interpretes ad Col. 2, 23. Sic Demosthenes *or.* 1. *in Onetor.* p. 570. λόγῳ μὲν ἀπολελοιπυῖαν, ἔργῳ δὲ συνοικȣ̃σαν ἀφόβῳ, *diuortium quidem simulantem, reuera tamen Aphobi vxorem.* Arriani *Epictetus* l. 2. c. 9. p. 192. λόγῳ μὲν Ἰȣδαῖοι, ἔργῳ δ᾽ ἄλλο τι, *nomine quidem Iudaei, reipsa vero quiddam aliud.* Sic et Thucydides l. 1. p. 29. et l. 3. p. 77. et Iosephus *ant.* l. 19. c. 1. p. 660. Euripides *nomen* et *rem* opponit in *Troadib.* v. 1233. τλήμων, ἰατρὸς ὄνομ᾽ ἔχȣσα, τἄργα δ᾽ ȣ̓, *Infelix, medici nomen habens, non vero rem ipsam.* Etiam *cum genitiuo* ἔργον hoc sensu iungunt. Lucianus in *tyrannicid.* p. 786. *Solum imperii nomen illi deerat,* τὸ δ᾽ ἔργον τῆς τυραννίδος καὶ τὸ κεφάλαιον αὐτὸς ἦν, *res vero tyrannidis atque summa in eo sita erat.* Aristoteles *politic.* l. 6. c. 2. p. 521. τὸ ζῆν ὡς βȣ́λεταί τις. τȣ̃το γὰρ τῆς ἐλευθερίας ἔργον εἶναι φασὶν, *viuere vti quisque velit. In hoc enim rem libertatis aiunt consistere.*

ftere. Diodorus Siculus *excerpt. Valef.* p. 298. τὸ τῶν ἀποτελεσμάτων ἔργον, *euentus ipfos*, opinioni et praefagiis de iisdem opponit. Confer quod ad rem 2 Tim. 3, 5. 2 Theff. 1, 11. Ἔργον νόμȣ Rom. 2, 15. etiam, *rem legis Mofaicae*, opponit *verbis* eiusdem.

CAP. II. v. 5.

Οὔτε γάρ ποτε ἐν λόγῳ κολακείας ἐγενήθημεν, καθὼς οἴδατε· ὔτε ἐν προφάσει πλεονεξίας, Θεὸς μάρτυς.

Anceps fignificatio phrafeos γίνεσθαι fiue εἶναι ἔν τινι, quae paffiue non minus ac actiue intelligi poteft, duplicem fuppeditat huius verfus interpretationem. Vertere potes: *Neque enim vnquam fpeciem adulationis praebuimus, vti noftis, neque criminationi auaritiae obnoxii fuimus, Deo tefte.* Λόγος *fpeciem* notat, de quo vide dicta ad c. 1, 3. et Col. 2, 23. Ἐν λόγῳ εἶναι vero refpondet τῷ λόγον ἔχειν. Πρόφασις vero *criminationem* fiue *praetextum contra alium* notat apud Plutarchum in *Caefare* p. 734. vbi narrat, ipfos Caefaris inimicos, in honoribus eius vltra modum augendis elaboraffe, ὅπως ὅτι πλεῖςας κατ' αὐτȣ̃ προφάσεις ἔχωσι, *vt quamplurimos contra eum haberent praetextus, eumque ob maximas criminationes aggredi viderentur.* Similes vero funt phrafes; haec Lyfiae *orat.* 18. p. 308. ἐκείνȣ ἀποδημήσαντος καὶ ἐν διαβολῇ γενομένȣ, *illo peregrinante et calumniis petito;* et haec Polybii l. 2. c. 11. p. 138. *Demetrius* ἐν διαβολαῖς ὢν, *criminationibus obnoxius.* Diodorus Siculus l. 20. c. 33. p. 409. ἐν ἐγκλήμασιν ὄντες, *criminum rei.* Contra ea Iofephus *ant.* l. 2. c. 3. p. 39. dicit: ἔξω τῆς ὑπονοίας γίνεσθαι, *fufpicionem a fe amoliri.* Quoniam tamen facilius erat apoftolis, ab ipfa fibi cauere adulatione et auaritia, quam ab omni horum vitiorum fpecie et criminatione; et praeterea prouocatio ad Deum teftem, aptior eft, de animo auaritiae experti, quam de auaritiae criminationibus loquenti: Malo actiue vertere;

tere: *Neque enim vnquam verbis adulationis vsi sumus, vti nostis; neque praetextu auaritiae, teste Deo.* Dissentio tamen a Grotio, qui in hac phraseos notione *hebraismum* quaerit. Sic enim Plutarchus *conuiu. 7. sapient.* p. 148. ἐν τοιέτοις λόγοις γενόμενοι καθ᾽ ὁδὸν, *quum hos in via habuissemus sermones.* Idem de *oracul. def.* p. 418. ἐν λόγοις ἀτόποις γεγονότες, *sermonibus vsi absonis.* Idem de *solert. animal.* p. 960. ἐν λόγοις γεγονότες. Idem in *Demetrio* p. 905. ὑπὸ χαρᾶς τὸν δῆμον ὄντα φωναῖς ὄντα παντοδαπαῖς, *populum prae gaudio variis acclamationibus vtentem.* Xenophon *Cyrop.* l. 4. p. 70. οἱ μὲν δὴ ἐν τέτοις τοῖς λόγοις ἦσαν, *hi igitur his sermonibus occupati erant.*

v. 8.

Οὕτως ἱμειρόμενοι ὑμῶν.

Ἱμειρόμενοι ὑμῶν idem est, quod ἐπιποθῦντες ὑμᾶς Phil. 1, 8. Verbum hoc poëticum vocat Grotius. Neque id prorsus sine fundamento. Iulius Pollux l. 5. c. 47. p. 302. dicit: τὸ γὰρ ἱμείρω ποιητικόν. Exempla tamen ex Herodoto et Polybio opposuit Raphelius. Sic etiam Aelianus *hist. anim.* l. 14. c. 25. ὧν ἱμείρει, τέτοις ἐντυχὼν ἀθρόοις, *iis, quae cupit, abunde obuiam factis.* In oratione Thessali filii Hippocratis in huius *operibus sect. 8.* p. 31. in fine: *Haud scio, quorsum proficiscentes, ὧν ἱμείρομεν, ἐγκυρήσομεν, quae cupimus, consecuturi simus.* Aristoxenus Pythagoreus apud Stobaeum *serm.* 10. p. 132. τέτων ἐκ ἱμείρεται τὸ σκῆνος; *ea corpus non appetit.* Hierocles apud eundem *serm.* 38. p. 229. ἱμείρων ἀδυνάτων, *impossibilia cupiens.*

v. 17.

Ἀπορφανισθέντες ἀφ᾽ ὑμῶν.

Orbati s. priuati vobis. Ὀρφανίζεσθαι enim et ἀπορφανίζεσθαι generatim de *priuatione* et *orbitate* tam parentum, quam filiorum vsurpatur. Sophocles cum ἐκ verbum

bum simplex construit, in *Trachin.* p. 354. Κλαίων ἔθ' ἕνεκ' ἐκ δυοῖν ἔσοιθ' ἅμα, πατρός τ' ἐκείνης τ' ὀρφανισμένος βίου, *flens, eo quod vita duorum, patris nempe et illius, simul priuandus esset.* Quum Paulus v. 7. et 11. se cum patre comparet et nutrice, aptius est, inhaerere similitudini *parentis liberorum praesentia orbati.* Sic apud Dionysium Hal. *ant.* l. 1. p. 69. Numitor quaeritur, fratrem sese ὀρφανὸν τέκνων τεθεικέναι, *liberis orbasse*, filio nempe occiso, filia vero nonnisi carceri inclusa.

CAP. III. v. 3.

Τὸ μηδένα σαίνεσθαι ἐν ταῖς θλίψεσι ταύταις.

Cel. Elsnerus putat, τῷ σαίνεσθαι h. l. *blandiendi*, et *pelliciendi* sensum inesse, metaphora a canibus petita, qui proprie σαίνειν, *cauda blandiri* dicantur. Id igitur velle apostolum: *Ne Thessalonicenses iucundioris vitae commodis promissis, pellicerentur ad amplectendam pristinam religionem iudaicam, christiana abiecta.* Ad adiecta verba ἐν ταῖς θλίψεσι, magis suadent, vt σαίνεσθαι, *commoueri*, *perturbari*, *terreri* vertas. Fideles Thessalonicenses plerique ex gentilibus erant conuersi Act. 17, 2-4. et hi non a Iudaeis, sed ὑπὸ τῶν ἰδίων συμφυλετῶν adfligebantur c. 2, 14. hi ergo non poterant redire ad religionem Iudaicam, neque ad Iudaeos descisere, quo ipso se magis inuisos reddidissent. Verte: *Vt nemo commoueatur per has calamitates.* Σαίνειν a σείειν s. σέειν *commouere* deriuant Grammatici; idque de *commotione* tam *animi*, quam *corporis* vsurpant. Sic Achilles Tatius l. 6. p. 385. *Tunc sedatior fiebat*, καὶ αὐτὸν ἔσαινεν τῶν λεγομένων τὸ πιθανὸν, *et eorum, quae dicebantur, veri similitudine commouebatur.* Sic et σαίνεσθαι de *commotionibus* animi *tristioribus*, *consternatione*, *timore*, *tristitia* vsurpatur. Apud Diogenem Laërtium l. 8. c. 1. §. 21. Pythagoras squalidus et macie confectus ab inferis rediisse, et quae ibi sibi euenissent, concioni narrasse dicitur, ad-

iectis

iectis verbis: οἱ δὲ σαινόμενοι τοῖς λεγομένοις, ἐδάκρυόν τε καὶ ᾤμωζον, *illi vero per haec verba consternati, in lacrymas et gemitus erumpebant.* Locum hunc iam ipse attulit Elsnerus. Apud Euripidem in *Rheso* v. 55. Hector ob fugam a Graecis destinatam animo se angi asserens, ait: σαίνει μ' ἔννυχος φρυκτωρία, *commouet me nocturna ignium incensio*, sc. a Graecis fugientibus facta. Consequens tamen *commotionis*, *ex his adflictionibus ortae*, esse poterat, vt animum desponderent et terrore atque metu, a christiana fide desciscerent. Confer πτύρεσθαι Phil. 1, 28.

CAP. IV. v. 6.

Τὸ μὴ ὑπερβαίνειν καὶ πλεονεκτεῖν ἐν τῷ πράγματι τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, διότι ἔκδικος ὁ κύριος περὶ πάντων τούτων, καθὼς καὶ προείπομεν ὑμῖν καὶ διεμαρτυράμεθα.

Satis puto ab aliis probatum esse, integrum hunc versum de peccatis illicitae Veneris et inprimis de adulterio intelligendum esse. In hoc enim peccatorum genere solo adulterio ἀδελφοὶ *fratres*, i. e. alii homines sexus potioris *iniuria adfici* possunt, quum de peccato Rom. 1, 27. notato haud cogitari possit. Ὑπερβαίνειν nolim tamen cum Whitbyo *sensu* accipere *impuro*. Confert is locum Philonis ἄνδρες ὄντες ἄῤῥεσιν ἐπιβαίνουσι. At docuit iam Gatakerus de *stilo N. T. Cap.* 11. p. 77. 78. Graecos de coitu βαίνειν et ἐπιβαίνειν de *brutis* non de *hominibus* vsurpare. *Obscoena* igitur esset haec *notio*, in scriptis Philonis facilius toleranda, quam a sancto Paulo exspectanda. Imo necdum probatum est ὑπερβαίνειν ipsum hanc notionem ferre posse. Duplex mihi superest explicatio τοῦ ὑπερβαίνειν. Vertere id potes: *peccare, modum excedere*, ita vt subaudias ὑπερβαίνειν τὸν νόμον s. τὸ δίκαιον. Sic elliptice Euripides in *Alcest.* v. 1077. μὴ νῦν ὑπέρβαιν' ἀλλ' ἐναισίμως φέρε, *ne nunc modum excedas* sc. in luctu, *sed* malum tuum *feras moderate.*

derate. Et Sophocles in *Antigon.* p. 214. ὅςις δ' ὑπερβὰς ἢ νόμους βιάζεται, ἢ τὐπιτάσσειν τοῖς κρατοῦσιν ἐννοεῖ, *qui vero modum excedit, aut legibus vim infert, aut imperantibus praecepta dare audet.* Plene νόμον ὑπερβαίνειν *legem transgredi* dicit Diodorus Siculus l. 17. c. 34. p. 121. In verbis Pauli vero adiecta locutio ἐν τῷ πράγματι *in hoc negotio,* satis docere potest, de transgressione τῶν νόμων τοῦ γάμου sermonem esse. Si hoc non placet, potes quoque ὑπερβαίνειν construere cum τὸν ἀδελφόν. Sicque vertenda foret vox per: *spernere, contemnere, violare.* Hoc sensu Themistius *orat.* 22. de *amicitia* p. 269. dicit: πολλὰς ὑπερβαίνειν ἡδονὰς *multas spernere voluptates.* Et Plutarchus de *curiositat.* p. 522. ὑπερβῆναί ποτε λῆμμα δίκαιον, *interdum quoque lucrum honestum spernere.* Construitur quoque verbum hoc cum accusatiuo personae, quod temere negauit Heinsius. Sic idem de *amore prolis* p. 496. de matre partus doloribus vix liberata dicit, οὐχ ὑπερέβη τὸ νήπιον, οὐδὲ ἔφυγεν, *non spernit illa infantem, neque auersatur.* Ex *contemtu* sequi solet *violatio*; quo sensu Demosthenes adu. *Aristocrat.* p. 439. ἔτι τοίνυν πέμπτον δικαςήριον ἄλλο θεάσασθε οἷον ὑπερβέβηκε, *quintum praeterea iudicum videbitis, quod violauerit.* Vbi paulo ante vt phrasis synonymica occurrit, δικαςήριον παραβαίνειν. Hinc ὑπερβάσια *violatio, iniuria* dicitur, inprimis quae τῷ γάμῳ infertur. Apud Homerum *Odyss.* γ. v. 206. Telemachus vim sibi datam optat, τίσασθαι μνηςῆρας ὑπερβασίης ἀλεγεινῆς, *ad puniendos procos* Penelopes ob *iniuriam grauem.*

Πλεονεκτεῖν similiter notat *iniuria adficere,* alium vel opibus, vel quocunque alio modo *laedere.* In *testamento* 12. *patriarch.* p. 625. Issachar dicit: *Homo simplex aurum non cupit,* τὸν πλησίον οὐ πλεονεκτεῖ, *proximum iniuria non adficit.* Demosthenes cont. *Spudiam* p. 652. καὶ φάσκη πλεονεκτεῖσθαι ταῖς χιλίαις δραχμαῖς, *de mille drachmis iniuriam sibi fieri dicit.* Generatim de *iniuria* verbum hoc habet Thucydides l. 1. p. 18.

p. 18. εἰ ἀπὸ πρώτοις ἀποθέμενοι τὸν νόμον, φανερῶς ἐπλεονεκτοῦμεν, *si statim in initio spretis legibus palam laesissemus.* Et paulo post: *Homines, vti videtur,* ἀδικούμενοι *iniuria adfecti, magis indignantur, quam vim passi, ibi enim* ἀπὸ τοῦ ἴσου δοκεῖ πλεονεκτεῖσθαι, *ab aequalibus se putant iniuria adfici, hic vero a potentioribus cogi.* Vbi ἀδικεῖσθαι et πλεονεκτεῖσθαι sibi respondent. Πλεονεκτεῖν dicitur *is, qui sibi aliquid aufert et arrogat, quod alteri competit.*

Ἐν τῷ πράγματι. Si hoc ad *mercaturam* aliaque negotia respiceret, ἐν τοῖς πράγμασι dicendum fuisset. Τὸ πρᾶγμα vero per εὐφημισμὸν *rem* notat, *quam magis distincte nominare pudor vetat.* Lucianus *dialog. meretr. Amp. et Chrys.* p. 727. ὑποθερμαινόμενος ἤδη τότε ὁ Δημόφαντος καὶ αὐτὸς ἀναφλέγεται εἰς τὸ πρᾶγμα. Aeschines in *Timarchum* p. 181. τὸ πρᾶγμα γνωρίζοντες, *rem illam intelligentes.* Ibid. p. 188. 189. Sic ἐν τῷ πράγματι 2 Cor. 7, 11.

Διαμαρτύρεσθαι, *contestari, asseuerare. grauitate testis aliquid denuntiare.* Sic Demosthenes *or.* 2. in *Philippum* p. 28. coniungit: προὔλεγον καὶ διεμαρτυρόμην. Eadem habet de *corona* p. 319. et 342. Ibid. p. 333. ἐμοῦ διαμαρτυρομένου καὶ βοῶντος ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, *me in concione testificante et clamante.*

V. II.

Καὶ φιλοτιμεῖσθαι ἡσυχάζειν καὶ πράσσειν τὰ ἴδια.

Πράσσειν τὰ ἴδια, subaudi ἔργα, est, *agere quod suum est, quod sui est officii,* nec se aliorum immiscere negotiis. Opponitur id τῷ περιεργάζεσθαι. Vide 2 Thess. 3, 11. 12. Simillime Demosthenes *exord. orationum* p. 143. ἂν δ' ἔχειν ἡσυχίαν τις παραινῇ, καὶ τὰ ὑμέτερα αὐτῶν πράττειν, *si quis moneat, vt quieti simus, et nostra agamus negotia.* Lysias *orat.* 18. p. 301. ἐκείνῳ μὲν γὰρ ἦν τὰ ἑαυτοῦ πράττειν, Ἀριστοφάνης δὲ οὐ μόνον τῶν ἰδίων ἀλλὰ καὶ τῶν κοινῶν ἐβούλετο ἐπιμελεῖσθαι, *ille enim sua ipsiusmet*

usmet curabat negotia; *Aristophanes vero non solum privatarum, sed etiam publicarum rerum curam agere volebat.* Notari poterit hic locus contra Phrynichum, qui Atticos praecipit dicere τὰ ἐμαυτȣ̃ πράττω, non vero τὰ ἴδια πράττω. Donysius Hal. *ant.* l. 8. p. 507. ἐγὼ μὲν δὴ πράττων τὰ ἐμαυτȣ̃, *ego dum meum ago negotium.* Bis praeterea locutionem hanc vsurpat Demosthenes *orat.* de *Cherson.* p. 37.

CAP. V. v. 11.

Διὸ παρακαλεῖτε ἀλλήλȣς καὶ οἰκοδομεῖτε εἷς τὸν ἕνα.

Quod εἷς τὸν ἕνα hic ponatur pro ἀλλήλȣς, id in *latinismorum* collocat censu Dresigius in *Hierocritico N. T.* Cel. Georgii part. 2. p. 102. neque exempla ex auctoribus opposuit Cel. Georgius p. 145. Notes ergo locum Dionysii Hal. *ant.* l. 2. p. 134. ὁπότε ὑπὲρ ἀμαρτύρȣ συναλλάγματος ἀμφίλογόν τι γένοιτο ἑνὶ πρὸς ἕνα, *si qua illis inuicem ob contractum sine testibus factum controuersia orta esset.* Lucianus de *scribend. histor.* p. 659. ὡς ἓν ἑν φασιν ἑνὶ παραβαλεῖν, *vt igitur alterum, quod aiunt cum altero comparetur.* Paulum diuersus est sensus, quo vertere posses: *aedificate vos singuli seorsum;* quo indicaretur, *non tantum conuentibus publicis includendam esse aedificationem mutuam.* Sic Theocritus *idyll.* 22. v. 65. εἷς ἑνὶ χεῖρας ἄειρον, *vnus contra vnum manus attolle.* Plutarchus de *garrulit.* p. 511. ἕλκων ἓν καθ' ἓν πάντα ῥᾳδίως διέκλασε, *vnum hastile post alterum extrahens facile fregit omnia.* Lucianus in *asino* p. 169. ἐγὼ δὲ ἓν ἐξ ἑνὸς ἐπιτρέχων, *ego ad singulos seorsum accurrens.* Arrianus *Diss. Epict.* l. 1. c. 10. p. 112. ἓν ἐξ ἑνὸς ἐπισεσώρευκεν, *alind post aliud suscepit negotium.*

v. 14.

Νȣθετεῖτε τȣ̀ς ἀτάκτȣς.

Verte: *emendate, castigate, corrigite inordinatos.* Νȣθετεῖν enim significat, τὸν νȣ̃ν εὐθετεῖν, τὸν νȣ̃ν

καλῶς f. ὀρθῶς τιθέναι, ἐπανορθοῦν. Frequens eſt haec vox, vti παιδεύειν et νουθεσία de patribus filios *emendare* curien ibus. Vide 1 Cor. 4, 14. Eph. 6, 4. et Ioſephum *ant.* l. 16. c. 16. p. 577. Sic et νουθετεῖν ὡς ἀδελφὸν 2 Theſſ. 3, 15. Adeoque νουθετεῖν h. l. notat, *omne id quod alterius emendandi gratia ſuscipitur, ſiue id mitiora ſiue ſeueriora ſint monita, acriores redargutiones et reprehenſiones, imo et poenae et excluſio ex coetu Chriſtianorum* 2 Theſſ. 3, 14. 1 Cor. 5, 5. De *monitis* et *reprehenſionibus* vocem vſurpat Plutarchus, qui *diſcr. adul. et am.* p. 60. νουθετεῖν et ἐγκαλεῖν *caſtigare* et *reprehendere*, et de *profect. virtut.* p. 82. ἐλέγχειν et νουθετεῖν coniungit. Idem *reip. ger. praec.* p. 810. τὰ γὰρ τοιαῦτα νουθετεῖ τοὺς ἁμαρτάνοντας, ἅμα καὶ κοσμεῖ τοὺς νουθετοῦντας, *eiusmodi monita peccantes emendant et monitores decent.* Dionyſius Hal. *ant.* l. 11. p. 696. Volui te, *vt ignarum docere et* ὡς ἁμαρτάνοντα νουθετῆσαι, *vt peccantem corrigere.* Quod vero verbum hoc quoque de *poenis emendationis gratia inflictis* vſurpari poſſit, Gellius docet, qui l. 6. c. 14. p. 386. νουθεσίαν vel κόλασιν vel παραίνεσιν eſſe dicit, *quum poena adhibetur caſtigandi atque emendandi gratia, vt is, qui fortuito deliquit, attentior fiat correctiorque.* Hinc Dionyſius Hal. *ant.* l. 6. p. 383. μετρίως ἐνουθετήσατε καὶ πολιτικῶς, *moderate caſtigaſtis et ciuiliter.* Ioſephus *ant.* l. 8. c. 3. p. 285. dicit, μάστιξιν νουθετεῖν, *flagellis caſtigare.* Lucianus in *aſino* p. 136. ſe et verbis et baculo ſimul νουθετούμενον *caſtigatum* vocat. Philo de *vita Moſis* p. 623. et 624. Aegyptios dicit plagis diuinis νουθετεῖσθαι, *caſtigatos eſſe.* Plutarchus *quaeſt. Rom.* p. 283. eo aſſerit ſine virgis ſecures appenſas habuiſſe praetores, quoniam, οἱ μὲν ῥάβδοι νουθετοῦσι τὸ μεταθέσθαι δυνάμενον, αἱ δὲ πελέκεις ἀποκόπτουσι τὸ ἀνουθέτητον, *virgae eos, qui emendari poſſunt, corrigunt, ſecuribus vero amputantur immedicabiles.*

✣ ✣ ✣

EPI-

EPISTOLA II.
AD THESSALONICENSES.

CAP. I. v. 9.

Οἵτινες δίκην τίσουσιν ὄλεθρον αἰώνιον.

Δίκην τίνειν proprie eſt, *mulctam pecuniariam ſoluere*. Hinc Demoſthenes in *Euergum* in fine: ἐκτετικότος ἐμοῦ τὴν δίκην, *ſoluta a me mulcta mille trecentis triginta tribus drachmis, duobus obolis*. Improprie ergo notat, quamlibet *poenam dare*, ſ. *ſuſtinere*. Sic Euripides in *Oreſte* v. 1090. ὧν σὺ νῦν τίνεις δίκας, *ob quae tu nunc das poenas*. Idem in *Rheſo* v. 812. τῶν δὲ τίς τίσει δίκην πλὴν σοῦ; *horum quis pendet poenam praeter te?* et v. 894. δόλιος Ὀδυσσεὺς ἀξίαν τίσει δίκην, *dignam dabit poenam doloſus Vlyſſes*. Dionyſius Hal. *ant.* l. 3. p. 167. δίκας τίσουσιν ἔτι τούτων χείρονας. Plutarchus *non ſuau. viui ſec. Epic.* p. 1105. damnatos apud inferos, a beatis cerni dicit, ἀξίαν δίκην τίνοντας, *dignas luentes poenas*. Idem *apophth. lac.* p. 230. et de *ſera num. vind.* p. 552. vbi p. 554. phraſin τιμωρίαν τίνειν *poenas ſoluere* reperies.

v. 10.

Ὅταν ἔλθῃ ἐνδοξασθῆναι ἐν τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ, καὶ θαυμασθῆναι ἐν πᾶσι τοῖς πιστεύσασιν.

Ἐνδοξασθῆναι ἐν ἁγίοις idem eſt ac διὰ ἁγίων *per ſanctos*; vide v. 12. et Ioh. 17, 10. κἀγὼ δεδόξασμαι ἐν αὐτοῖς, *ego glorificor per illos*.

Θαυμασθῆναι ἐν τοῖς πιστεύσασι *vt colatur*, ſiue *ſummo honore adficiatur per eos, qui crediderunt*. Confer ἐθαύμασε Apocal. 13, 3. Vox haec haud raro apud auctores notat, *magni facere*, *ſuſpicere*, *colere*, *honore adficere*. Plutarchus frequenter opponit θαυμάζειν et καταφρονεῖν, vti de *anim. tranquill.* p. 470. de *fratern. amor.*

 p. 480.

p. 480. de *garrulit.* p. 506. et *reip. ger. praec.* p. 801. Idem in *Cicerone* p. 879. de oratore hoc ex Cilicia per Graeciam domum redeunte dicit: καὶ τὰ πρέποντα θαυμασθεὶς ὑπὸ τῆς Ἑλλάδος εἰς τὴν πόλιν ἐπανῆλθεν, *dignis a Graecia adfectus honoribus in vrbem rediit.* Idem in *Apophth.* p. 176. *Dionysius iunior alere se aiebat multos sophistas*, οὐ θαυμάζων ἐκείνους, ἀλλὰ δι' ἐκείνων θαυμάζεσθαι βουλόμενος, *non quod illos coleret*, *sed quod coli ab illis vellet.* Demosthenes *or. 1. in Steph.* p. 618. quoniam ὑποπεπτωκὼς θαυμάζῃ τούτους, ὑφ' ὧν αὐτῷ θαυμάζεσθαι προσῆκε, *se submittens illos colit*, *a quibus ipse coli debebat.*

CAP. II. v. 7.

Τὸ γὰρ μυστήριον ἤδη ἐνεργεῖται τῆς ἀνομίας, μόνον ὁ κατέχων ἄρτι ἕως ἐκ μέσου γένηται.

Vulgaris interpunctio, qua post ἀνομίας comma ponunt, miras huius loci peperit explicationes et ellipsium supplementa. Ego comma hoc delendum, vocu- lam μόνον vero, post quam comma facere potes, cum verbo ἐνεργεῖται construendam esse arbitror. Vidi deinde suboluisse hoc iam Heinsio, a quo tamen in ipsa explicatione dissentio. In confesso esse puto, τὸ μυστήριον τῆς ἀνομίας opponi, τῇ ἀποκαλύψει τῆς ἀνομίας siue τοῦ ἀνόμου v. 6. et 8. Verto igitur: *Peragitur* (s. cuditur) *enim iam solum* (s. nonnisi) *mysterium iniquitatis*, *donec qui nunc illam detinet e medio tollatur.* Vt sensus sit: *Impietatem insignem tunc iam, at nonnisi occulte foueri coepisse; obstaculo vero remoto, eam audaciorem futuram et in solem atque lucem prodituram esse.*

Mysterium iniquitatis est *occulta iniquitas*, nexu quodam machinationum et fraudium se exserens. Iosephus *bell. Iud.* l. 1. c. 17. p. 753. καὶ τὸν Ἀντιπάτρου βίον, οὐκ ἂν ἁμάρτοι τις εἰπὼν κακίας μυστήριον, *nec erraret aliquis, qui vitam Antipatri malitiae vocaret mysterium.*

Ex

— Ἐκ μέσȣ γίνεσθαι, *e medio tolli*, *submoueri*. Sic Achilles Tatius l. 2. p. 125. *Neque erit, qui rem indicet*, τῆς Κλειȣ̃ς ἐκ μέσȣ γενομένης, *submota Clione*. Plutarchus in *Timoleonte* p. 238. ἔγνω ζῆν καθ᾽ ἑαυτὸν ἐκ μέσȣ γενόμενος, *statuit in solitudine degere e medio remotus*.

v. 8.

Ὃν ὁ κύριος ἀναλώσει τῷ πνεύματι τȣ̃ σόματος αὐτȣ̃, καὶ καταργήσει τῇ ἐπιφανείᾳ τῆς παρȣσίας αὐτȣ̃.

Verba priora petita sunt ex Ies. 11, 4. Similiter apud Euripidem Medaea in *fabula cognomine* v. 585. ἓν γὰρ ἕν κτενεῖ σ᾽ ἔπος, *vnum enim verbum occidet te*.

Quum verba ἐπιφάνεια et παρȣσία, ἰσοδυναμȣ̃ντα esse videantur: malim per ἐπιφάνειαν, *efficaciam*, *vim*, *potentiam*, *efficax auxilium* h. l. intelligere. Per ἐπιφάνειαν *praesentiam* enim Deorum suorum profani saepe *pototentiam* eorum et *vim* hominibus salutarem intelligunt. Dionysius Hal. *ant*. l. 2. p. 128. Vestam narrat, saepe τὴν ἐπιφάνειαν - ἐπιδείξασθαι ταῖς ἀδίκως ἐγκληθείσαις παρθένοις, *efficax auxilium ostendisse periclitantibus falso crimine virginibus*. Idem p. 128. τῇ ἐπιφανείᾳ *auxilio* Vestae tribuit, quod Vestalis aquam cribro haustam in forum perferre potuerit. Cicero *quaest. Tuscul*. l. 1. p. 171. *Herculem* dicit, *tantum et tam praesentem haberi Deum*. Confer Elsnerum ad 2 Petr 1, 16. Similem notionem vox haec habet de vero Deo vsurpata. 2 Maccab. 14, 15. μετ᾽ ἐπιφανείας ἀντιλαμβανόμενον τῆς ἑαυτȣ̃ μερίδος, *cum efficacia peculio suo opem ferenti*; ibid. c. 15. 27. τῇ τȣ̃ Θεȣ̃ μεγάλως εὐφρανθέντες ἐπιφανείᾳ, *de diuino maximopere laetantes auxilio*. Sic ergo haec ἐπιφάνεια τȣ̃ Χριςȣ̃ simul innuit, hanc τȣ̃ ἀνόμȣ perniciem piis simul fore salutarem, quo sensu et hebraicum נוראות *facta tremenda* 2 Sam. 7, 23. per ἐπιφάνειαν a Graecis vertuntur.

CAP. III. v. 6.

Παραγγέλλομεν δὲ ὑμῖν - στέλλεσθαι ὑμᾶς ἀπὸ παντὸς ἀδελφοῦ ἀτάκτως περιπατοῦντος.

Verbum *στέλλεσθαι* vicem ſubire ſolet variorum compoſitorum. Notat 1) *συστέλλειν contrahere.* Hoc ſenſu *τὰ λαίφη ἐστείλαντο*, *vela contraxerunt*, habet Callimachus in *Delum* v. 320. et *ἱστία νηὸς στεῖλαν*, *vela nauis contraxere* Homerus *Odyſſ. γ.* v. 11. Quod nonnulli in verbo Pauli *στέλλεσθαι* metaphoram putent a nautis vela contrahentibus, vt periculum effugiant, petitam eſſe, a phraſi ipſa alienius, ſaltem haud neceſſarium eſſe opinor. 2) ponitur pro *καταστέλλειν reprimere, cohibere*, quo ſenſu frequens eſt vox medicorum filiis, de remediis *adſtringentibus.* Hac notione Philo de *vita Moſis* p. 629. *σταλέντα καὶ χαλινωθέντα*, *repreſſa et freno inhibita.* Idem de *ſomniis* p. 1140. Ioſephus *ant.* l. 5. c. 10. p. 159. *λύπην σταλῆναι*, *moerorem reprimi.* Idem l. 9. c. 11. p. 318. *ὁ χειμὼν ἐστάλη*, *tempeſtas ſedata eſt.* Idem ib. l. 2. c. 3. p. 40. Appianus *bell. ciu.* l. 5. p. 1164. Hinc non male verteres verba Pauli: *Vt vos cohibeatis*, ſiue *vt abſtineatis ab omni fratre.* Proxime accedit locus Polybii l. 8. c. 17. p. 733. *οὐ δυναμένων καθόλου τὴν ἐκ συνηθείας καταξίωσιν στέλλεσθαι*, *cum non poſſent prorſus abſtinere*, *a reuerentia*, *quam illi praebere conſueuerant.* Malim tamen acquieſcere in 3) notione, qua *στέλλεσθαι* ponitur pro *ὑποστέλλεσθαι*, *metuere, ex metu ſe ſubducere.* Confer Hebr. 10, 38. 39. Malach. 2, 5. *ἀπὸ προσώπου τοῦ ὀνόματός μου στέλλεσθαι αὐτὸν*, *vt nomen meum metuat.* Vicinae ſunt notiones *metuere* et *prae metu ſe ſubducere.* Confer hebraicum בהל. Vide Gen. 45, 3. נבהלו מפניו cui v. 4. opponitur נגשו נא. Sic et נבעת Eſth. 7, 6. et יחיש Ieſ. 28, 16. Plutarchus de *ira cohib.* p. 455. *Socrates, quoties ſentiret, ſe vehementius commotum aduerſus amicorum aliquem, πρὸ κύματος ὥς τινα ποντίαν ἄκραν στελλόμενος, ante fluctum, velut a maritimo quodam promontorio ſe ſubducens, vocem remittere ſolebat, vultu renidere, et manſue-*

mansuetius obtueri. Sic ergo στέλλεσθαι idem est, ac μὴ συναναμίγνυσθαι v. 14. cum metu quodam, ne bonos corrumpant mores consortia praua.

v. 8.

Ὅτι οὐκ ἠτακτήσαμεν ἐν ὑμῖν.

Ἀτακτεῖν proprie de militibus dicitur, *qui duci dicto audientes non sunt*, qui aut militiam detrectant. aut quocunque modo, ea quae sui sunt officii negligunt. Occurrit vocabulum hac notione apud Xenophontem *Cyrop.* l. 7. p. 124. Iosephum *ant.* l. 17. c. 12. p. 609. et Demosthenem *Olymp.* 3. p. 11. In nostris verbis ἀτακτεῖν idem est ac ἀτάκτως περιπατεῖν v. 6. quae phrasis notat, τοὺς τὰ ἴδια μὴ πράσσοντας 1 Thess. 4, 11. sed περιεργαζομένους infra v. 11. Xenophon in *oeconom.* p. 529. de marito et vxore, quorum quisque agere debet, quod suum est, dicit: *Si quis vero contra naturae agat ordinem*, ἴσως τι καὶ ἀτακτῶν, τοὺς θεοὺς οὐ λήθει· καὶ δίκην δίδωσιν ἀμελῶν τῶν ἔργων τῶν ἑαυτοῦ, ἢ πράσσων τὰ τῆς γυναικὸς ἔργα, *omnino inordinate agens Deos sentit vltores, et poenas dat, quae sua sunt, negligens, et quae vxoris sunt faciens. Inordinate ambulare* v. 8. *doctrinae ab apostolo* traditae opponitur, vti apud Plutarchum *apophth. lac.* p. 235. dicitur: τῆς πατρίου ἀγωγῆς ἀτακτήσαντες, *a patriis desciscentes institutis.* Sicque vox haec quaelibet vitia et peccata innuere potest, sicuti ibid. in *apophth.* p. 184. Themistocles ἀτακτῶν vocatur, *qui compotationibus et veneri indulserat.* Cum magna vero vi et δεινότητι suum ipsiusmet exemplum vrget sanctus Paulus. Nam Plutarcho auctore *adu. princ. indoct.* p. 780. οὔτε πίπτοντός ἐστιν ὀρθοῦν, οὔτε διδάσκειν ἀγνοοῦντος, οὔτε κοσμεῖν ἀκοσμοῦντος, οὔτε τάττειν ἀτακτοῦντος, *neque cadens alios erigere, neque inscius erudire, neque incompositus componere, neque inordinatus in ordinem cogere potest.*

EPISTOLA I.

AD TIMOTHEVM.

CAP. I. v. 3.

Καθὼς παρεκάλεσά σε προσμεῖναι ἐν Ἐφέσῳ, πορευόμενος εἰς Μακεδονίαν, ἵνα παραγγείλῃς τισὶ μὴ ἑτεροδιδασκαλεῖν.

Voculam καθὼς verte h. l. *quum, quoniam quandoquidem*, et *confer* Act. 7, 17. Rom. 1, 28. 1 Cor. 1, 6.

Ἵνα παραγγείλῃς apte apodosin hic inchoare potest, et verti: *fac vt praecipias*, siue imperatiue, *praecipe*. Sat frequens est auctoribus id loquendi genus. Euripides in *Cyclop.* v. 591. ἀλλ' ὅπως ἀνὴρ ἔσῃ, *sed vide vt vir sis* et v. 626. ἄγε νῦν ὅπως ἅψησθε τοῦ δαλοῦ χεροῖν, *agite nunc attingite torrem manibus*. Isaeus *orat.* 10. p. 565. ὅπως μὴ ἐκεῖνο ἐρῇς, *caue dicas*. Demosthenes de *reipubl. ordin.* p. 69. ὅπως μὴ θορυβήσῃ μοι μηδεὶς, *nemo me obturbet*. Idem adu. *Midiam* p. 414. Xenophon *Cyrop.* l. 4. p. 84. ὅπως πρωῒ παρέσῃ, *adesto mane*. Aristophanes in *nubibus act.* 3. *sc.* 1. p. 172. ὅπως δὲ τοῦτο μὴ διδάξῃς μηδένα, *noli hoc docere quenquam*. Achilles Tatius l. 6. p. 377. Libanius *epist.* 185. p. 88. Similem constructionem cum ἵνα haud facile reperias apud antiquos; eo crebrius vero apud scriptores sequioris aeui. Sic Constantinus Porphyrog. in *Tacticis* p. 28. ἵνα παραγγείλῃς, *praecipe*; p. 31. τὴν δὲ ὁδὸν τοῦ στρατοῦ ἵνα ποιῇς ὀλίγην, *fac vt via exercitus breuis sit*, Ibid. p. 36.

v. 4.

Μηδὲ προσέχειν μύθοις καὶ γενεαλογίαις ἀπεράντοις, αἵτινες ζητήσεις παρέχουσι μᾶλλον ἢ οἰκονομίαν Θεοῦ τὴν ἐν πίστει.

Fabulae et *genealogiae* ἀπέραντοι h. l. vocantur, quae *inutiles* ſunt, οἷς οὐδὲν περαίνεται. Vidit hoc iam Chryſoſtomus, qui ἀπεράντους dici cenſet, veluti οὐδὲν χρήσιμον *vtilitatem nullam* habentes. Πέρας eſt *finis*, *ſcopus*, vnde περαίνω, *ſcopum attingo*, *proſum*. Lyſias *orat.* 18. p. 297. *Sed haec miſſa faciam*, οὐδὲν γὰρ ἂν περαίνοιμι, *nihil enim eſſent profutura.* Euripides in *Supplic.* v. 584. περαίνομεν γὰρ οὐδὲν, *nihil enim efficimus.* Hinc ἀπέραντον eſt, *quo nihil efficitur.* Fabulae et genealogiae *inutiles* ſunt, quae vel temere et absque iuſto ſcopo propoſito docentur, vel quibus finis propoſitus non obtinetur. Hinc λόγοι ἀπέραντοι philoſophis ſunt ſyllogiſmi, in quibus concluſio non ſequitur ex praemiſſis. Opponit hos λόγοις περαντικοῖς, Diogenes Laërtius l. 7. c. 1. §. 49. et exemplum dat ſyllogiſmi ἀπεράντου: *Si dies eſt*, *lux eſt*; *atqui dies eſt*, *ambulat ergo Dion.* At λόγους ἀπεράντους vocant quoque quoslibet *ſermones fictos et inutiles.* Sic Strabo l. 2. p. 167. ſententiam eorum, qui Tanaim ab occaſu per Boryſthenem et Hypanim in Maeotim fluere perhibeant, πλαστὸν καὶ ἀπέραντον λόγον vocat, et addit: ὡς δ' αὔτως ἀπέραντος καὶ ὁ διὰ τοῦ Καυκάσου πρὸς ἄρκτον φήσας ῥεῖν, *non minus ineptus eſt ſermo*, *qui per Caucaſum ſeptentrionem verſus labi illum dicit.* Confer et Ioſephum *ant.* l. 17. c. 7. p. 595. Apud Diogenem Laërtium l. 6. c. 2. §. 4. exagitaſſe dicitur Diogenes Platonem ὡς ἀπεραντόλογον, *vt inutilia loquentem*, quoniam ad interrogata non reſponderet. Ἀπεραντολογεῖν *inutilia loqui* habet Strabo l. 13. p. 897. Quod h. l. apoſtolus fabulas ἀπεράντους *inutiles* notet, patet 1) quia addit, *eas quaeſtiones potius quam emendationem parere.* 2) quia v. 5. τέλος *ſcopum* doctrinae ſacrae fabulis et genealogiis, *quibus nullus ſcopus*

pus obtinctur, opponit, 3) quia easdem v. 6. ματαιολογίαν, c. 4, 7. βεβήλες καὶ γραώδεις μύθες, c. 6, 20. et 2 Tim. 2, 16. βεβήλες κενοφωνίας appellat.

v. 6.

Ὧν τινες ἀςοχήσαντες, ἐξετράπησαν εἰς ματαιολογίαν.

Ἀςοχεῖν proprie est, *a scopo aberrare.* Oppositum illi est εὔςοχα τοξεύειν *scopum ferire*, quod habet Lucianus in *Nigrino* p. 45. et εὐςοχεῖν, quo vtitur Iosephus *bell. Iud.* l. 6. c. 18. p. 921. Ἀςοχεῖν sensu proprio habes ibid. c. 7. p. 908. Plene Plutarchus *sympos.* l. 8. qu. 4. p. 724. dicit ἀςοχῆσαι τῦ σκόπυ. Eleganter idem de *virtut. moral.* p. 444. *Eorum, quae agimus, quodlibet, vnico tantum modo recte fit; multipliciter in eo errari potest; sicut scopum ferire vnicum est et simplex,* ἀςοχῦσι δὲ ἄλλοτε ἄλλως, *ab eo autem varie aberratur, excedendo aut deficiendo.* Improprie Polybius *excerpt. Valesf.* p. 18. ἠςόχει τῆς σφετέρας προαιρέσεως, *aberrabat a scopo sibi proposito.* Iosephus dicit *bell. Iud.* l. 2. c. 12. p. 788. Essenos in praedictionibus suis raro ἀςοχεῖν, *a veritate aberrare.* Plutarchus de *oracul. Def.* p. 414. ἀςοχῦσι τῦ μετρίυ καὶ πρέποντος, *a mediocritate et decoro aberrant.* Idem in *Galba* p. 1060. Construitur quoque cum περὶ vti infra c. 6, 21. 2 Tim. 2, 18. Plutarchus de *auditione* p. 46. περὶ τὰς ποιότητας ἀςοχῦντες, *personarum decorum non obseruantes.* Idem *sympos.* l. 7. qu. 5. p. 705. Genitiuus ὧν respicit ad *cor purum, conscientiam bonam et fidem non fucatam.* Haec erant τέλος *scopus* totius doctrinae Christianae v. 5. ab hoc *scopo* aberrabant hi fallaces doctores, dum neque ipsi animi puritatem et conscientiae fideique integritatem seruabant, neque doctrina sua aliis haec praecipue inculcare studebant. Posterius praecipue innuitur; quum vera doctrina τῇ ματαιολογίᾳ opponatur.

Ἐξετράπησαν, *deflexerunt, declinarunt* sc. *e recta via.* Plene Lucianus *dial. Iou. et Sol.* p. 183. ἐξετράποντο

το τῆς ὁδῦ, et Maximus Tyrius *Diff.* 9. p. 91. ἐκτρεπομένες τῆς ὁδῦ. Apud Iosephum *ant.* l. 13. c. 18, p. 453. Hyrcanus Pharisaeos rogat, *vt si peccantem se viderent*, καὶ τῆς ὁδῦ τῆς δικαίας ἐκτρεπόμενον, *et a iusto tramite aberrantem, in illum sese reducerent.* Ibid. l. 6. c. 3. p. 173. et l. 8. c. 3. p. 278. de Roboamo dicitur: εἰς ἀδίκες καὶ ἀσεβεῖς ἐξετράπη πράξεις, *ad facta deflexit iniusta et impia.* Antoninus de *rebus suis* l. 1. §. 7. τὸ μὴ ἐκτραπῆναι εἰς ζῆλον σοφιστικὸν, *quod ad ambitionem sophisticam non declinauerim.* Diodorus Siculus *excerpt. Valef.* p. 281. ἐξετράπη πρὸς τρυφὴν καὶ ἀκολασίαν.

v. 9.

Ὅτι δικαίῳ νόμος ἐ κεῖται.

Leges apud veteres tabulis siue columnis ligneis, lapideis, aeneis insculptae in locis publicis exponi ibique *iacere* solebant. Apud Iosephum *ant.* l. 19. c. 4. p. 674. Claudius decretum suum in gratiam Iudaeorum in singulis vrbibus iubet ἐγκείμενόν τε ἔχειν, *ita exponi, vt ab omnibus humi stantibus perlegi possit.* Contra ea Suetonio auctore in *Caligula* c. 41. Caligula legem nouam de vectigalibus: *Flagitante populo Romano proposuit quidem, sed et minutissimis litteris et angustissimo loco, vti ne cui describere liceret.* Leges Atheniensium στήλαις *columnis* incisae *iacebant* olim in Acropoli, de quo vide Plutarchum *vit.* 10. *rhet.* p. 852. postea in Prytaneo et foro; de quo vide Harpocrationem in ἄξονες et κύρβεις et Pollucem l. 8. p. 454. aliae etiam in Areopago, vnde νόμον ἐκ τῆς στήλης τῆς ἐξ ἀρείε πάγε, commemorat Lysias *orat.* 1. p. 15. et Demosthenes adu. *Aristocrat.* p. 432. Vnde στῆλαι κείμεναι s. νόμοι κείμενοι vt ἰσοδυναμῦντα censebantur. Hinc idem adu. *Leptinem* p. 378. *exemplum legis* vocat ἀντίγραφα στήλης, et cont. *Theocrin.* p. 515. λέγε τὴν στήλην, *recita legem.* Romae leges Numae et postea 12. tabularum *in foro iacebant*, de quo vide Dionysium Hal. *ant.* l. 2. p. 97. l. 3. p. 178. l. 10. p. 681. et ibid. p. 629. vbi dicitur debere, νόμες *leges* a decemuiris conscribendas

bendas κεῖσθαι ἐν ἀγορᾷ ταῖς καθ' ἕκαςον ἐνιαυτὸν ἀποδειχθησομέναις ἀρχαῖς καὶ τοῖς ἰδιώταις ὅρους τῶν πρὸς ἀλλήλους δικαίων, *in foro iacere, quae annuis magistratibus et priuatis ciuibus iuris limites essent.* Aliae leges, senatus consulta et plebiscita publice in Capitolio *exposita* erant. Vide Svetonium in *Vespas.* c. 8. De decretis Romanis in gratiam Iudaeorum factis narrat hoc Iosephus *ant.* l. 14. c. 17. p. 485. quae decreta ibid. l. 16. c. 4. p. 552. αἱ ἐν τῷ Καπετωλίῳ κείμεναι δέλτοι vocantur. Idem mos et alibi obtinebat; vide Iosephum *ant.* l. 14. c. 17. p. 486. et c. 22. p. 493. Hinc orta est phrasis, vt νόμος τεθεὶς s. κείμενός τινι diceretur, *qui ad aliquem pertinet, s. in gratiam illius datus est.* Sic Dionysius Hal. *ant.* l. 11. p. 725. τοὺς ὑπὸ τοῦ δήμου τεθέντας ἐν ταῖς φυλετικαῖς ἐκκλησίαις νόμους, ἅπασι κεῖσθαι Ῥωμαίοις ἐξ ἴσου, *leges a populo tributis comitiis latas, omnibus Romanis ex aequo latas esse debere.* Demosthenes *adu. Timocrat.* p. 465. τῶν νόμων, - - οἳ κεῖνται τοῖς ἐννέα ἄρχουσιν, *legum, quae ad nouem archontes pertinent.* Diodorus Siculus l. 17. c. 34. p. 121. τὸν παρὰ Πέρσαις βασιλεῦσι κείμενον νόμον, *legem, cui suberant reges Persarum.*

V. 10.

Ἀνδραποδιςαῖς, ψεύςαις, ἐπιόρκοις, καὶ εἴ τι ἕτερον τῇ ὑγιαινούσῃ διδασκαλίᾳ ἀντίκειται.

Ἀνδραποδιςὴς Auctore Iulio Polluce l. 3. c. 8. p. 165. est, ὁ τὸν ἐλεύθερον καταδουλωσάμενος, ἢ τὸν ἀλλότριον οἰκέτην ὑπαγόμενος, *qui hominem liberum vt seruum vendit, aut alienum seruum abducit.* His fere similia tradit Scholiastes Aristophanis ad *Plutum* Act. 2. sc. 5. p. 54. Hinc fratres, qui Iosephum vendiderant, cum ἀνδραποδιςαῖς comparantur apud Philonem de *Iosepho* p. 529. Apud Lucianum *dial. Deor.* p. 125. Iupiter ob Ganymedem abreptum et *dial. marin.* p. 198. Neptunus ob Amymonem vi ablatam ἀνδραποδιςαὶ vocantur. Grauibus hoc flagitium coërceri solebat poenis. Vide Polybium *excerpt. Vales.* p. 49. Capitale hoc erat Athenis. Xenophon *dict.*

dict. et *fact. Socr.* l. 1. p. 450. *Sancitum est legibus, vt si quis deprehendatur fur, aut grassator, aut raptor, aut aedium perfossor*, ἢ ἀνδραποδιζόμενος, ἢ ἱεροσυλῶν, τούτοις θάνατός ἐστιν ἡ ζημία, *aut plagiarius, aut sacrilegus, illi morte mulctentur.* Idem testatur Demosthenes *or.* 1. *in Phil.* p. 20. Eadem infligebatur poena ex lege diuina Exod. 21, 16. Deut. 24, 7. Iosephus *ant.* l. 4. c. 8. p. 127. ἐπ᾽ ἀνθρώπου μὲν κλοπῇ θάνατος ἔστω ζημία.

Ὑγιαίνουσα διδασκαλία *sana doctrina* est *doctrina vera, incorrupta, nullo vitio laborans.* Vide infra c. 6, 3. 2Tim. 1, 13. Tit. 1, 9. c. 2, 8. Sic Plutarchus de *liber. educ.* p. 6. commendat παιδείαν ἀδιάφθορον καὶ ὑγιαίνουσαν, *institutionem incorruptam et sanam.* Demosthenes de *corona* p. 316. οὐθ᾽ ὅτος ὑγιὲς περὶ τούτων εἴρηκεν οὐδὲν, *nihil sani hic hac de re dixit.* Λόγον ὑγιῆ *sermonem verum* vocat Dionysius Hal. *ant.* l. 1. p. 9. Idem l. 2. p. 91. habet δόξας οὐχ ὑγιεῖς, *falsas opiniones. Sermones mendaces* et *fallaces aegroti* vocantur. Euripides in *Phoeniss.* v. 474. ὁ δ᾽ ἄδικος λόγος, νοσῶν ἐν αὐτῷ φαρμάκων δεῖται σοφῶν, *sermo mendax, cum per se aeger sit, medicamentis eget sophisticis.*

v. 15.

Πιστὸς ὁ λόγος καὶ πάσης ἀποδοχῆς ἄξιος.

Ἀποδέχεσθαι est *magni facere, venerari, suspicere.* Iosephus *ant.* l. 20. in fine: παρ᾽ ἡμῖν οὐκ ἐκείνους ἀποδέχονται, *apud nostrates non magni fiunt, qui multas didicere linguas.* Hinc πάσης ἀποδοχῆς ἄξιος est, *omni approbatione, laude, applausu, amore et veneratione dignus.* Animalium *adorationem* et *cultum* in Aegypto receptum τὴν τῶν ζώων ἀποδοχὴν vocat Philo l. 1. de *vita Mosis* p. 606. Μεγάλης ἀποδοχῆς τυχὼν, *magnam auctoritatem et honorem adeptus* dicitur Polycrates, Polybio l. 17. in fine, et Scipio, Diodoro Siculo *excerpt. Vales.* p. 342. Ibid. p. 345. Iulius Caesar ob benignitatem promeruisse dicitur, μεγάλης ἀποδοχῆς ἀξιοῦσθαι, *vt maximas obtineret laudes.* Paulo post eundem ob mul-

tas alias virtutes *ἀποδοχῆς ἄξιον* vocat. Ibid. p. 250. de Theſſalo tyrannidi renunciante dicitur: *μεγάλης ἀποδοχῆς ἠξιῶτο παρὰ τοῖς πολίταις, magnam apud ciues gratiam inibat.* Herodes ab Auguſto regno confirmato in gratiam acceptus ab illo *τοσαύτης ἀποδοχῆς ἀξιώμενος* dicitur apud Ioſephum *ant.* l. 15. c. 10. p. 527. Diogenes Laërtius l. 5. c. 3. §. 8. Stratonem virum vocat *πολλῆς τῆς ἀποδοχῆς ἄξιον, multa laude digniſſimum.* Hierocles *carm. aur. Pyth.* p. 214. *τὸ ἀποδοχῆς ἢ ἐπιπλήξεως ἄξιον, id quod laude aut reprehenſione dignum eſt.*

v. 18.

Ἵνα ϛρατεύῃ ἐν αὐταῖς τὴν καλὴν ϛρατείαν.

Ἐν αὐταῖς idem eſt, ac *κατ' αὐτὰς*, *ſecundum illa* ſc. vaticinia. Sic Hebr. 4, 11. *ἐν τῷ αὐτῷ ὑποδείγματι, ſecundum idem exemplum.*

Στρατεύειν καλὴν ϛρατείαν, militare bonam militiam, reſpondet phraſi *ἀγωνίσασθαι τὸν καλὸν ἀγῶνα* infra c. 6, 12. et 2 Tim. 4, 7. et non ſolum notat, cum omni conatu et ſtudio ardentiſſimo, fidei et pietatis Chriſtianae officiis ſatisfacere, ſed et munere ſacro ſtrenue defungi. *Στρατεία* enim ſpeciatim *munus* notat, cui in militia aliquis praefectus eſt. Ioſephus *ant.* l. 3. c. 10. p. 94. *τὰς ἐπισημοτάτας ϛρατείας ϛρατεύεσθαι, ad ſummas in militia euehi dignitates.* Eſt igitur *ἡ καλὴ ϛρατεία* idem ac *τὸ καλὸν ἔργον* ſc. *τῆς ἐπισκοπῆς* infra c. 3, 1. Perappoſite lib. de *Maccabaeis*, quem Ioſepho] tribuunt c. 9. dicitur: *ἱερὰν καὶ εὐγενῆ ϛρατείαν] ϛρατεύσασθε περὶ τῆς εὐσεβείας, Defungamini ſtrenue ſacro et ingenuo de pietate certamine.*

v. 19.

Ἣν τινες ἀπωσάμενοι, περὶ τὴν πίϛιν ἐναυάγησαν.

Ἀπώσασθαι, reiicere, abiicere. Sic Plutarchus *reip. ger. praec.* p. 813. ſibimet opponit, *ἐξουσίας καὶ ἀρχὰς διώκειν* et *ἀπώσασθαι, munera et dignitates ſectari et repu-*

repudiare, *reiicere*. Idem in *Timoleonte* p. 237. ἀπώσασθαι καὶ καταφρονεῖν de *reiectis* salutaribus monitis vſurpat.

Haud crediderim in verbis περὶ τὴν πίστιν ἐναυάγησαν *fidem* cum portu comparari, quem quaeſitum hi homines non inuenerint, ſed circa illum naufragium fecerint. Videntur nempe hi homines vera in Chriſtum fide imbuti fuiſſe, quam tamen bona conſcientia abiecta perdidere. Tradit nempe illos Paulus τῷ σατανᾷ v. 20. aeque ac inceſtuoſum 1 Cor. 5. qui membrum fuerat eccleſiae. Verba igitur haec verto: *fidei iacturam fecerunt*, quod phraſi Paulinae apprime conuenit. Περὶ πίστιν dictum puto pro ἐν πίστει. Diogenes Laërtius l. 1. c. 1. §. 7. Nauem dicit περὶ τὴν Κώαν θάλασσαν ναυαγῆσαι, *in Coo mari naufragium feciſſe*. In περὶ πίστιν idem notat περὶ ac in περὶ ζητήσεις 1 Tim. 6, 4. Appoſite ſenſu improprio apud eundem auctorem l. 5. c. 2. §. 14. dicitur: ἐν τοῖς ἰδίοις μάλα νεναυαγηκώς, *qui magnam opum ſuarum fecit iacturam.* Plutarchus *ſympoſ.* l. 1. qu. 4. p. 622. de decentibus iocis et oblectationibus in conuiuiis vtilibus loquens, dicit: ἐν οἷς τὰ πλεῖστα ναυαγεῖ συμπόσια, μὴ τυχόντα παιδαγωγίας ὀρθῆς, *quorum plurima conuiuia faciunt iacturam, dum non recte gubernantur.*

Poſſes quoque per πίστιν *doctrinam fidei* intelligere, et vertere: *fluctuant in fide*, ita vt illos naufragorum inſtar ſignificetur huc illuc iactari, et in inanes atque varias quaeſtiones et opiniones abripi. Sic in *Tabula* Cebetis p. 45. de impiis dicitur: *Quod male et miſere viuant*, καὶ ὡς ναυαγοῦσιν ἐν τῷ βίῳ καὶ πλανῶνται *et in vita quaſi in naufragio fluctuent et oberrent.* Malim tamen in explicatione priori acquieſcere, quum praeſertim ἐναυάγησαν aptius *rem praeteritam notet*, *et verba* ἔχων πίστιν de *doctrina fidei* explicari vix queant.

CAP. II. v. 9.

Ἐν καταςολῇ κοσμίῳ.

Καταςολὴν κόσμιον h. l. plurimi *de vestitu decenti*, Salmasius vero de *animo sedato et demisso* intelligit et καταςολὴν τῇ ὀργῇ v. 8. oppositam esse putat, citante in *curis* Doctiss. Wolfio. Καταςολὴν idem interdum notare ac ςολὴ non nego. Descendit inde καταςολίζεσθαι *vestire*, *induere*, quam vocem in Lexicis non comparentem habet Plutarchus *discr. adul. et am.* p. 65. Neque tamen hanc notionem h. l. obtinere puto, neque etiam prorsus cum Salmasio consentio. Καταςολὴ me iudice, *modestiam*, s. *cohibitionem* notat, in vestitu, gestibus, incessu aliisque, rebus in sensus cadentibus. Descendit enim a καταςέλλω, *cohibeo*, *coërceo*, *reprimo;* vide Act. 19, 35. 36. Hinc καταςολὴ *cohibitionem* significat, quae sedem quidem in mente habet, se continere et imperare sibi edocta, in primis tamen in actionibus externis et cultu ac gestu corporis se exserit, cum perpetuo mediocritatem et modum non excedendi studio. Hoc sensu Plutarchus in *Pericle* p. 154. in oratore hoc laudat, πρᾳότητα πορείας καὶ καταςολὴν περιβολῆς, *in incessu comitatem et in vestitu modestiam.* Hippocrates περὶ εὐσχημοσύνης *sect.* 1. 26. de iis, quae ad externam corporis aegrotorum curam pertinent, loquens dicit: μελετᾷν δὲ χρὴ ἐν ἰητρικῇ ταῦτα μετὰ πάσης καταςολῆς, *horum omnium diligens in re medica cura habenda est*, *cum omni decenti habitu* s. *modestia in externis* εὐσχημοσύνῃ. Ibid. paulo post praecipitur, medicum, ἐν εἰσόδῳ μεμνῆσθαι καὶ καθέδρης, καὶ καταςολῆς, περιςολῆς, ἀνακυριώσεως, βραχυλογίης, *in ingressu* (ad aegrotos) *memorem esse debere*, *sessionis*, *modestiae*, *vestitus*, *grauitatis*, *breuiloquentiae*. Ibid. p. 25. multa medicis dicit cum philosophis esse communia, ἀφιλαργυρίαν, ἐντροπὴν, ἐρυθρίησιν, καταςολὴν, *pecuniae contemtum*, *pudorem*, *verecundiam*, *modestiam in externis*. Καταςολὴ κοσμία idem est ac εὐσχημοσύνη κοσμία, ita vt prae-

praeter *modestiam in vestitu*, omnia includantur, quae in externis τὴν αἰδῶ καὶ σωφροσύνην ostendunt. Vide locos a Pricaeo allatos.

v. 12.

Γυναικὶ δὲ διδάσκειν ἐκ ἐπιτρέπω, ἐδὲ αὐθεντεῖν ἀνδρὸς, ἀλλ' εἶναι ἐν ἡσυχίᾳ.

Αὐθεντεῖν ἀνδρὸς est, *imperare viro, dominium exercere in virum.* Descendit ab αὐθέντης, quod proprie eum notat, *qui sua manu occidit*, siue *qui caedis auctor est*, quo sensu apud Iosephum *bell. Iud.* l. 1. c. 19. p. 765. Antipater Herodis filius αὐθέντης *auctor caedis* filiorum Mariamnes vocatur. At verbum αὐθεντεῖν ab ea vocis αὐθέντης notione descendit, qua *dominum* vox haec denotat. Improbat hanc notionem Phrynichus dicens: αὐθέντης μήποτε εἴπῃς ἐπὶ τῦ δεσπότυ, ὡς οἱ περὶ τὰ δικαστήρια ῥήτορες, ἀλλ' ἐπὶ αὐτόχειρος φονέως. Repugnat vero Euripides in *Supplicibus* v. 442. καὶ μὴν ὅπυγε δῆμος αὐθέντης χθονὸς, *et quidem vbi populus est princeps terrae.*

Εἶναι ἐν ἡσυχίᾳ h. l. τῷ διδάσκειν opponitur, adeoque *silentium* praecipue indicat. Euripides in *Heraclid.* v. 477. γυναικὶ γὰρ σιγή τε καὶ τὸ σωφρονεῖν κάλλιστον, εἴσω δ' ἥσυχον μένειν δόμων, *Mulieri enim silentium et modestia, et quietam manere in aedibus pulcherrimum est.*

CAP. III. v. 3.

Μὴ πάροινον, μὴ πλήκτην, μὴ αἰσχροκερδῆ, ἀλλ' ἐπιεικῆ, ἄμαχον, ἀφιλάργυρον.

Per πάροινον h. l. alii *vinosum, vinolentum*, alii *petulantem, iniuriosum*, ὑβριστὴν intelligunt. B. Wolfius in *Curis* priorem eligit sententiam, et ex *Thesauro* Stephani distinctionem adfert per πάροινον *vinosum*, per παροίνιον vero *e vino contumeliosum* intelligi. Fundamento caret haec distinctio; et in aprico est h. l. πάροι-

νον τῷ ἐπιεικεῖ, πλήκτην τῷ ἀμάχῳ et αἰσχροκερδῆ τῷ ἀφιλαργύρῳ opponi. Πάροινος vocari posset *iniuriosus*, *contumeliosus* etiam qui absque vino talis est. Hoc sensu Plutarchus *lib. an seni ger. reip.* p. 791. Aridaeum regem hominem dicit fuisse, ὑπὸ τῶν ἀεὶ κρατούντων παροινούμενον, *ab iis qui plus valebant, contumeliose tractatum.* Ita et apud Iosephum *ant.* l. 2. c. 3. p. 47. fratres Iosephi παροινοῦντες vocantur, quod Iosepho scyphum abstulissent. Adde Demosthenem *epist.* 4. p. 118. Proprie tamen auctore Athenaeo l. 10. c. 12. p. 444. τὸ παροινεῖν ἐκ τοῦ μεθύειν γίνεται, *ex ebrietate oritur petulantia.* Hinc μέθυσος et πάροινος coniungit Lucianus in *Timone* p. 94. μέθυσος καὶ πάροινος· οὐκ ἄχρις ᾠδῆς καὶ ὀρχηστύος μόνον ἀλλὰ καὶ λοιδορίας καὶ ὀργῆς προσέτι, *temulentus et vino insanus, non ad cantum modo saltationemque, verum ad conuicium vsque et iram.* Lysias *orat.* 3. p. 47. εἶτα ὑπὸ τῆς ἀνθρώπου παρωξυμμένος, ὀξύχειρ λίαν καὶ πάροινός ἐστιν, *deinde a muliere irritatus, nimis est violentus atque petulans.* Adde Athenaeum ibid. c. 13. p. 445.

Πλήκτης per *strenuus*, et *manu promtus* explicat Elsnerus, quod militis virtus sit non episcopi. Non opinor id fieri satis apte. *Strenuum* esse sane, episcopo quoque suo sensu laudi foret, qui saepe cum milite comparatur; vide supra c. 1, 18. 2 Tim. 2, 3. 4. 2 Cor. 10, 4. Πλήκτης hic ἀμάχῳ opponitur, vti et Plutarchus in *Philopoem.* p. 360. πλήκτας καὶ μαχίμους *ad pugnam aptos et bellaces coniungit.* Vertendum puto h. l. *vehemens, impetuosus, litigator.* Sic Plutarchus *praecept. coniug.* p. 132. dicit οἶνον πλήκτην καὶ ὀξὺν, *vinum impetuosum* esse *et acre.* Magis luculente idem *sympos.* l. 2. qu. 6. p. 653. καθόλου γὰρ ἐξ ἕδρας τὰ σώματα μεθιστάναι πλήκτην ὄντα καὶ κινητικὸν ταραχῆς τὸν ἄκρατον, *merum corpora prorsus e statu suo deturbare, cum vehemens sit et turbas excitet.* Idem de *facie in orbe lunae* p. 920. solem ob radios visum perstringentes vocat ὀξὺν καὶ πλήκτην *acrem et vehementem.* Hippocrates de *insania sect.* 8. p. 19. eos, qui ex bile insaniunt, dicit

πλή-

πλήκτας esse καὶ κακούργους καὶ οὐκ ἠρεμαίους, *percussores s. litigatores et maleficos non vero quietos*. Confer vocem ἤπιος 2 Tim. 2, 24. quae idem est ac μὴ πλήκτης.

Αἰσχροκερδεῖς praecipue sunt *auari*, φιλάργυροι. Demosthenes in *Timotheum* in fine, οὕτως ἄπληστος καὶ αἰσχροκερδὴς ὁ τρόπος αὐτοῦ ἐστιν, *tam inexplebiles et sordida illius est indoles*, confer Hebr. 13, 5. Describit tales homines Antiphon apud Stobaeum *serm.* 15. p. 153. ὦ δυστυχεῖς ὅσοισι τοῦ κέρδους χάριν ἐπιπρέποσθε ταἰσχρὰ φαίνετ' εἶναι τῶν καλῶν, *o infelices illos, quibus lucri ergo, turpia videntur honestis praeferenda esse*.

CAP. IV. v. 2.

Κεκαυτηριασμένων τὴν ἰδίαν συνείδησιν.

Quorum conscientia cauterio inusta est. Cauterio stigmata inuri solebant seruis fugitiuis, sacrilegis, aliisue facinorosis. Hinc improprie h. l. cauterio in conscientia inusti vocantur, conscientia vulnerati et grauiorum scelerum sibi conscii, talium praesertim criminum, quae cum ab hominibus non puniantur, poenam, tamen diuinam non effugiunt. Sensu non alieno ψυχαῖς καυτήρια προσάγειν, *animis cauteria admouere* i. e. illos *vulnerare, excruciare* dicit Diodorus Siculus l. 20. c. 55. p. 430. Propius accedit quod in *testamento* 12 *patriarch.* p. 612. Iudas dicit: ἐμπεπύρισται ὁ ἁμαρτήσας ἐκ τῆς ἰδίας καρδίας, καὶ ἆραι πρόσωπον οὐ δύναται πρὸς τὸν κριτήν, *qui peccauit, in corde suo inustus est, et vultum ad iudicem attollere nequit*. Philone de *monarchia* p. 826. auctore remanent etiam ἐν ταῖς ψυχαῖς τῶν μετανοούντων, οὐλαὶ καὶ τύποι τῶν ἀρχαίων ἀδικημάτων, *in animis poenitentium, peccatorum priorum cicatrices et notae*.

Paganorum quoque erat sententia, animas impiorum apud iudices inferorum *inustas* et *inscriptas* adferre quorumuis scelerum *notas*. Themistius *orat.* 20. p. 234. de patre suo ad inferos translato dicit: οὔτε ἔμπροσθεν οὔτε ὄπισθεν μόλυσμα ἐξηῦρεν ὁ Ῥαδάμανθος ἢ Μίνως ἐν-

 σεση-

σεσημασμένον τε καὶ ἐγγεγραμμένον τῇ ψυχῇ, *nullam Rhadamanthus aut Minos inuenit maculam neque aduersam neque auersam animae impressam et inscriptam.* Claudianus vero l. 2. in *Rufinum* Rhadamanthum fingit animam Rufini apud inferos his alloquentem verbis:

Quid demens manifesta negas? en pectus inustae
Deformant maculae: vitiisque inoleuit imago,
Nec sese commissa tegunt.

V. 4.

Ὅτι πᾶν κτίσμα Θεοῦ καλὸν καὶ οὐδὲν ἀπόβλητον μετὰ εὐχαριστίας λαμβανόμενον.

Prouerbiale erat apud gentiles, nihil ex donis a Diis datis ἀπόβλητον *spernendum* esse. Lucianus in Timone p. 82. οὔτοι ἀπόβλητα εἰσι δῶρα τὰ παρὰ τοῦ Διός, *non spernenda sunt, quae a Ioue dantur munera.* Locum Homeri *Iliad.* γ. v. 65. attulerunt iam alii. Descendit id ab ἀποβάλλειν *reiicere, spernere, auersari.* Thessalus Hippocratis filius in *oratione* in operibus patris *sect.* 8. p. 30. μηδὲ ἡμέας ἀποβάλησθε, καὶ γὰρ οὐδὲ ἀπόβλητοί ἐσμεν, *nolite nos spernere, neque enim spernendi sumus.* Vide ibid. p. 5. Apostolus tamen h. l. quum τὸ ἀπόβλητον opponit τῷ καλῷ, et cibos non *reiiculos* vocat, *si cum gratiarum actione capiuntur*: οὐκ ἀπόβλητον vocat id, quod *inutile* aut *noxium* non est. Simili sensu Plutarchus *reip. ger. praec.* p. 821. dicit: οὐκ ἀπόβλητον, ἀλλὰ καὶ χρήσιμον καὶ ἡδὺ, *non reiiculum, sed etiam vtile atque suaue.* Lucianus vero de *merced. cond.* p. 487. ἀπόβλητος καὶ περιττὸς, *reiiculus et inutilis* inter se coniungit.

CAP. V. v. 4.

Καὶ ἀμοιβὰς ἀποδιδόναι τοῖς προγόνοις.

Ἀμοιβὰς ἀποδιδόναι h. l. est *gratiam referre, beneficia beneficiis rependere.* Habet phrasin Euripides in *Oreste* v. 467. vbi Orestes de auo suo et auia, qui paruulum

vultum se educauerant dicit: Οἷς ἀπέδωκ' ἀμοιϐὰς ȣ̓ καλὰς, *quibus reddidi non bonam gratiam.* Apud Iosephum *ant.* l. 5. c. 1. p. 135. Rachabae iurasse dicuntur exploratores, ἔργῳ τὴν ἀμοιβὴν ἀποδώσειν, *se reipsa beneficium compensaturos esse.* Ibid. l. 4. c. 8. p. 131. et *bell. Iud.* l. 2. c. 1. p. 775. Quum phrasis generatim notet *compensare*: illa quoque in malam partem accipi potest, vt apud Iosephum *ant.* l. 7. c. 1. p. 216. vbi de Ioabo et Abisa dicitur, ob peccata, ἀποδώσειν ἀμοιϐὴν τὸ Θεῖον, *Deum poenas ab iis exacturum esse.* Hinc bono sensu phrasi ἀμοιϐὰς ἀποδιδόναι, addi solet ἀγαθὰς, καλὰς, πολλὰς καὶ καλάς. Vide Dionysium Hal. *ant.* l. 6. p. 345. et 397. et l. 8. p. 519.

Ad rem ipsam pertinet hoc Dicaeogenis apud Stobaeum *serm.* 77. p. 454. αὐτὸς δὲ τραφεὶς τῶν Φυτευσάντων ὑπὸ, καλῶς τὸν αὐτὸν ἔρανον αὐτοῖσι νέμεις, *tu qui a parentibus enutritus es, merito eis similem gratiam retribuis.* Multa alia huc spectantia ibidem dabit Stobaeus.

v. 5.

Ἡ δὲ ὄντως χήρα καὶ μεμονωμένη.

Cum emphasi et restrictiori sensu ὄντως χήρας hic v. 3. et 16. apostolus vocat viduas, quae neque liberos, neque etiam alios propiores habebant cognatos. Simili sensu Ies. 49, 21. Zion orbata se שכולה וגלמודה ἄτεκνον καὶ χήραν vocat.

Μεμονωμένη est, *derelicta, ope destituta*, cognatis et *liberis carens.* Plutarchus de *malignit. Herod.* p. 865. Λακεδαιμονίȣς μονωθέντας καὶ γενομένȣς συμμάχων ἐρήμȣς, *Lacedaemonios derelictos et a sociis destitutos.* Iosephus *ant.* l. 14. c. 3. p. 470. *Post victoriam multis ad Hyrcanum transfugientibus*, μονωθεὶς ὁ Ἀριστόϐȣλος, *Aristobulus derelictus Hierosolymam confugit.* Ibid. l. 8. c. 6. p. 284. De Hanna sterili et liberis orba ibid. l. 5. c. 11. p. 165. dicitur: *In lacrymas prorupit*, καὶ τῆς ἀπαιδίας

αὐτὴν ὠλοφύρετο καὶ τῆς μονώσεως, *et orbitatem suam lugebat atque solitudinem.*

V. 6.

Ἡ δὲ σπαταλῶσα, ζῶσα τέθνηκε.

Quum vox σπαταλᾷν ex auctoribus nondum ab aliis sit producta, addam hic locum ex *epistola* Theanus Pythagoreae *ad Eubulen* p. 741. *opusc. myth. Galei*, vbi vox haec de pueris vsurpatur. Dicit illam liberos vt Sardanapali posteros educare, et addit: *Quid enim faciendum est illi puero, qui nisi statim pro lubitu cedat, in fletum erumpit; et si comedat, suaues tantum et blandientes cibos quaerit; si sit aestus fatiscit; si frigus, contremiscit; si quis obiurget, repugnat; si quis non ad voluptatem omnia ministret, indignatur; si non mandat, in iram concitatur; voluptati turpiter indulget, et vndequaque molliter ac effeminate se gerit. Sed quum scias o amica*, ὅτι τὰ σπαταλῶντα τῶν παιδίων ὅταν ἀκμάσῃ πρὸς ἄνδρας, ἀνδράποδα γίνεται, τὰς τοιαύτας ἡδονὰς ἄφαιρει, *quod pueri adeo delicate viuentes, cum adolescunt, mancipia fieri soleant: e medio remoue eiusmodi voluptates.*

V. 10.

Εἰ ἐξενοδόχησεν, εἰ ἁγίων πόδας ἔνιψεν, εἰ θλιβομένοις ἐπήρκεσεν.

Ξενοδοχεῖν *hospites excipere* habet Lucianus in *amoribus* p. 1064. ἡ μητροκτόνος αὐτὰς ἐριννὺς ἐξενοδόχησε, *occisae matris Erinnys eos hospitio excepit.* Et Iosephus *bell. Iud.* l. 7. c. 4. p. 945. vbi aetherem purissimum ξενοδοχεῖν *hospitio excipere* animas virorum fortium in bello occumbentium traditur. Adde Euripidem in *Alcestid.* v. 507. Dionem Cassium *excerpt. Vales.* p. 758. et Nicolaum Damasc. *ibid.* p. 446.

Ἐπαρκεῖν h. l. est *opem ferre.* Frequens est veteribus phrasis ἐπαρκεῖν τοῖς δεομένοις, *opem ferre indigentibus*, quam vide apud Demosthenem de *corona* p. 351. Lucianum in *Nigrino* p. 39. et Iosephum *ant.* l. 1. c. 16. p. 25.

quo

quo loco seruus Abrahami Rebeccam, quae sibi et Camelis aquam hauserat, *opem* dicit *tulisse indigentibus*, Xenophon *dict. et fact. Socrat.* l. 1. p. 449. de Socrate nullam doctrinae suae mercedem poscenti dicit: πᾶσιν ἀφθόνως ἐπήρκει τῶν ἑαυτοῦ, *liberaliter cum omnibus suam communicabat scientiam.* In *oratione* Thessali filii Hippocratis in *operibus patris* sect. 8. p. 29. de illo dicitur: Δωριεῦσι καὶ τοῖς ἄλλοις ὁμοῦ Φωκέων ἐπήρκεσε, *Doriensibus aliisque simul Phocensibus opem tulit*, sc. arte medica. Vid. ibid. p. 30. Quum ἐπαρκεῖν proprie notet, *largiri*, *suppeditare*, et cum casu quarto iungi soleat, vt in hoc Iosephi *ant.* l. 8. c. 2. p. 264. ταῦτ' οὖν ἡμῖν ἐπάρκεσον: vbi sine hoc casu vox ponitur, supplere potes τὰς χρείας *necessitates*, aut simile quid.

v. 17.

Οἱ καλῶς προεστῶτες πρεσβύτεροι διπλῆς τιμῆς ἀξιούσθωσαν.

Melior iam agnouit interpretum pars, per τιμὴν h. l. *praemia* et *stipendium* notari presbyterorum. Non repetam graues huius sententiae rationes. Τιμὴν *praemium* habet Polybius l. 6. c. 12. p. 643. asserens Romae populum esse κύριον τιμῆς καὶ τιμωρίας, *praemiorum arbitrum et poenarum.* Integram phrasin simili sensu habet Iosephus *ant.* l. 4. c. 4. p. 114. de rege Moabitarum dicens: ἀποπέμπει τὸν Βάλαμον μηδεμιᾶς τιμῆς ἀξιώσας, *Bileamum nullis adfectum praemiis dimisit.* Vbi confer Num. 24, 11. 12. Et Polybius l. 9. c. 29. p. 790. *Atqui si propter id factum gratia Aetolis debetur*, τίνος καὶ πηλίκης δεῖ τιμῆς ἀξιοῦσθαι Μακεδόνας, *quonam et quanto praemio adficiendi sunt Macedones, qui pro Graecorum securitate cum barbaris dimicando, partem vitae maiorem exigunt.* Demosthenes adu. *Leptinem* p. 367. δικαίως ἠξιώθη ταύτης τῆς τιμῆς, *praemium hoc merito consecutus est. Praemium duplum* dicitur cum respectu ad ὄντως χήρας, quae etiam publicis sumtibus iuuandae erant, veluti τιμὴν *praemium* pietatis relaturae v. 3. et 5.

 Displi-

Displicet tamen sententia eorum, qui *duplum* vt *numerum determinatum* intelligunt, quod vix patitur vox *μάλιϛα*. Si omnes *duplum* accipere debebant: ii sane, qui doctrinae euangelii vacabant, nihil retulissent amplius. Διπλῆ τιμὴ, est, *plus stipendii*, *maius stipendium* indeterminate. Vidit hoc Doctiss. Vitringa de *synag. vet.* l. 2. c. 3. p. 499. Διπλᾶς habes hoc sensu Ier. 16, 17. Ies. 40, 2. Vxorem deformem διπλοῦν κακὸν *duplex malum*, i. e. multo maius malum vocat Achilles Tatius l. i. p. 27.

v. 22. 23.

Σεαυτὸν ἁγνὸν τήρει· μηκέτι ὑδροπότει ἀλλ' οἴνῳ ὀλίγῳ χρῶ, διὰ τὸν ϛομαχόν σε.

Ad ἁγνείαν *castitatem* cultui diuino vacantibus conuenientem etiam *abstinentia a vino* referebatur antiquitus. Hinc sacerdotibus hebraeis sacra facientibus vini vsu interdictum erat. Leuit. 10, 9. Ezech. 44, 20. Hinc Hecataeus Abderita *fragment.* a Zornio editis ad p. 169. 170. de illis dicit: διατρίβουσι δ' ἐν αὐτῷ καὶ τὰς νύκτας καὶ τὰς ἡμέρας ἱερεῖς, ἁγνείας τινὰς ἁγνεύοντες καὶ τὸ παράπαν οἶνον οὐ πίνοντες, *commorantur in illo* (templo) *sacerdotes interdiu ac noctu, castitate quadam vtentes et vino prorsus abstinentes.* Frequens quoque erat sacerdotum aegyptiorum *a vino abstinentia*, quam ἄοινον ἁγνείαν, *castitatem vino abstinentem* vocat Plutarchus de *Is. et Osir.* p. 353. dicens: *Vinum ii, qui Heliopoli solem colunt sacris, nullum prorsus in templum inferunt; quod non conueniat, interdiu bibere domino et rege inspiciente*, οἱ δὲ ἄλλοι χρῶνται μὲν, ὀλίγῳ δέ. πολλὰς δὲ ἀοίνους ἁγνείας ἔχουσιν, *reliqui vino vtuntur, sed modico admodum. Multas vero obseruant castitates vini expertes, vbi philosophando et res sacras docendo ac discendo tempus exigunt.* Eandem ob causam maiorem nempe castitatem et sanctitatem abstemii a vino erant Nasiraei Numer. 6. quorum votum ἁγνεία ibi vocatur v. 2. iisque ἀπὸ οἴνου ἁγνίζεσθαι praecipitur v. 3. sic et Iohannes baptista Luc. 1, 15. et Rechabitae Ier. 35. vt et Esseni teste Philone

Philone de *vita contemplat.* p. 900. Haec ergo caussa est, ob quam Paulus praecepto de ἁγνεία dato, consilium de potu vini modico subiungit, ne sc. Timotheus cum ipsa ἁγνεία, simul abstinentiam a vino iniungi existimaret.

Ὑδροποτεῖν *aquam bibere* habet Appianus *bell. Pun.* p. 11. de Numidis dicens τὸ πάμπαν ὑδροποτοῦσιν. Augebant ὑδροποσίαν apud veteres, praeter opinionem maioris sanctitatis etiam leges, quae Iuuenes praesertim et mulieres vini vsu arcebant. Plato l. 2. *de legibus* sancit, iuuenes vsque ad annum 18, τὸ παράπαν οἴνου μὴ γεύεσθαι, vsque ad annum 30 vero eo non nisi modice vti debere. Apud Romanos adolescentes non ante trigesimum annum vinum bibebant, auctore Athenaeo l. 10. c. 7. p. 429. Iuvenis vero erat Timotheus supra c. 4, 12.

Per οἶνον ὀλίγον *vinum* non *vile*, sed *modicum* intellige. Opponitur nempe οἴνῳ πολλῷ supra c. 3, 8. Idem patet e verbis Plutarchi modo adductis.

Libanius *epist.* 1578. p. 715. πέπτωκε καὶ ἡμῖν ὁ στόμαχος ταῖς συνεχέσιν ὑδροποσίαις, *elanguit nobis stomachus continuo aquae potu.*

CAP. VI. v. 2.

Ὅτι πιστοί εἰσι καὶ ἀγαπητοὶ οἱ τῆς εὐεργεσίας ἀντιλαμβανόμενοι.

Verbo vltima εὐεργεσίας ἀντιλαμβανόμενοι ad dominos fideles pertinere, non valde dubitatur. Grotius ἀντιλαμβάνεσθαι per *curam agere* explicat, ita vt domini *curam gerere seruis benefaciendi* dicantur. Obuertit Cel. Elsnerus, sic miram euadere interpretationem: *curam gerere beneficii*, cum cura gerenda sit hominis beneficio augendi. Ipse Elsnerus vertit, *qui beneficii participes sunt*, et ex Seneca probare nititur, etiam seruum Domino beneficium dare posse. Probandum sane fuisset ex auctoribus Graecis, εὐεργεσίαν Domino per seruum praestari posse. Εὐεργεσία s. χάρις *beneficium* est actio, ad quam aliquis strictiori sensu obligatus non est. Adeoque seruis per-

perquam rarae erunt *benefaciendi* occasiones, Dominis vero multo frequentiores. Non adeo aliena est Grotii explicatio. Verte paulo aliter, *qui beneficentiae se addicunt*, *qui beneficiis operam dant*. Sic saepe Graeci dicunt ἀντιλαμβάνεσθαι φιλοσοφίας, *philosophiae operam dare*, quam phrasin habent Plutarchus de *liberor. educ.* p. 8. Iamblichus in *protreptic.* c. 21. p. 146. et Themistius *orat.* 23. p. 295. Plutarchus de *profect. virt.* p. 77. ἀντιλαμβάνεσθαι τοῦ μανθάνειν *litterarum studiis operam dare*. Iosephus *ant.* l. 5. c. 5. p. 151. τῆς ἐλευθερίας ἀντιλαμβάνεσθαι, *libertati studere*. Xenophon *Cyrop.* l. 2. p. 36. ἀντιλήψονται τῶν πραγμάτων, *negotiis operam dabunt*. Iamblichus *protrept.* l. 18. p. 104. τῶν ἀγαθῶν ἀντιλαμβάνεσθαι, *rebus honestis studere*. Εὐεργεσίας vero vel de *beneficentia*, vti mentis quodam habitu, aut pro *genitiuo plurali* poni admitti potest. Sic sensu priori: μεγάλης εὐεργεσίας σημεῖον, *magnae beneficentiae signum* dicitur 2 Maccab. 6, 13. sensu posteriori Sapient. 16, 24. res creatae ἀνίεσθαι *relaxari* dicuntur εἰς εὐεργεσίαν, *ad beneficia* piis praestanda.

v. 3.

Καὶ μὴ προσέρχεται ὑγιαίνουσι λόγοις.

Solicitauit integritatem τοῦ προσέρχεται Bentleius, quasi id non satis Graecum esset, et pro eo legi iubet, προσέχεται s. προσίσχεται s. προσέχει. Vide curas Wolfii. At ipsum προσέρχεται vtrum *media voce* hoc sensu occurrat, est, quod dubites. Reliqua maiorem iam mutationem inferunt. Προσέρχεται h. l. notat, *sectari* aliquid, *magni facere*, *approbare*, *amplecti*. Docet hoc Philo de *gigantibus* p. 289. vbi verba οὐ προσελεύσεται ἀποκαλύψαι ἀσχημοσύνην Leuit. 18, 6. allegorice de honoribus, opibus viribusque corporis explicans dicit: *Discant vero hi omnes*, μηδενὶ προσέρχεσθαι γνώμῃ τῶν εἰρημένων· τοῦτο δέ ἐστι μὴ θαυμάζειν αὐτὰ καὶ ἀποδέχεσθαι πλέον τοῦ μετρίου, *nullam ex his rebus animo sectari, id est, vltra quam par est magni facere et approbare.*

bare. Paulo post dicitur, sapientem non debere has felicitates *μακρὰν ἀφεστηκυίας προσέρχεσθαι*, *longius remotas sectari*, vbi deinde *προσέρχεσθαι* per *κατ᾽ ἴχνος βαίνειν e vestigio sequi* explicatur. Confer quoque duas epistolas Pearcii Lond. 1721. editas p. 6. 7. *Sectari* debet doctor euangelii, sanam doctrinam veluti *canonem* et *regulam* in doctrina aeque ac vita. Gal. 6, 16. Phil. 3, 16.

v. 4.

Τετύφωται, μηδὲν ἐπιστάμενος, ἀλλὰ νοσῶν περὶ ζητήσεις καὶ λογομαχίας.

Τετύφωται alii vertunt *inflatus est*, alii *demens est*, *mente captus est*. Me iudice vtrumque coniungendum et vertendum est: *fastu demens est*, *stolido agitur fastu*. Nata enim est vox, a *τύφος* quod *fumum* aeque ac *superbiam* notat, quorum ille oculos corporis *obtenebrat*, haec mentis. Saepe vox adhibetur, ita vt *stultam* et *inanem superbiam* indicet. Plutarchus de *Is. et Osir.* sub init. Typhonem dicit nomen accepisse veluti δι᾽ ἄγνοιαν καὶ ἀπάτην τετυφωμένον, *ignorantia et erroribus inflatum*. Idem *de prof. virt. sent.* p. 70. hominem quendam *μανικὸν καὶ ἀνόητον*, *furiosum et stultum*, *τετυφωμένον inflatum* vocat, quod Aristippum sophistica fraude circumuenisset. Idem de *superstit.* p. 169. *τετύφωνται καὶ δαιμονῶσιν*, *vano superbiunt fastu et insaniunt*. Idem *orat.* 1. *de fortuna Alexand.* p. 330. *ἀσόφου καὶ τετυφωμένης ψυχῆς animi stolidi et stulte superbientis*. Idem de *exilio* p. 603. coniungit *τετυφῶσθαι* et *ὀχλομανεῖν*. Lucianus in *Nigrino* p. 22. *ἀντὶ ἀνοήτου τε καὶ τετυφωμένου γενέσθαι μετριώτερον*, *e stulto et inaniter inflato moderationem fieri*. Iosephus cont. *Apion.* l. 2. p. 1079. *τῶν ἀνοήτων εἰς ἣν καὶ τετυφωμένων*.

Νοσεῖν περὶ τὶ, *aegrotare in aliqua re* est, rei male aut saltem parum vtili *perdite operam dare*. Apud Iulium Pollucem l. 10. c. 3. p. 513. *νοσῶν εἰς ὀνομάτων χρῆσιν*, vocatur, *qui nimium laborat circa vsum vocabulorum*.

v. 8.

Ἔχοντες δὲ διατροφὰς καὶ σκεπάσματα.

Recte iam ab aliis est obseruatum per σκεπάσματα, *tegumenta* h. l. *domos*, *tecta* aeque ac vestes significari. De *vestibus* vocem vsurpat Iosephus *ant.* l. 15, c. 12. p. 536. et *bell. Iud.* l. 2. c. 12. p. 785. quo vltimo loco Essenos dicit praecinctos esse σκεπάσμασι λινοῖς, *velaminibus linteis.* Σκύτινα τῶν ὅπλων σκεπάσματα, *coriacea scutorum tegumenta* habet Plutarchus in *Lucullo* p. 511. Crates, quibus milites obsessores se tegunt, σκεπάσματα vocat Iosephus *bell. Iud.* l. 3. c. 12. p. 840. τὰ σκηνῶν σκεπάσματα, *tabernarum tegmina* habet Harpocration voce γέῤῥα. Οἶκον, σκέπασμα et οἰκοδόμημα vt ἰσοδυναμοῦντα vsurpat Philo de *migrat. Abrahami* p. 421. Idem de *vita contemp.* p. 893. Domos dicit σκέπην παρέχειν *tegumento esse* contra frigus et aestum. Musonius apud Stobaeum *serm.* 1. p. 18. σκέπης ἕνεκα καὶ τὰς οἰκίας ποιούμεθα.

v. 9.

Ἐπιθυμίας πολλὰς ἀνοήτους καὶ βλαβερὰς, αἵτινες βυθίζουσι τοὺς ἀνθρώπους εἰς ὄλεθρον καὶ ἀπώλειαν.

Pro ἀνοήτους nonnulli hic legunt ἀνονήτους, forte quod insolentius visum ἀνοήτους hic dici ἐπιθυμίας. At non adeo infrequenter adfectus hominum ἀνόητοι dicuntur. Plutarchus *discr. adul. et am.* p. 61. θυμὸν ἐντείνων ἀνόητον, *amentem incitans iram.* Idem in *Sertorio* p. 581. φθόνος ἥπτετο καὶ ζῆλος ἀνόητος τῆς ἐκείνου δυνάμεως, *liuor et stolida* illos *inuasit aemulatio potentiae illius.*

Βυθίζειν, *submergere.* Arrianus *Diss. Epict.* l. 3. c. 3. p. 268. βυθιζομένου τοῦ πλοίου. Subinnuit vox, infinita et ineluctabilia esse mala, in quae praecipites dantur auari. Hippocrates *epist. ad Damaget.* sect. 8. p. 17. *Alii ambitionis studio in aërem sublati*, βριθεῖ κακίης εἰς βυθὸν ἀπωλείας καταφέρονται, *sceleris grauitate in exitii profundum praecipites demerguntur.*

v. 10.

V. 10.

Ῥίζα γὰρ πάντων τῶν κακῶν ἐςιν ἡ φιλαργυρία· ἧς τινὲς ὀρεγόμενοι, ἀπεπλανήθησαν ἀπὸ τῆς πίςεως, καὶ ἑαυτὰς περιέπειραν ὀδύναις πολλαῖς.

Hippocrates *epist. ad Crateu.* sect. 8. p. 11. εἰ δ' ἐδύνασο Κράτευα τῆς φιλαργυρίης τὴν πικρὰν ῥίζαν ἐκκόψαι, *quodsi Crateua amaram pecuniae cupiditatis radicem exscindere posses.* Ad rem ipsam spectat hoc Stobaei *serm.* 10. p. 130. Βίων ὁ σοφιςὴς τὴν φιλαργυρίαν μητρόπολιν ἔλεγε πάσης κακίας εἶναι, *Bion sophista dicebat, auaritiam esse omnis impietatis metropolim.*

Περιπείρειν est, *transfigere, transfodere.* Sic Iosephus *bell. Iud.* l. 5. c. 25. p. 889. περιεπείροντο τοῖς ἐκείνων βέλεσι, *transfigebantur telis eorum.* Ibid. l. 3. c. 21. p. 848. Aelianus *hist. animal.* l. 14. c. 25. περιπαρεὶς ἀγκίςρῳ, *hamo transfixus.* Lucianus in *Gallo* p. 234. περιπεπαρμένα τοῖς ὀβελοῖς. Idem in *Reuiuisc.* p. 424. et de *conscrib. histor.* p. 686. Adde Plutarchum in *Othone* p. 1065. Improprie Philo in *Flaccum* sub init. de Flacco dicit: *Quotquot autem potuit, vniuersos,* ἀνηκέςοις περιέπειρε κακοῖς, *insanabilibus transfixit malis.*

V. 12.

Ἐπιλαβȣ̃ τῆς αἰωνίȣ ζωῆς.

Cursores in stadio apud Graecos coronam in sublimi suspensam ipsos *arripuisse* et *detraxisse*, cum nondum satis euictum sit: non opus est, vocem ἐπιλαβȣ̃ ex hoc ritu explicare. Notat vox: *arripere, consequi, obtinere,* vt rem magni momenti et studiose quaesitam. Sic Maximus Tyrius *Dissert.* 12. p. 122. *Huic ego longe praefero antiquam Persarum legem,* δι' ὃν Πέρσαι τῆς ἐλευθερίας ἐπελάβοντο, *per quam libertatem Persae consecuti sunt* Plutarchus de *fortun. Rom.* p. 321. ἐπιλαβόμενος πολλῆς μὲν εἰρήνης, πολλῆς δὲ ἡσυχίας, *cum multam pacem, multam tranquillitatem nactus esset.* Dio Cassius *excerpt. Vales.* p. 625. ὅπως ἔκ γε τȣ́τȣ ἀσφαλείας τινὸς ἐπιλάβη-

λάβηται, *vt hoc modo securitatem quandam sibi acquireret.*

v. 16.

Φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον, ὃν εἶδεν οὐδεὶς ἀνθρώπων οὐδὲ ἰδεῖν δύναται, ᾧ τιμὴ καὶ κράτος αἰώνιον ἀμήν.

Maiestas diuina in V. T. in lumine plerumque et igne, vt symbolo aptissimo comparere solebat, vt in rubo ardente, Exod. 3. in columna nubis et ignis; in monte Sinai Exod. 19, 18. c. 24, 16. 17. cet. at erat plerumque haec lux nubi et caligini inuoluta nec ad eam vulgo patebat aditus. Apposite de monte Sinai Iosephus dicit *ant.* l. 3. c. 4. p. 77. λόγον εἶναι περὶ τοῦτον Θεὸν ἐν αὐτῷ διατρίβειν φοβερὸν καὶ ἀπρόσιτον, *sermonem ferri, quod Deus in eodem commoretur tremendus et inaccessus.* Vocem ἀπρόσιτος habet idem *bell. Iud.* l. 3. c. 12. p. 840. et l. 7. c. 37. p. 996. Polybius l. 3. c. 49. p. 281. ταύτης δ' ὄρη δυσπρόσοδα καὶ δυσέμβολα καὶ σχεδὸν, ὡς εἰπεῖν ἀπρόσιτα, *montes illius difficiles aditu sunt et introitu, imo inaccessi propemodum.* Idem l. 5. c. 24. p. 517. Plutarchus *discr. adul. et am.* p. 68.

Κράτος αἰώνιον, *imperium* notat *aeternum.* Apud Iosephum *ant.* l. 1. c. 19. p. 28. Deus de filiis Iacobi dicit: οἷς ἐγὼ τὸ ταύτης κράτος τῆς γῆς δίδωμι, *quibus ego terrae huius dabo imperium.* Ibid. l. 6. c. 14. p. 200. Saul ad Dauidem ait: περιμένει σε τὸ πάντων τῶν Ἑβραίων κράτος, *omnium te manet Hebraeorum imperium.*

EPISTOLA II.

AD TIMOTHEVM.

CAP. II. v. 15. 16.

Σπϑδασον σεαυτὸν δόκιμον παρασῆσαι τῷ Θεῷ, ἐργάτην ἀνεπαίσχυντον. ὀρθοτομϑντα τὸν λόγον τῆς ἀληθείας. τὰς δὲ βεβήλϑς κενοφωνίας περιΐςασο· ἐπὶ πλεῖον γὰρ προκόψϑσιν ἀσεβείας.

Δόκιμοι esse debent doctores euangelii in *vita*, non minus, quam doctrina 2 Cor. 10, 18. 1 Cor. 9. 27. 2 Tim. 3, 8.

Ἀνεπαίσχυντος, *non pudendus* notione hac passiua occurrit apud Iosephum *ant.* l. 18. c. 9. p. 638. μηδὲ δευτερεύειν ἀνεπαίσχυντον ἡγϑ, *neque credas id pudore vacare, si secundum teneas locum.* Malim tamen vocem hic actiue vertere: *pudoris expertem;* confer supra c. 1, 8. Talis esse debebat Timotheus, quem neque doctrinae puderet, neque vitae.

Ὀρθοτομεῖν λόγον ἀληθείας, post vulgatam multi vertunt: *Recte tractare verbum veritatis;* in quo acquiescere nequeo, cum haec notio τϑ ὀρθοτομεῖν non satis probata sit. Notat vox 1) viam *recte secare*, s. *rectificare.* Vide LXX. Prov. 3, 6. c. 11, 5. Alienum id est ab h. l. Non est sane λόγος ἀληθείας aliquid σκολιὸν ἢ διεςραμμένον, quod *emendatione* et *rectificatione*, vt ita dicam, indigeat. 2) ὀρθοτομεῖν est *via recta incedere*, ὀρθῶς ὁδεύειν. Habet vocem hac notione Gregorius Nazianzenus *Orat. apol. fugae* p. 23. 28. is enim τῷ ὀρθοτομεῖν *rectum iter tenere* opponit τὸ κακῶς ὁδεύειν, *praue incedere.* Locum hunc debeo Fullero *misc. sac.* l. 3, c. 16. Eandem significationem fulciunt verba cognata,

gnata, vt *καινοτομεῖν*, *noua via incedere.* Κατορθοῦν et *κατευθύνειν*, *recta via incedere.* Psal. 118. 127. *πρὸς πάσας τὰς ἐντολάς σου κατορθούμην*, *recta via incessi secundum omnia praecepta tua.* Prou. 9, 15. *τοὺς κατευθύνοντας ἐν ταῖς ὁδοῖς*, *qui recta incedunt in viis.* Hinc phrasin nostram ellipticam esse puto addito *κατὰ* s. *πρὸς* supplendam, ita vt *ὀρθοτομῶν* (*κατὰ* s. *πρὸς*) *τὸν λόγον τῆς ἀληθείας*, sit, *qui recta via incedit secundum verbum veritatis.* Nempe *ὁ στοιχῶν τῷ κάνονι τούτῳ* Gal. 6, 16. siue *ὀρθοποδῶν πρὸς τὴν ἀλήθειαν τοῦ εὐαγγελίου*, Gal. 2, 14. siue *προσερχόμενος ὑγιαίνουσι λόγοις*, 1 Tim. 6, 3. Praeceptum igitur dat Paulus Timotheo de *vera doctrina constanter sequenda, et tenenda, tam docendo, quam agendo.* Oppositum est *ὀρθοτομεῖν* h. l. *ταῖς βεβήλοις κενοφωνίαις* *falsae doctrinae* v. 16. *hominum a veritate aberrantium* v. 18. vti 1 Tim. 6, 3. *sanam doctrinam sectari*, *τῷ ἑτεροδιδασκαλεῖν.* Nam *falsa docere* est, *ἐκτρέπεσθαι*, *a recta veritatis via deflectere.* 1 Tim. 1, 6. Confer Elsnerum ad. h. l. vt et Theodoretum.

Eleganter vero *τῷ ὀρθοτομεῖν* v. 16. opponitur *περιΐστασθαι*, *a via declinare.* Idem enim significant phrases *βεβήλους κενοφωνίας ἐκτρέπεσθαι*, 1 Tim. 6, 20. et *περιΐστασθαι* h. l. *Circumiacent errores* vtrimque rectam et regiam *veritatis viam;* hanc qui tenet: is eo ipso ab erroribus *deflectit.* Perspicue hanc verbi vim exprimit Lucianus in *Hermotimo* in fine: *Si quem posthaec philosophum in via ambulans offendero*, *οὕτως ἐκτραπήσομαι καὶ περιστήσομαι, ὥσπερ τοὺς λυττῶντας τῶν κυνῶν*, *ita vt canes rabiosos deuitabo et declinabo.* Sic in *epistola* Theanus *opusc. Mythol.* p. 745. *Sed vlcisceris scortum? περιστήσεταί σε φυλαττομένη*, *declinabit te nimirum cauta.* Diogenes Laërt. l. 9. c. 1. §. 9. *περιΐστασθαι ὑπερηφανίας*, *superbos declinare mores.*

Verbum *προκόψουσιν proficient* optime ad *βεβήλους κενοφωνίας* refertur, vt sensus sit, doctrinas has ad ma-

iorem in dies *progredi* impietatem, siue magis fieri impias. Lucianus in *amoribus* p. 1639. εἰς τοσοῦτον τυραννικῆς βίας ἡ τόλμα προέκοψεν, *eo vsque tyrannicae violentiae progressa est audacia.* Iosephus *ant.* l. 3. c. 2. p. 74. potentiam hostium προκόψασαν μείζω, *in maius auctam* opponit τῇ ἀρχομένῃ *incipienti.* Sic ergo αὐτῶν v. 17. ad aliud iubiectum, nimirum fallaces doctores, referri potest.

v. 19.

Ὁ μέν τοι στερεὸς θεμέλιος τοῦ Θεοῦ ἕστηκεν, ἔχων τὴν σφραγῖδα ταύτην, ἔγνω κύριος τοὺς ὄντας αὐτοῦ, καὶ ἀποστήτω ἀπὸ ἀδικίας, πᾶς ὁ ὀνομάζων τὸ ὄνομα κυρίου.

Θεμέλιος h. l. per synecdochen *domum*, inprimis *magnam domum*, μεγάλην οἰκίαν, regium aliquod *palatium* denotat. Hoc sensu LXX. hebraicum ארמון *palatium* saepe per θεμέλιον transferunt, vti Ies. 25, 2. Ier. 6, 5. et alibi. Prou. 18, 19. eandem vocem vertunt: τεθεμελιωμένον βασίλειον, *palatium firmiter fundatum.* Etiam Germanice domum vocamus: Einen Grund. Verbum ἀνατρέπειν v. 18. deduxit apostolum, ad continuandam repraesentationem *ecclesiae visibilis* sub imagine *aedificii*, vide 1 Tim. 3, 15. *Euertunt* doctores mendaces *quorumdam* fidem; totam vero *aedificii molem*, *totam ecclesiam nunquam destruent.* Matth. 16, 18. Id sibi volunt verba: *Stabile consistit Dei palatium* s. *aedificium.* Ἕστηκεν τῷ ἀνατρέπειν opponitur. Apprime respondet haec explicatio verbis ἐν μεγάλῃ δὲ οἰκίᾳ v. 20.

Per σφραγῖδα *inscriptio* huius aedificii intelligenda est. Notat enim haec vox quodcunque *insigne signum impressum* aut *inscriptum.* In *Psalterio Salomonis* Ps. 2, 6. *impressa* captiuis *stigmata* σφραγῖδες vocantur. Apud Lucianum in *Tragopodagr.* p. 1050. *insigne* bacchanalia cele-

celebrantium vocatur: κισσίνη σφραγὶς κόμαις, *signum in comis hederaceum.*

Caussa allatae *inscriptionis* primae: *Deum nosse suos* est, vt innuatur: *Non omnes, qui sint in hac domo, a Deo vt suos agnosci;* nam adsunt quoque σκεύη εἰς ἀτιμίαν v. 20. *Inscriptio* secunda praescribit, quid agere debeant, qui vt ὄντες τοῦ Θεοῦ agnosci volunt. Per ἀδικίαν h. l. etiam *errores in doctrina* intelligendi sunt, praesertim fundamentales. Confer v. 16. 18. Mutuo sese explicant phrases: ἐκκαθαίρειν ἑαυτὸν ἀπὸ τούτων v. 21. et ἀφίστασθαι ἀπὸ ἀδικίας.

v. 26.

Καὶ ἀνανήψωσιν ἐκ τῆς τοῦ διαβόλου παγίδος ἐζωγρημένοι ὑπ' αὐτοῦ.

Ἀνανήφειν proprie est, *ex ebrietate ad se redire* et *mentis iterum compos fieri.* Hinc ducta similitudine generatim notat: *ad se redire, ad sanitatem mentis redire, resipiscere.* Lucianus in *Hermotimo* p. 617. νυνὶ ὥσπερ ἐκ μέθης ἀνανήφων, ὁρῶ οἷα μέν ἐστιν ὧν ἤρων, ὁπόσα δὲ πέπονθα διὰ ταῦτα, *nunc tanquam ex ebrietate ad me rediens, video quaenam illa sint, quae amabam, et quantas aerumnas pro illis exhauserim.* Heraclides Pontic. *alleg. Hom.* p. 435. ἐκ τῆς ἀγανακτούσης μέθης ὁ νοῦς ἐπὶ τὸ βέλτιον ἀνένηψεν, *ex irae ebrietate mens emendata ad sobrietatem rediit.* Iosephus *ant.* l. 6. c. 14. p. 195. μόλις ἐκ τῶν θρήνων ἀνανήψαντες, *cum vix ex lacrymis ad se rediissent.* Sic ἐκνήφειν 1 Cor. 15, 34.

Si durior videatur locutio, *sobrium fieri ex laqueo:* post ἀνανήψωσιν comma ponere, et sequentia vertere potes: *qui laqueo diaboli* (vt) *captiui ducuntur, ab illo;* ita vt ζωγρεῖν h. l. non notet, *capere* sed *captiuum huc illuc ducere*, et ἐκ τῆς παγίδος idem sit ac τῇ παγίδι. Sic Euripides *Ino* v. 15. ἐκ λαμπτῆρος πρήθειν, *face incendere.* Diabolus homines *laqueis* i. e. erroribus et ex-

 coeca-

coecatione intellectus *trahit*, vt voluntati ipſius obtemperent. Similiter Lyſis Pythagoreus *epiſt. ad Hipp. opuſc. myth. Galei* p. 737. de Pythagora dicit: ὃ γὰρ κιβδήλους ἐνεπορεύετο λόγους οὐδὲ πάγας, αἷς πολλοὶ τῶν σοφιστῶν τὼς νέως ἐμπλέκοντι, *Non enim adulterinam eruditionem tractabat, neque laqueos, quibus ſophiſtarum vulgus adoleſcentes implicat, nihil ſani ac veri docendo, ſed diuinarum humanarumque rerum ſcientiam tenebat.*

CAP. III. v. 5.

Ἔχοντες μόρφωσιν εὐσεβείας, τὴν δὲ δύναμιν αὐτῆς ἠρνημένοι· καὶ τούτους ἀποτρέπου.

Ἀρνεῖσθαι eſt, *auerſari, repudiare, reſpuere, ſpernere.* Vide notata ad Act. 3, 13. Hic ἠρνημένοι τῷ ἔχοντες opponitur, et idem eſt, ac οὐκ ἔχοντες οὐδὲ θέλοντες ἔχειν. Philo de *merced. meretr.* p. 862. κἂν ἀποστρέφῃ, μὴ ἀγνοῶν ἀρνῇ, *vt ſi* illud *auerſeris, non inſcius id auerſeris.* Hippocrates *epiſt. ad Damag. ſect.* 8. p. 16. ἀρνησάμενοι πλόον πλέουσι, γεωργίην ἀπωσάμενοι αὖθις γεωργοῦσι, *nauigationem auerſantes nauigant, agriculturam reſpuentes mox agros colunt.* Euripides in *Medaea* v. 626. γαμεῖς τοιοῦτον ὥς τέ σ' ἀρνεῖσθαι γάμον, *nuptias contrahis, quas mox auerſaberis.* Plutarchus *anim. an corp. affect. pei.* p. 500. de eo qui ſe ægrotare non credit: κἂν παρῇ τὸ θεραπεῦον ἀρνεῖται, *is remedium etiamſi adſit, repudiat.* Dionyſius Hal. *ant.* l. 9. p. 570. ἠρνήσατο τὴν χάριν αὐτὸς ὁ ὕπατος, *ipſe conſul honorem hunc* (ſc. triumphi) *recuſabat.* Ibid. l. 10. p. 630.

Ἀποτρέπεσθαι notat, *deuitare, cauere,* vti ἐκτρέπεσθαι 1 Tim. 6, 20. Lucianus in *Lexiph.* p. 970. τὰ μὲν τοιαῦτα πάντα φεῦγε καὶ ἀποτρέπου, *omnia huiuscemodi fuge et deuita.* Euripides in *Oreſte* v. 410. ἀπαίδευτον δ' ἀποτρέπου λέγειν, *inſipide ne quid dicas caue.* Confer ἀπαιδεύτους ζητήσεις ſupra c. 2, 23.

CAP.

CAP. IV. v. 7. 8.

Τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν ἠγώνισμαι, τὸν δρόμον τετέλεκα, τὴν πίστιν τετήρηκα· λοιπόν ἀπόκειταί μοι ὁ τῆς δικαιοσύνης στέφανος.

Per ἀγῶνα apoſtolus non ſolum vitae ſuae, ſed et muneris apoſtolici *decurſum* intelligit. Ἀγῶνα καλὸν *pulchrum, honeſtum certamen* curſum hunc vocat, in oppoſitione ad ludos Graecorum, quorum certaminibus parum inerat momenti; *certamen* vero apoſtoli in re ſeria verſabatur et grauiſſima in indefeſſo fidei pietatisque ſtudio lucrandisque Chriſto tot hominum animis. Ἀγῶνα καλὸν, illum vocant Graeci, *qui in re honorifica et magni momenti verſatur.* Euripides in *Alceſt.* v. 648. καίτοι καλόν γ' ἂν τόνδ' ἀγῶν' ἠγώνισω, τοῦ σοῦ πρὸ παιδὸς κατθανών. *Atqui decertaſſes egregium hoc certamen, ſi mortuus eſſes, pro tuo filio.* Apud Lucianum in *Toxari* p. 56. qui fideliſſimos amicos produxerit, vt victor proclamandus eſſe dicitur: κάλλιστον ἀγῶνα καὶ σεμνότατον ἀγωνισάμενος, *tanquam qui pulcherrimum et honeſtiſſimum certamen depugnarit.* Τὸν τῆς εὐσεβείας ἀγῶνα ἀγωνίσασθαι, dicit Mercurius Triſmeg. apud Stobaeum *eclog. phyſic.* l. 1. p. 129. Voluptatem vincere κάλλιστον ἀγῶνα vocat Philo *allegor. leg.* l. 3. in fine.

Τὴν πίστιν τηρεῖν, *ſeruare fidem*, ſ. *fidelitatem*, oppoſitum eſt τοῦ ἀθετεῖν ſ. ἀρνεῖσθαι πίστιν, *fidem ſpernere, mutare* 1 Tim. 5, 8. 12. Sic enim Diodorus Siculus *excerpt. Valeſ.* p. 342. opponit phraſes τὴν δοθεῖσαν πίστιν ἀθετεῖν et τὰς δοθείσας πίστεις τηρεῖν. Herodianus l. 7. p. 281. *Perſuadebat vt Maximino*, τηρεῖν τὴν πίστιν καὶ τὸν ὅρκον, *fidem et iusiurandum ſeruarent.* Apud Dionem Caſſ. *Exc. Valeſ.* p. 689. Corbulo in eo ſolo alios offendiſſe dicitur, ὅτι τὴν πρὸς τὸν Νέρωνα πίστιν ἐτήρησε, *quod fidem Neroni ſeruauerit.* Ioſephus *bell. Iud.* l. 2. c. 12. p. 785. Eſſenos a coniugio abſtinere dicit, μηδεμίαν

τηρεῖν πεπεισμένοι τὴν πρὸς ἕνα πίςιν, *quod nullam* (mulierem) *vni* (viro) *fidem ſeruare perſuaſi ſint.* Eandem phraſin habes ibid. l. 7. c. 34. p. 963. et *ant.* l. 13. c. 12. p. 446. *πίςιν διαφυλάττειν* vſurpat in *vita ſua* p. 1001. *πίςιν διατηρεῖν* dicit Polybius l. 1. c. 7. p. 9. et Diodorus Sicul. *excerpt. Valeſ.* p. 250.

Praemia quibus poſt fata mactabitur pietas, ſimili modo deſcribit Plutarchus *non ſuauiter viui ſec. Epic.* p. 1105. *Quid cenſetis de bonorum exſpectatione? qui cum vixerint pie et iuſte, nihil poſt mortem mali, ſed bona pulcherrima et diuiniſſima ſibi pollicentur.* Πρῶτον μὲν γὰρ ἀθληταὶ ςέφανον ἐκ ἀγωνιζόμενοι ἐ λαμβάνεσιν, ἀλλὰ ἀγωνισάμενοι καὶ νικήσαντες· ὅτως ἡγέμενοι τοῖς ἀγαθοῖς τὰ νικητήρια τῦ βίε μετὰ τὸν βίον ὑπάρχειν, θαυμάσιον οἷον φρονῦσι τῇ ἀρετῇ πρὸς ἐκείνας τὰς ἐλπίδας, *ſicut enim athletae coronam ſine certamine, non obtinent, ſed peracto certamine et parta victoria: ſic illi putantes bonis poſt vitam vitae dari brabea: mirum dictu eſt, quantum ſibi huius ſpei gratia de virtute plaudant.*

V. 14.

Ἀλέξανδρος ὁ χαλκεὺς πολλά μοι κακὰ ἐνεδείξατο.

Κακὰ ἐνδείξασθαι h. l. *mala perpetrare*, alteri *inferre* ſignificat. Grotius et Beza cum hebraico הראה id conferunt, quaſi ineſſet *hebraiſmus.* Similiter tamen Graeci loquuntur. Ioſephus *ant.* l. 19. c. 2. p. 665. *πλέω τε πάντων δεινὰ ἀποδείξας, ἐ μόνον εἰς τὲς συμπολίτας*, *qui plura omnibus mala, non ſolum ciuibus intulit.* Plutarchus in *Caeſare* p. 715. *πολλὰ καὶ περίοπτα τόλμης ἀποδειξάμενος ἔργα*, *multa et eximia edens opera.* Dionyſius Hal. *ant.* l. 2. p. 99. *λαμπρὸν ἔργον ἐπιδεδειγμένοις ἐδὲν*, *qui nihil fecerant praeclari.* Idem l. 9. in fine: *γενναίων ἀνδρῶν ἔργα ἐπιδειξάμενοι.* Ibid. l. 3. p. 197. *ἐδὲν ἔτι γενναῖον ἔργον ἀπεδείξαντο*, *nihil*

nihil amplius fecerunt praeclari. Ibid. l. 4. p. 252. et l. 9. p. 561. πολλὰ καὶ καλὰ ἔργα ἀποδειξάμενοι, *multa et praeclara edentes facinora.* Confer. Ioh. 10, 32.

v. 18.

Καὶ σώσει εἰς τὴν βασιλείαν αὐτοῦ τὴν ἐπουράνιον.

Σώζεσθαι εἰς τόπον τινὰ, *saluum perduci*, *euadere* voce passiua, non rarum est scriptoribus. Huius generis sunt exempla, quae ex Xenophonte et Herodoto produxit Raphelius. Addere posses Plutarchum in *Lucullo* p. 493. εἰς ῥόδον ἐσώθη; Iosephum cont. *Apion.* l. 2. p. 1061. σωθέντες εἰς τὴν χώραν τὴν νῦν Ἰουδαίαν λεγομένην; et Polybium l. 3. c. 117. p. 371. εἰς τὰς πόλεις ἐσώθησαν; et l. 2. c. 11. p. 139. εἰς τὸν ῥίζονα διεσώθη. Rarior vero est vox actiua cum voce εἰς iuncta, quae notat: *saluum* s. *incolumem perducere.* Sic Euripides *Iphig. in Tauris* v. 1068. σώσω σ' ἐς Ἑλλάδ', *saluam te perducam in Graeciam.* Idem in *Helena* v. 887. νῦν ἐστὶν εὔνους, κεἰς πάτραν σώσει θέλει, *nunc est beneuola et vult te saluum ducere in patriam.* Sophocles in *Philoctete* p. 381. *Id vero nemo, ne rogatus quidem facere vult,* σῶσαί μ' ἐς οἴκους, *vt me incolumem domum deducat.*

EPISTOLA AD TITVM.

CAP. I. v. 11.

Οὓς δεῖ ἐπιστομίζειν· οἵτινες ὅλους οἴκους ἀνατρέπουσι διδάσκοντες ἃ μὴ δεῖ.

Ἐπιστομίζειν h. l. *os obturare*, *occludere* explicant plerique; Pricaeus vero transfert: *freno coërcere*, *refrenare*. Mihi Pricaei praeplacet versio, quae et etymologiae vicinior est, et alteram simul includit. *Refrenare* debebat Titus hos homines 1) ἐλέγχων v. 9. 13. eos verbi diuini efficacia ad silentium redigens. 2) imperitiores erudiendo et conuincendo, ne ab impostoribus his se decipi paterentur. Vocem hac notione habet Iosephus *ant.* l. 17. c. 12. p. 605. vbi Varum dicit legionem reliquisse Hierosolymis, τὴν Ἰουδαίων νεωτεροποιΐαν ἐπιστομιοῦντας, *quae Iudaeorum rerum nouandarum pruritum refrenaret.* Ibid. l. 18. c. 12. p. 649. ἐπιστόμισμα γὰρ ἦν αὐτῶν μίσει τῷ πρὸς Ἰουδαίους, *cohibuerat enim odium eorum aduersus Iudaeos*. Simile est φιμοῦν Matth. 22, 12. 1 Petr. 2, 15.

Οἴκους ἀνατρέπειν h. l. est, *familias euertere*, *pessumdare*, eas a Christo auertere et in perniciem praecipites dare. Iosephus *bell. Iud.* l. 1. c. 17. p. 757. de hominibus φρεναπάταις, *impostoribus* dicit: διὰ τῶν τοιούτων ἐξαπατᾶσθαι μὲν, οὐ νέους μόνον ἀλλὰ καὶ γέροντας, οἴκους δὲ λαμπροτάτους, καὶ βασιλείας ὅλας ἀνατρέπεσθαι, *ab eiusmodi hominibus non solum adolescentes falli, sed et senes domosque clarissimas totaque regna subuerti.* Demosthenes in *Aristogit.* p. 495. ἀνατρέπειν τὴν πόλιν, *rempublicam euertere.* Plutarchus de *genio Socrat.* p. 586. Ne ἀνατρέψῃς καὶ ἡμᾶς καὶ τὴν πόλιν, *nos pessumdes et ciuitatem.* Idem in *amator.* p. 755. ἀνατρέπουσα τὴν πόλιν ἐλευθερίας.

v. 12.

v. 12.

Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσαι, κακὰ θηρία γαστέρες ἀργαί.

Ex conuiciis erat et verbis contumeliosis, alium θηρίον *feram bestiam* appellare. Demosthenes sic vocatur ab Aeschine de *fals. legat.* p. 248. et cont. *Ctesiph.* p. 300. Μιαρὸν θηρίον, *impuram bestiam* eundem vocat Dinarchus cont. *Demosth.* p. 31. quam phrasin et Demosthenes vsurpat cont. *Theocrin.* p. 514. et adu. *Macartat.* p. 670. Achilles Tatius l. 6. p. 387. ὦ κακὸν σὺ θηρίον. Aristophanes in *Vespis* p. 460. ὦ κάκιστον θηρίον. Proprie tamen θηρίον κακὸν est βλαβερὸν, *fera noxia.* Arrianus *Dissert. Epict.* l. 2. c. 10. p. 194. *Quodsi ex homine, animali miti et sociabili,* θηρίον γέγονας βλαβερὸν, ἐπίβουλον, δηκτικὸν, *bellua factus es noxia, insidiatrix, mordax.* Hinc apud Iosephum *ant.* l. 17. c. 7. p. 593. Antipater Herodis filius πονηρὸν θηρίον vocatur, quod et fratribus mortis auctor fuisset, et patris vitae insidiatus esset. Et apud Dionysium Hal. *ant.* l. 5. p. 289. Brutus consul, ob filios suos supplicio adfectos, vocatur, θηρίον ἄγριον καὶ τέκνων αἵματι μιαρόν. Sic verba κακὰ θηρία Paulus applicat ad τοὺς φρεναπάτας, qui turpis lucri caussa alios pessumdare non dubitabant.

CAP. II. v. 7.

Περὶ πάντα σεαυτὸν παρεχόμενος τύπον καλῶν ἔργων.

Verte: *Erga quemlibet te gerens vt exemplum bonorum operum.* Περὶ πάντα vertunt: *In omnibus* quasi pro ἐν πᾶσιν positum esset. Quoniam vero per partes eundo docuit apostolus, quid senes v. 2. et auus v. 3. mulieres iniores v. 4. et iuuenes v. 6. docere debeat Titus: his melius respondere puto, si vertas *Erga quemlibet.* Parum interest, vtrum πάντα *mascul. singul.* an *neutrum plurale* esse credas, πάντα πρὸ πάντας. Περὶ hoc significatu habet Isocrates ad *Demonic.* p. 6. τοιοῦτος γίνου περὶ τοὺς γονεῖς, οἵους ἂν εὔξαιο περὶ σεαυτὸν γενέσθαι τοὺς σαυτοῦ παῖδας, *talem erga parentes te praebe, quales in te liberos esse tuos optares.* Idem adu. *Callimach.* p. 561. Xenophon *Cyrop.* l. 4. p. 74. *Animo velim perpendas,* οἵῳ ὄντι

μοι

μοι περὶ σὲ οἷος εἶ περὶ ἐμὲ, qualis ego erga te sim et qualis tu erga me sis. Ibid l. 5. p. 93. et *exped. Cyri* p. 179. Demosthenes adu. *Leptin.* p. 372. *φαυλότεροι περὶ τοὺς εὐεργέτας γεγενημένοι, segniores erga benefactores facti.*

Παρέχειν ἑαυτὸν, *se praebere, se gerere.* Sic Plutarchus de *educat. puer.* in fine: Parentes inquit nihil peccando debere, *ἐναργὲς ἑαυτοὺς παράδειγμα τοῖς τέκνοις παρέχειν, seipsos clarum liberis praebere exemplum.* Lucianus in *Nigrino* p. 38. *Eum qui diuitias contemnere, alios docere vellet, πρῶτον ἑαυτὸν παρέχειν ὑψηλότερον λημμάτων, primum semetipsum quaestu superiorem gerere debere.* Μέτριον ἑαυτὸν παρέχειν, *moderate se gerere* habet Demosthenes in *Midiam* p. 403. 404. 411. 412. *Φιλάνθρωπον ἑαυτὸν παρέχειν* vsurpat Dionysius Hal. *ant.* l. 10. p. 645.

CAP. III. v. 3.

Δουλεύοντες ἐπιθυμίαις καὶ ἡδοναῖς ποικίλαις, ἐν κακίᾳ καὶ φθόνῳ διάγοντες.

Phrasin priorem integram reperies apud Plutarchum *coniug. praec.* p. 142. *σώματός ἐστι κήδεσθαι μὴ δουλεύοντα ταῖς ἡδοναῖς αὐτοῦ καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις, corporis cura agenda est, ita vt non voluptatibus eius seruiamus et cupiditatibus.* Iosephus *ant.* l. 15. c. 4. p. 518. Cleopatram vocat, *γυναῖκα πολυτελῆ καὶ δουλεύουσαν ταῖς ἐπιθυμίαις.*

Διάγειν elliptice ponitur pro *βίον διάγειν vitam transigere.* Integra phrasis occurrit, 1 Tim. 2, 2. et apud Xenophontem in *Hierone* p. 582. *ἀκινδύνως καὶ εὐδαιμόνως τὸν βίον διάγοντα, sine periculis et plane feliciter viuentem.* Idem *βιοτὴν διάγειν, vitam agere* dicit *Cyrop.* l. 7. p. 126. et *τὸ γῆρας διάγειν senectutem exigere* ibid. l. 4. p. 77. Elliptice ibid. p. 74. *ὅπου κάλλιστα διάξει, vbi optime viuet;* et Iosephus *ant.* l. 1. c. 14. p. 24. *διῆγον εὐδαιμόνως, beate viuebant.*

v. 8.

Ἵνα φροντίζωσι καλῶν ἔργων προΐστασθαι.

Per *καλὰ ἔργα* h. l. generatim *bona opera* intelligo vti c. 2, 7. infra vero v. 14. per *καλὰ ἔργα*, vt videtur *beneficia,*

ficia, *bona facta*, quae aliorum promouent commoda, commendantur. Sermo enim ibi est de Zena et Apolline viatico quodam ad iter instruendis. Emphasin locutionis καλῶν ἔργων προΐςασθαι docte in *fortuitis sacris* euoluit Ellysius p. 228-236. Superest tamen Spicilegium. Verto: *bona opera tueri*, *iuuare*, s. *bonorum operum caussam agere.* Notat haec phrasis 1) *bona opera perpetrare*, *exercere* et sedulo iis operam dare laboresque et calamitates cum pietatis studio connexas gnauiter et strenue sustinere. Apud Iosephum *bell. Iud.* l. 1. c. 15. p. 745. Augustus ad Herodem, qui Antonii amici sui caussa multos labores subierat et pericula, dicit: ἄξιος εἶ πολλῶν ἄρχειν, ὅτω φιλίας προϊςάμενος, *dignus es*, *qui plurimos regas*, *cum amicitiam tanta fide tuearis.* Idem cont. *Apion.* l. 1. p. 1037. sibi dicit, de libris suis ab omnibus principibus viris testimonium datum esse, ὅτι τῆς ἀληθείας προέςη ἐπιμελῶς, *quod veritati solicite studuerit.* Idem *ant.* l. 4. c. 2. p. 105. προεςάναι τῆς εὐσεβείας, *pietatis* s. *religionis curam agere.* Adde Aeschinem de *fals. legat.* p. 269. 2) locutio infert: *bona opera verbis defendere*, *laudare* aliisque vt καλὰ καὶ ὠφέλιμα commendare, adeoque alios ad studium bonorum operum impellere. Sic Polybius l. 5. c. 5. p. 494. οἱ δὲ περὶ τὸν ἄρατον συμπαρόντες τῆς ἐναντίας προέςασαν γνώμης, *Aratus vero*, *qui concilio intererat*, *prorsus contrariam defendebat sententiam*, vbi paulo ante συμβουλεύειν vt aequipollens cum phrasi προΐςασθαι γνώμης vsurpatur. 3) bona opera quocunque modo conseruare, promouere, defendere et cultorum pietatis ob morum sanctitatem pressorum et adflictorum patrocinium suscipere. Sic τοὺς τοῦ δικαίου προϊςαμένους, *iustitiae defensores* vocat Iosephus *ant.* l. 5. c. 9. p. 155. Idem *ant.* l. 4. c. 8. p. 125. σωφρόνως προςῆναι τῆς παρθενίας, ἄχρι νομίμων γάμων, *vsque ad legitimas nuptias caste pudicitiam tueri.* Demosthenes *orat.* 4. in *Philip.* p. 58. τῆς πάντων ἐλευθερίας προςῆναι, *libertatem omnium defendere.*

EPI-

EPISTOLA
AD PHILEMONEM.

V. 20.

Ἐγώ σου ὀναίμην ἐν κυρίῳ· ἀνάπαυσόν μου τὰ σπλάγχνα ἐν κυρίῳ.

F*ac vt Te fruar in domino.* Obſeruatum iam eſt ab aliis ex perſona parentis hic loqui Paulum. Solemne enim hoc verbum erat parentibus, e liberis ſuis *fructum percipere* optantibus. Comicus in *Theſmophor.* p. 791. mulierem ſiſtit dicentem: καὐτὴ γὰρ ἔγωγ', οὕτως ὀνοίμην τῶν τέκνων, μισῶ τὸν ἄνδρ' ἐκεῖνον, *etiam ipſamet, quam vere filiis perfrui opto, ita virum hunc odi.* Ὀναίμην σοῦ elliptice poſitum eſt, pro ἀπό σου. Plene Plutarchus de *auditione* p. 40. dicit: τοὺς οἰκονομικοὺς καὶ ἀπὸ τῶν φίλων ὀνίνασθαι, καὶ ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν, *diligentes patresfamilias et ab amicis fructum percipere et ab inimicis.*

Ἀνάπαυσόν μου τὰ σπλάγχνα verto: *ad quietem redige viſcera mea.* Senſus eſt: *Benigne et amanter Oneſimum filium meum* (v. 10.) *ſuſcipe, et mentem meam, metuentem, ne quid acerbius in eum conſulas, tranquilla.* Tenerior *amoris* adfectus *viſcera commouere* dicitur. Gen. 43, 30. Ioſepho ob viſum Beniaminem commoto, נכמרו רחמיו, *aeſtuabant viſcera ſua.* Simillime a Dionyſio Hal. *ant.* l. 11. p. 716. Appius decemuir vocatur, ζέων τὰ σπλάγχνα διὰ τὸν ἔρωτα τῆς παιδὸς, *intra viſcera puellae amore aeſtuans.* Inprimis *viſcera aeſtuare* dicuntur, prae miſericordia, ſi quid iis, quos amamus, mali aut periculi imminet. Sic 1 Reg. 3, 26. נכמרו רחמיה *aeſtuabant viſcera* matri, quae filium audiebat diſſectum iri. Adde Hoſ. 11, 8. in fontibus. *Quieta* igitur redduntur *viſcera*, ſi de eorum, *quos amamus, ſalute et incolumitate laetari poſſumus.*

❖ ❖ ❖

EPI-

EPISTOLA AD HEBRAEOS.

C A P. I. v. I.

Πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως πάλαι ὁ Θεὸς λαλήσας τοῖς πατράσιν ἐν τοῖς προφήταις.

Scopus ſcriptoris ſacri in primis huius epiſtolae capitibus, eſt, docere, pios tempore N. T. multo maiori et firmiori vinculo obſtrictos eſſe, ad praeſtandam euangelio obedientiam, iisque ſi ſecus fecerint, grauiores imminere poenas, quam immorigeris tempore V. T. Vide c. 2, 2 - 4. c. 3, 12. Idque ex eo probat, quoniam ſub N. T. euangelium multo clariori et illuſtriori modo, ab ipſo Dei filio praedicatum ſit, qui ſupra omnes ſub V. T. voluntatis diuinae interpretes reliquos, e. g. prophetas v. I. angelos v. 4. ſeq. c. 2, 2. ſeq. et Moſem c. 3, 2. 3. dignitate emineat. Non igitur in omnibus audiendum putem Lamb. Boſium, qui in *Obſeru. Miſc.* p. 109. h. l. vocabula *πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως* deſumta eſſe putat *ab re muſica, a varietate nimirum partium* ● *modorum in harmonia muſica.* Vſurpantur voces hae non eo fine, vt *concentum vatum* V. T. extollant, ſed potius *vt adhaerentem* quandam huic oeconomiae *imperfectionem inſinuent.* Sub V. T. *reuelationes* fiebant *variis* temporibus, per *varias* perſonas, *variis* legibus et doctrinis, *vario* claritatis gradu, ſub *variis* vinbris, typis, figuris, *variis* reuelandi modis per ſomnia, viſiones cet. Num. 12. 6. 7. Hoc eſt *πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως.* Sub N. T. omnia fiebant *ἁπλῶς* per *vnum* Ieſum. Similiter his vocibus vtitur Maximus Tyrius *Diſſ.* I. p. 7. *τῇ τοῦ ἀνθρώπου ψυχῇ δύο ὀργάνων ὄντων πρὸς σύνεσιν, τοῦ μὲν ἁπλοῦ, ὃν καλοῦμεν νοῦν. τοῦ δὲ ποικίλου καὶ πολυμεροῦς καὶ πολυτρόπου, ἃς αἰσθήσεις καλοῦμεν, cum animae humanae duo inſint organa intelligendi, alterum ſimplex, quod mentem vocamus, alterum varium et multiplex et multimodum, quod*

ſenſus

sensus appellamus. Idem *Diss.* 15. p. 171. vrbem in qua plebs imprudentior imperet, asserit πολύφωνόν τε εἶναι καὶ πολυμερῆ καὶ πολυπαθῆ, *vocibus, partibus et affectibus variatam esse.*

V. 4.

Κεκληρονόμηκεν ὄνομα.

Κληρονομεῖν generatim notare potest, *rei participem fieri, obtinere, consequi* etiam extra haereditatem. Demosthenes *or.* 1. in *Aristogit.* in fine: τίς ὁ τῆς τούτου πονηρίας μετ' ἀρᾶς καὶ κακῆς δόξης κληρονομεῖν βουλησόμενος, *quis est, qui improbitatis illius cum exsecratione et infamia coniunctae particeps esse velit?* Idem de *fals. legat.* p. 243. ταύτης γὰρ οὐκέτ' ἐγὼ τῆς αἰσχύνης κληρονομῶ, *id enim non amplius in me cadit dedecus.* Idem *epist.* 2. p. 111. ὧν ἑτέροις προσῆκε κεκληρονόμηκα κακῶν, *quae alii promeruerant mala, ad me peruenerunt.*

CAP. II. V. 1.

Διὰ τοῦτο δεῖ περισσοτέρως ἡμᾶς προσέχειν τοῖς ἀκουσθεῖσι, μήποτε παραῤῥυῶμεν.

Verbum παραῤῥυῶμεν non male me quidem iudice exposuit Lamb. Bos, qui per *praeterfluere, praefluere* illud explicat, cum saepe id de fluuiis *praeterfluentibus* vsurpetur. Neque tamen prorsus cum eo consentio. Recte is prouocat ad Prouerb. 3, 21. υἱὲ μὴ παραῤῥυῇς, τήρησον δὲ ἐμὴν βουλὴν, male vertit: *fili ne sinas praeterfluere, sed serua meum consilium.* Sicque et verba nostra verti iubet: *ne quando praeterfluere ea sinamus.* Sed παραῤῥυεῖν est *praeterfluere*, non *praeterfluere sinere.* Hinc verba Salomonis verte: *ne praeterfluas* et nostra: *Ne quando praeterfluamus.* Prou. 3, 21. in fontibus est לוז, quod notat, *a via recta recedere, praeterire;* opposita enim sunt hebraeis ישר f. הלך בישרו *via recta incedens et* נלוז *a via recta recedens.* Vide Prou. 3, 32. c. 14, 2. Hinc Prou. 3, 21. אל ילזו מעיניך *ne praetereant oculos tuos*

sc.

ſc. dicta mea, interpretes Graeci mutata dicendi forma verterunt: *ne praeterfluas* ſiue *praetereas* dicta mea. Opponuntur *παραῤῥυεῖν* et *τηρεῖν βȣλήν*, *praeterfluere* (i. e. negligere) *et obſeruare conſilium.* Sic h. l. oppoſita ſunt *προσέχειν ἀκȣσθεῖσι* et *παραῤῥυεῖν*. *Παραῤῥυεῖ praeterfluit* res auditas, *qui iis non adhaeret, qui a recto eorum tramite et norma recedit et deflectit*, qui auditis morem non gerit. Παραῤῥυεῖν aequipollet *τῷ παρελθεῖν, παραβαίνειν, παρακȣειν*; hinc h. l. v. 2. verba *παράβασις* et *παρακοὴ* et v. 3. *ἀμελεῖν* vſurpantur ad explicationem *τȣ̃ παραῤῥυεῖν.* Maior tamen eſt emphaſis *τȣ̃ παραῤῥυεῖν*, et ſimul infert, *animi quendam impetum, in vitia et peccata verbo Dei oppoſita effuſe ruentis.* Confer כמים פחז Geneſ. 49, 4. *ἀσωτίας ἀνάχυσιν* 1 Petr. 4, 4. *ἐξεχύθησαν*, Iud. 11. vbi dicenda vide. Ne obuertas *praeterfluere* tamen non vſurpari *de hominibus*, en locum Eupolidis apud Stobaeum *ſerm.* 4. p. 53. *μαίνεταί τε καὶ παραῤῥεῖ τῶν Φρενῶν τῷ σῷ λόγῳ, Inſanit et praeterfluit ſanam rationem mentis.* Vbi *παραῤῥυεῖν* pro *delirare* i. e. *a recto ſulco aberrare* ponitur, pro quo alias dicunt *παρακόπτειν, παρακινεῖν* cet. *Πρὸς τὰ αἰσθητὰ καὶ θνητὰ ῥέων, qui rebus ſenſibilibus et mortalibus deditus eſt*, vocatur a Philone de *migrat. Abraham.* p. 390.

CAP. IV. v. 2.

Μὴ συγκεκραμένος τῇ πίϛει τοῖς ἀκȣ́σασιν.

Verte: *Cum non coniunctus eſſet cum fide, in iis, qui audiuerant.* Συγκεράννυσθαι notat, *miſceri coniungi, concreſcere* et quaſi *coaleſcere.* Sic Menander apud Stobaeum *ſerm.* 42. p. 302. *Oportet illum, qui ciuibus praeeſſe vult, τὴν τȣ̃ λόγȣ μὲν δύναμιν ἐκ ἐπίφθονον ἤθει δὲ Χρηϛῷ συγκεκραμένην ἔχειν, vim eloquentiae non inuidioſam, bonis moribus coniunctam habere.* Plutarchus *non ſuau. viui ſec. Epic.* p. 1101. *βέλτιον γὰρ ἐνυπάρχειν τι καὶ συγκεκρᾶσθαι τῇ περὶ Θεῶν δόξῃ κοινὸν αἰδȣ̃ς καὶ φόβȣ πάθος, praeſtat enim ineſſe et adhaerere opi-*

nioni de Deo verecundiae quendam et timoris adfectum. Maximus Tyrius *Diss.* 10. p. 101. *Sanitas est dispositio quaedam*, ὑγρῶν καὶ ξηρῶν καὶ ψυχρῶν καὶ θερμῶν δυνάμεων, ἢ ὑπὸ τέχνης συγκραθεισῶν καλῶς, ἢ ὑπὸ φύσεως ἁρμοσθεισῶν τεχνικῶς, *quae ex humido et sicco, frigido et calido, vel ab arte bene temperato, vel a natura apte composito constat.*

v. 3.

Εἰ εἰσελεύσονται εἰς τὴν κατάπαυσίν μου· καίτοι τῶν ἔργων, ἀπὸ καταβολῆς κόσμου γενηθέντων.

Verba vltima cum Seb. Schmidio interpretor vt additam a scriptore sacro determinationem, *quaenam sit illa quies*, de qua sermo est. Vt ita genitiuus τῶν ἔργων pendeat a voce κατάπαυσιν et vertendum sit: *Nempe quietem ab operibus ab orbe condito factis.* Καίτοι frequentius *quamvis* significat, h. l. notat, *nempe*, *nimirum*, *et quidem*, *idque*, vti καίπερ infra c. 7. v. 5. Sic Iosephus *bell. Iud.* l. 6. c. 13. p. 913. de muro Hierosolymae dicit: *Profecto altior quoque factus esset, si eius, qui opus aggressus erat, conatus non esset impeditus.* αὖθις δὲ καίτοι μετὰ σπουδῆς ἐγειρόμενον ὑπὸ Ἰουδαίων εἰς εἴκοσι πήχεις ἀνέστη, *deinde vero a Iudaeis nempe cum studio exstructus ad viginti cubitos creuit.* Demosthenes adu. *Midiam* p. 390. *Nam cum Demosthene simul etiam aedilis violabatur, quod nomen publicum est*, καίτοι ταύταις ταῖς ἡμέραις, *et quidem iis diebus, quibus leges id haud permittunt.* Idem de *corona* p. 328. Dionysius Hal. *ant.* l. 7. p. 420. *Quia ob loci angustias circumuenire hostem non poterant*, καίτοι καὶ τοῦ δαιμονίου κεραυνοῖς καὶ ὕδασι καὶ βρονταῖς συναγωνισαμένου τοῖς Ἕλλησι, *nimirum etiam Deo Graecos fulminibus, tonitribus et imbribus adiuuante.*

CAP. V. v. I.

Πᾶς γὰρ ἀρχιερεὺς ἐξ ἀνθρώπων λαμβανόμενος, ὑπὲρ ἀνθρώπων καθίσταται τὰ πρὸς τὸν Θεὸν, ἵνα προσφέρῃ δῶρά τε καὶ θυσίας ὑπὲρ ἁμαρτιῶν.

Verto integrum versum: *Omnis enim summus sacerdos ex hominibus sumtus pro hominibus cultum diuinum* (*s. res diuinas*) *instituit, ita vt dona et victimas offerat, pro peccatis.* Καθίσταται *passiue* vertunt plerique, *pro hominibus constituitur*, cui interpretationi fauent loci paralleli infra c. 7, 28. c. 8, 3. Malo tamen post interpretem Syrum, qui vertit: קאם על אילין דאלהא, *praeest rebus diuinis*, *rei sacrae* actiue transferre: *instituit cultum diuinum* i. e. *cultui diuino partim praeest, eumque moderatur, partim ipse illum peragit et administrat.* Nam 1) vox λαμβανόμενος *assumtus* iam satis docet, pontificem ad munus hoc *eligi* et *constitui*, nec opus erat per τὸ καθίσταται eandem fere notionem repeti. 2) Sic euitatur ellipsis in verbis τὰ πρὸς τὸν Θεὸν alias admittenda, quae hoc modo vt accusatiuus a verbo καθίσταται pendent. Habes verbum hoc sensu apud Dionysium Hal. *ant.* l. 2. p. 125. qui de Romulo dicit: οὔτε διὰ παρθένων τὰς θεραπείας κατεστήσατο τῇ Θεῷ, *neque etiam per virgines cultum Deae instituebat.* Sallustius de *natura Deor.* c. 18. p. 276. οἱ τὰς ἑορτὰς καταστησάμενοι, *qui dies festos instituerunt.* Demosthenes de *fals. legat.* p. 244. ἀντὶ δὲ τοῦ τὰ πάτρια ἐν τῷ ἱερῷ καταστάθῆναι, καὶ τὰ χρήματα εἰσπραχθῆναι τῷ Θεῷ, *pro eo vero, quod ritus patrii in templo obseruari et pecunia pro Deo exigi debebat, germani Amphictyones exsulant et exterminantur.*

Τὰ πρὸς τὸν Θεὸν sunt, *quae ad Deum pertinent, res diuinae*, quaelibet officia Deo praestanda, inprimis cultus diuinus externus, qui sacrificiis aliisque ritibus absoluebatur. Sensu latiori Isocrates ad *Demonic.* p. 4. εὐσέβει τὰ πρὸς τοὺς Θεοὺς, *pius esto erga Deum, non solum sacrificans, sed et iusiurandum obseruans.* Sic et

 Sopho-

Sophocles in *Philoctet.* in fine εὐσεβεῖν τὰ πρὸς Θεὸς dicit. Rex Iothamus auctore Iosepho *ant.* l. 9. c. 11. p. 320. εὐσεβὴς μὲν τὰ πρὸς τὸν Θεὸν, δίκαιος δὲ τὰ πρὸς ἀνθρώπυς ὑπῆρχεν, *pius erga Deum, et iustus erga homines fuit;* in quibus locis κατὰ supplendum est. Demosthenes *or. 3. Olynth.* p. 13. τὰ μὲν Ἑλληνικὰ πιςῶς, τὰ δὲ πρὸς τὺς θεὺς εὐσεβῶς, τὰ δ' ἐν αὐτοῖς ἴσως διοικεῖν, *res Graecorum fideliter, religionem deorum pie, res suas ex aequo administrare.* Supple in hac phrasi πράγματα, πάτρια, ὅσια aut simile quid. Plene Thucydides l. 1. p. 29. τὰ πρὸς βασιλέα πράγματα. Demosthenes in *Neaer.* p. 527. ἔπραξε ὑπὲρ τῆς πόλεως τὰ πάτρια τὰ πρὸς τὺς θεὺς, *pro urbe patria peregit sacra,* vbi notes τὸ ὑπὲρ eodem sensu quo h. l. sic et Xenophon *Cyrop.* l. 8. p. 157. θύειν τὰ ἱερὰ ὑπὲρ ὑμῶν, *rem sacram pro vobis facere.* Plutarchus *Consolat.* ad *Apoll.* sub init. τά τε πρὸς θεὺς, καὶ τὰ πρὸς γονεῖς καὶ φίλυς ὅσια καὶ δίκαια διαφυλάξαντος, *pietatem et iustitiam erga deos, parentes et amicos obseruantis.* Dionysius Hal. *ant.* l. 2. p. 87. habet: τὰ πρὸς τὺς θεὺς ὅσια πράττειν et p. 127. τὰ πρὸς τὺς θεὺς ὅσια τηρεῖν et l. 3. p. 154. τὰ πρὸς τὺς θεὺς διαπράττεσθαι ὅσια et p. 159. τὰ πρὸς τὺς θεὺς ὅσια φυλάττειν.

V. 2.

Μετριοπαθεῖν δυνάμενος τοῖς ἀγνοῦσι καὶ πλανωμένοις, ἐπεὶ καὶ αὐτὸς περίκειται ἀσθένειαν.

Μετριοπαθεῖν notat, *moderate se gerere, moderatione vti,* iram continere, alterius malis et infirmitatibus adfici, adeoque non immodica seueritate vti. Vocem hanc, quam nondum ex profanis produxerunt alii, vsurpat Iosephus, qui *ant.* l. 12. c. 3. p. 398. Vespasianum et Titum laudans, quod quantumuis Iudaeis ob pertinacem rebellionem irati, iis tamen Antiochiae et Alexandriae ius ciuitatis non ademerint, addit: Ὀυεσπασιανῦ δ' ἄν τις καὶ Τίτυ τὴν μεγαλοφροσύνην εἰκότως ἐκπλαγείη,

γείη, μετὰ πόλεμον καὶ τηλικούτους ἀγῶνας, οὓς ἔσχον πρὸς ἡμᾶς μετριοπαθησάντων, *Vespasiani vero et Titi magnanimitatem merito quis miretur, qui post tanta belli certamina, nihil immoderate in nos statuerunt.* Similis est phrasis Appiani *bell. Hisp.* p. 529. vbi Numantini obsessi, ex Scipione quaerunt, εἰ μετριοπαθῶς σφίσι χρήσεται παραδοῦσιν αὐτοὺς, *an clementer et benigne si sese, dederent, ipsos accepturus esset.* Generatim μετριοπάθεια *moderationem* et *continentiam* adfectuum animi notat. Hinc Porphyrius apud Stobaeum *serm.* 1. p. 22. virtutem politicam niti asserit μετριοπαθείᾳ τοῦ ἀλόγου, *moderatione partis animae irrationalis* et p. 23. τὰ μέτρα τῆς ἀλογίας *adfectuum incontinentiam*, τῇ μετριοπαθείᾳ opponit. Adeoque μετριοπάθειαν quoque *moderationem in luctu* vocat Plutarchus *consol. ad Apoll.* p. 102. et 113. Frequentius tamen haec vocabula *continentiam irae, mansuetudinem, clementiam* notant. Plutarchus de *ira cohib.* p. 458. ἀναστῆσαι δὲ καὶ σῶσαι, καὶ φείσασθαι καὶ καρτερῆσαι, πρᾳότητός ἐστι καὶ συγγνώμης, καὶ μετριοπαθείας, *erigere, seruare, parcere, tolerare, mansuetudinis est, indulgentiae et moderationis.* Idem de *fratern. amor.* p. 489. μετριοπαθείας ἔκγονον ἀνεξικακίαν, *tolerantiam moderationis sobolem* vocat. Dionysius Hal. *ant.* l. 8. p. 529. Marcio dicit defuisse τὸ εὐδιάλλακτον καὶ μετριοπαθὲς, ὁπότε δὲ ὀργῆς τοῦ γένοιτο, *animum placabilem et moderatum, si cui iratus esset.*

Περίκειται ἀσθένειαν, *indutus* f. *circumdatus est infirmitate*, metaphora a vestibus petita. Sic Theocritus *Idyll.* 23. v. 14. ὕβριν τᾶς ὀργᾶς περικείμενος, *ferocia ob iram indutus.* Vide dicta ad Luc. 24, 49. Col. 3, 12.

v. 9.

Ἐγένετο τοῖς ὑπακούουσιν αὐτῷ πᾶσιν αἴτιος σωτηρίας αἰωνίου.

Verte: *factus est omnibus obedientibus ipsi auctor salutis aeternae.* Αἴτιος σωτηρίας idem est ac ἀρχηγὸς σωτηρίας supra c. 2, 10. *qui alium a morte, pernicie et in-*

teritu liberat. Sic teste Iosepho *ant.* l. 7. c. 1. p. 211. Ionathan Dauidi erat *πιςότατος φίλος, καὶ σωτηρίας αἴτιος γεγενημένος amicus fidissimus, qui salutis ipsius non semel auctor fuerat.* Ibid. l. 11. c. 6. p. 375. Ahasuerus Mardochaeo ob coniurationem detectam nihil praemii persoluisse dicitur, *ὡς αἰτίῳ τῆς σωτηρίας γεγονότι, qui salutis ipsi auctor fuerat.* Aeschines in *Ctesiphont.* p. 282. *τῆς μὲν σωτηρίας τῇ πόλει τὰς θεὰς αἰτίας γεγενημένας, Deos vrbi salutis exstitisse auctores.* Demosthenes *orat. funebr.* p. 153. *διὰ τῶν ἰδίων κινδύνων κοινῆς σωτηρίας πᾶσι τοῖς Ἕλλησιν αἴτιοι κατέςησαν.* Isocrates de *permutat.* p. 485. *μὴ δὶς ἐφεξῆς ἡ πόλις ἡμῶν αἰτία γένηται τοῖς Ἕλλησι τῆς σωτηρίας*, quo vtroque loco de victoriis per Athenienses ad Marathonem et Salaminem partis sermo est. Idem *ibid.* p. 478. et in *Aeginet.* p. 580. *ὅτι μόνος ἀνθρώπων αἴτιος εἴην αὐτῷ τῆς σωτηρίας.* Dionysius Hal. *ant.* l. 7. p. 467. *τὸν αἴτιον σφίσι τῆς σωτηρίας, salutis suae auctorem.*

V. 12.

Καὶ γεγόνατε χρείαν ἔχοντες γάλακτος καὶ ὀ ςερεᾶς τροφῆς.

Tritum est quoque Philoni loquendi genus, vt prima scientiarum rudimenta cum *lacte*, altiora vero praecepta cum *cibo solidiore* comparet. Dicit in fine libri, *quod omnis probus liber*: de puerorum mentibus: *ταύτας τιθηνοκομητέον, ἐντάττοντας τὸ μὲν πρῶτον ἀντὶ γάλακτος ἁπαλὰς τροφὰς, τὰς διὰ τῶν ἐγκυκλίων ὑφηγήσεις, εἶτ᾽ αὖ τὰς κραταιοτέρας, ὧν φιλοσοφία δημιεργὸς, ἐξ ὧν ἀνδρωθεῖσαι καὶ εὐεκτήσασαι, illae nutriendae sunt et ante omnia, lactis instar cibi teneri id est disciplinae encyclicae ingerendae sunt, postea vero alimenta solidiora suggerenda sunt, quorum opifex est philosophia, vt virilem habitum et firmitatem nactae, ad finem optimum perueniant.* Idem de *migrat. Abrahami* p. 392. progenitores Iacobi vocat, *γένος τὸ αὐτομαθὲς, τὸ αὐτοδίδακτον, τὸ νηπίας καὶ γαλακτώδες τροφῆς ἀμέτοχον,*

genus

genus se ipso praeceptore vtens, expers infantilis cibi lactei. Adde *eundem de somniis* p. 1109. alium eiusdem locum dabit Schoetgenius in *horis* ad h. l.

CAP. VI. v. 1.

Διὸ ἀφέντες τὸν τῆς ἀρχῆς τȣ̃ Χριςȣ̃ λόγον, ἐπὶ τὴν τελειότητα φερόμεθα.

ᾼφεῖναι λόγον est, *sermonem omittere, nihil de aliqua re dicere.* Plutarchus *an seni gerend. reip.* p. 793. ἀλλ' ἀφέντες εἰ βȣ́λει, τὸν ἀποσπῶντα τῆς πολιτείας λόγον, ἐκεῖνο σκοπῶμεν ἤδη, *sed omisso sermone, qui senem a republica abstrahit, id nunc deliberemus.* Demosthenes de *fals. legat.* p. 239. πάντα τὰ ἄλλα ἀφεὶς, ὃ πάντες ὑμεῖς ἴςε, ἐρῶ, *omissis ceteris omnibus, quod omnes nostis, id dicam.* Arrianus *Diss. Epict.* l. 4. c. 1. p. 376. τὸν μὲν Καίσαρα πρὸς τὸ παρὸν ἀφῶμεν, *de Caesare in praesentia loqui desinemus.* Heraclides Pontic. *allegor. Hom.* p. 493. Νῦν ἅπαντα τἄλλα ἀφέντες, *iam omissis aliis omnibus, ad perpetuam illam et protritam a sycophantis accusationem* τραπῶμεν, *nos conuertemus.*

Φέρεσθαι est *festinare, se conuertere* ad aliquid proponendum. Lycurgus adu. *Leocrat.* p. 138. ἥξει δ' ἴσως ἐπ' ἐκεῖνον τὸν λόγον φερόμενος, *fortasse vero festinans in illum deueniet sermonem.*

v. 9.

Τὰ κρείσσονα καὶ ἐχόμενα σωτηρίας.

Ἐχόμενα σωτηρίας plerique vertunt: *coniuncta cum salute*, quae tamen versio, neque satis perspicua est, neque locum ambiguitate satis liberat. Supplenda est vox πράγματα, et dubium est, vtrum locutio τὰ κρείσσονα καὶ ἐχόμενα σωτηρίας (πράγματα) opposita sit τῷ ἐκφέρειν ἀκάνθας καὶ τριβόλȣς v. 8. an vero τῷ εἰς καῦσιν εἶναι ibid. aut si mauis, vtrum apostolus hac phrasi hebraeorum *statum praesentem, fidem* nempe, *bona opera* et

et constantiam in pietate, an potius *statum futurum* siue *aeternam* eorum *beatitudinem* innuat. Si prius placeat, quod ab aliis arripi video, tunc *cum salute coniuncta* erunt 1) *ea quae salutem adferunt*, siue *e quibus salus consequitur*, 2) *ea quae cum salute conueniunt*, *eique obtinendae non repugnant*. Notione priori Lucianus in *Hermotim.* p. 601. παρὰ πολὺ ἀμείνω, καὶ ἐλπίδος ὀ μικρᾶς ἐχόμενα, *multo meliora et spem haud exiguam adferentia*. Notione altera Iosephus cont. *Apion.* l. 1. p. 1040. *Hoc mihi multo probabilius esse videtur*, καὶ παλαιᾶς ἱστορίας ἐχόμενον, *et historiae veteri conueniens*. Idem *ant.* l. 10. c. 11. p. 347. ὀδὲν ἀνθρωπίνης σοφίας ἐχόμενον, *nihil cum humana sapientia conueniens*. Heraclides Pont. *alleg. Hom.* p. 479. τῆς Ὁμήρε σοφίας ἐχόμενα, *sapientiae Homeri conformia*. Adde Antoninum de *rebus suis* l. 1. §. 6.

Si vero nexum cum v. 10. qui per γὰρ cohaeret, perpendo: multo mihi fit probabilius, per τὰ κρείσσονα cet. fortunatam fidelium *sortem* conditionemque *futuram* intelligendam esse. Similis phrasis elliptica est Matth. 12, 45. τὰ ἔσχατα χείρονα τῶν πρώτων, *status vltimus peior priore*. Sic ἐχόμενα σωτηρίας sunt *continentia salutem*, *ea quibus salus inest*, *salutaria*, *beata*, *fortunata*. Iosephus *ant.* l. 17. c. 7. p. 591. ὁπόσα ἀποδείξεών τε καὶ ἐλέγχων ἐχόμενα ἦν, *quae demonstrationes aut conuictiones continebant*. Lucianus in *amorib.* p. 1024. σπεδῆς ἢ παιδιᾶς ἐχόμενα, *seria vel iocosa*. Nicolaus Damascenus *excerpt. Valesi.* p. 418. τὶ φιλανθρωπίας πολλῆς ἐχόμενον, *aliquid perhumanum*. Heraclides Pont. l. c. p. 479. *Allegoriam* πιθανότητος μᾶλλον ἢ ἀληθείας ἐχομένην, *probabilem magis quam veram*.

v. 18. 19.

Τῆς προκειμένης ἐλπίδος· ἣν ὡς ἄγκυραν ἔχομεν τῆς ψυχῆς.

Sic et profani *spem* cum *ancora* comparare solent. Euripides in *Helena* v. 284. ἄγκυρα δ' ἥ με τὰς τύχας ὄχει μόνη, *ancora quae sola sustinebat meam fortunam*,

haec

haec erat, meum maritum aliquando venturum et me liberaturum ex his malis. Demophilus in *similitud. opusc. myth. Galei* p. 618. τὸ αὐτό ἐστιν ἐξ ἀσθενῆς ἀγκυρίας σκάφος ὁρμίζειν, καὶ ἐκ φαύλης γνώμης ἐλπίδα, *idem est nauem infirmae ancorae et spem animo peruerso inniti*, quae verba Socrati tribuuntur apud Stobaeum *serm.* 2. p. 33. Ibid. *serm.* 1. p. 21. Socrati haec tribuitur sententia: οὔτε ναῦν ἐξ ἑνὸς ἀγκυρίου οὔτε βίον ἐκ μιᾶς ἐλπίδος ὁρμιστέον, *neque nauem vnica ancora, neque vitam vnica spe fultam esse oportet.* Eadem fere verba habes in *sententiis* Theoctisti *ibid.* p. 621.

CAP. VII. v. 4.

Ὦ καὶ δεκάτην Ἀβραὰμ ἔδωκεν ἐκ τῶν ἀκροθινίων ὁ πατριάρχης.

Decimas bonorum etiam gentiles diis suis consecrare solebant, de quo vide Nicolaum Damascenum *excerpt. Vales.* p. 442. et Plutarchum *quaest. Rom.* p. 267. inprimis *de manubiis* bello acceptis; hinc idem in *Agesilao* p. 606. de rege hoc dicit: τὴν δεκάτην ἀπέθυε, τῶν ἐκ τῆς Ἀσίας λαφύρων, ἑκατὸν ταλάντων γενομένην, *decimam partem de manubiis Asianis, quae centum talentorum erat, sacrauit* sc. Apollini Delphico.

Ἀκροθίνια haud raro profanis notant, *primitias manubiarum*, quae Diis sacrari solebant. Adde exemplis quae obseruarunt alii, Thucydidem l. 1. p. 30. et Plutarchum *sympos.* l. 8. qu. 4. p. 724. et de *malign. Herod.* p. 871. nascitur hinc ἀκροθινιάζομαι, *diis consecro*, quod e Dionysio adfert Athenaeus l. 9. c. 14. p. 401. At h. l. per ἀκροθίνια *spolia*, *manubiae* intelliguntur, quam notionem raram esse apud Graecos recte asserit Seldenus *Diss. de Decimis*, quae *Comment.* Clerici in *Pentateuch.* subiecta est p. 623. vbi in notis Andabatarum more contra Seldenum pugnat Clericus, ostendens vocem hanc frequenter de *primitiis spoliorum* vsurpari, cum ostendere debuisset, eam de ipsis *manubiis* adhiberi. En ergo duo exempla huius significationis. Pindarus *Nem.* 7. v. 58.

ἄχετο δὲ πρὸς Θεὸν, κτέατ᾽ ἀνάγων τρωϊάθεν ἀκροθινίων, *profectus est ad Deum opes aduehens e Troia e manubiis.* Apud Euripidem *Heraclid.* v. 861. de Iolao, qui Eurystheum captiuum duxerat, dicitur: *ἀκροθίνιον κάλλιστον ἥκει τὸν στρατηλάτην ἄγων*, *spolium pulcherrimum, ipsum imperatorem venit adducens.*

v. 9.

Καὶ ὡς ἔπος εἰπεῖν, διὰ Ἀβραὰμ καὶ Λευῒ ὁ δεκάτας λαμβάνων δεδεκάτωται.

Locutio *ὡς ἔπος εἰπεῖν* proprie notat, *vt verbo dicam*, ita vt *ἔπος* dictum sit, pro *κατ᾽ ἔπος*. Haec vero notio propria vix vsquam apud auctores occurrit. Locus quem ex Euripidis *Hippol.* post Eras. Schmidium adfert Wolfius, huc non pertinet. Quoniam res, quae *summatim* et *paucis verbis* dicuntur, plerumque satis accurate determinari neque solent, neque possunt: frequentissime phrasis haec vsurpatur, ad sermonem aut duriusculum aut nimis vniversalem, qui suo quodam modo, non vero accurate loquendo verus est, emolliendum et limitandum. Vertere potes: *vt ita dicam*, *dixerim fere*, *fere*, *propemodum.* Aristoteles *politic.* l. 3. c. 11. p. 442. *καίτοι τί διαφέρουσιν ἔνιοι τῶν θηρίων, ὡς ἔπος εἰπεῖν; imo quid nonnulli* (homines) *praestant bestiis, vt ita dicam?* Philo de *plantat. Noë* p. 236. de actionibus bonis dicit, *αὐτὰς, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἄῤῥενας ἐξεθήλυναν*, *reddiderunt illas, vt ita dicam, e maribus effeminatas.* Lucianus *Iudic. vocal.* p. 52. *ἐκ μέσων, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τῶν κόλπων*, *e medio, vt ita dicam, sinu.* Idem in *Hermotim.* p. 603. *πάντες ὡς ἔπος εἰπεῖν οἱ φιλοσοφοῦντες*, *omnes fere philosophi.* Euripides *Heraclid.* v. 168. *τὸ μηδὲν ὄντος, ὡς εἰπεῖν ἔπος*, *qui nihil fere est.* Iosephus *ant.* l. 15. c. 14. p. 543. *οἱ πάντων, ὡς ἔπος εἰπεῖν κρατοῦντες Ῥωμαῖοι*, *Romani totius fere orbis Domini.* Demosthenes *or.* 2. in *Philip.* p. 25. *γιγνόμενον δ᾽ οὐδὲν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τῶν δεόντων*, *nihil fere, ex iis quae debebant, factum esse.* Idem 3. in *Phil.* p. 49. in *amator.* sub init. de *fals. legat.* p. 235. de

corona

corona sub init. adu. *Leptin.* p. 379. adu. *Timocr.* p. 466. adu. *Aristocr.* p. 489. Aeschines de *fals. legat.* p. 261. ὡς ἔπος εἰπεῖν ἐξ ἁπάσης τῆς Ἑλλάδος, *ex tota fere Graecia.* Plutarchus *quaest. Rom.* p. 280. πάντες ὡς ἔπος εἰπεῖν Ἕλληνες, *omnes fere Graeci.* Idem alibi saepissime. Optime phrasin hanc enucleauit Raphelius *annot. Herodot.*

CAP. VIII. v. 13.

Τὸ δὲ παλαιούμενον καὶ γηράσκον ἐγγὺς ἀφανισμοῦ.

Ἐγγὺς ἀφανισμοῦ verte: *propinquum est abolitioni l. interitui.* Sic Plutarchus *consol. ad Apoll.* p. 108. ἐγγυτάτω ἐσόμεθα τοῦ εἰδέναι, *proximi erimus scientiae.*

Alludit apostolus integra hac assertione et inprimis voce ἀφανισμὸς, quae *deletionem*, *euanescentiam* proprie notat, ad ritum veterem, quo leges tabulis vel columnis insculptae et publice propositae longiori temporis tractu et vetustate in iisdem *euanescere*, adeoque *in desuetudinem abire*, aut ex iisdem *deleri* et *aboleri* solebant, vt exinde ἀφανισμὸς sensu improprio legum omnimodam notet *abolitionem* et *abrogationem.* Dionysius Hal. *ant.* l. 3. p. 178. de legibus Numae Romae tabulis quernis inscriptis et in foro publice expositis dicit, ἃς ἀφανισθῆναι συνέβη τῷ χρόνῳ, *quae tandem vetustate euanuerunt*, et addit, eas quoque propterea neglectas, a consule vero Papirio in publicum vsum reuocatas esse. Hinc ibid. l. 9. p. 608. oppositae sunt phrases νόμους γράφειν, *leges condere* et ἀφανίζειν *antiquare.* Κατὰ τοὺς νόμους, οὓς οὐ νεωστὶ δεήσει γράφειν. Πάλαι γὰρ ἐγράφησαν, καὶ οὐδεὶς αὐτοὺς ἠφάνικε χρόνος, *iuxta leges, quas nihil opus est recentes condere, iamdudum enim scriptae sunt, neque vllo tempore antiquatae.* Iosephus cont. *Apion.* l. 1. p. 1037. Iudaeos asserit, pro lege sua et libris sacris defendendis omnes cruciatus imo vel mortem subire; Graecos vero vix minimum damnum perpessuros esse, ὑπὲρ τοῦ καὶ πάντα τὰ παρ' αὐτοῖς ἀφανισθῆναι συγγράμματα, *etiamsi omnia apud eos scripta destru-*

destruantur. Improprie idem *ant.* l. 9. c. 2. p. 665. *ἀφανισμὸν τȣ̃ πατρίȣ*, *abolitionem institutorum patriae* vocat. Ἀρχαῖον καλὸν ἔθος ἀφανίζειν, *inueteratum bonum morem abolere* dicit Dionysius Hal. *ant.* l. 7. p. 447.

CAP. IX. v. 1.

Εἶχε μὲν ȣ̃ν καὶ ἡ πρώτη δικαιώματα λατρείας, τό τε ἅγιον κοσμικόν.

Quod in hoc versu non legi debeat ἡ πρώτη σκηνὴ, satis ostendisse videtur in *Apparatu critico N. T.* Bengelius. Respicit ἡ πρώτη ad τὴν πρώτην v. 13. sc. διαθήκην.

Τό τε ἅγιον κοσμικὸν, *sanctuarium mundanum.* Obserues velim, omnia, quae hic adfert scriptor sacer non solum ad *tabernaculum*, sed et aeque ad *templum Iudaicum* vtrumque pertinere, adeoque σκηνὴν non per *tabernaculum*, sed *habitaculum* verti debere. Respondet enim hebraicae voci מִשְׁכָּן, quam saepe Graeci per σκηνὴν transferunt, quae tamen de quolibet Dei *habitaculo* occurrit. Vide Ezech. 37, 27. Imo Apocal. 15, 5. ὁ ναὸς τῆς σκηνῆς, *templum habitaculi* commemoratur. Apostolus quoque per *praesentia* εἰσίασιν v. 6. et προσφέρει v. 7. satis docet, se de *templo* loqui, in quo cultus Leuiticus adhuc perdurabat.

Τὸ ἅγιον igitur est הַמִּקְדָּשׁ *sanctuarium* i. e. 1) Tabernaculum cum atrio eius, 2) templum cum omnibus atriis eius. Iosephus *bell. Iud.* l. 4. in fine: πυρὶ βȣλόμενος ἐκκαθαρθῆναι τὰ ἅγια, *flammis sanctuarium purgari volens.*

Κοσμικὸν *mundanum*, s. *totius mundi* est, *quod ad totum mundum pertinet.* Sic Hierocles *carm. aur. Pyth.* p. 126. τῆς κοσμικῆς εὐταξίας, *ordinis totius mundi.* Plutarchus *Consol. ad Apoll.* p. 119. κατὰ τὴν τῶν ὅλων πρόνοιαν, καὶ τὴν κοσμικὴν διάταξιν, *secundum prouidentiam de vniuerso et ordinem totius mundi. Sanctuarium* vero s. *templum* κοσμικὸν vocatur 1) in oppositione ad

ad synagogas et proseuchas, quae cultum quendam Dei particularem et priuatum continebant: *sanctuarium* vero erat *vniuersale*, pro omnibus ex toto terrarum orbe Iudaeis. 2) *mundanum* dicitur templum vti toto terrarum orbe *celebratum*, ad quod praeter Iudaeos, etiam proselyti et gentiles ad sacra facienda vndique confluebant. Simillime Iosephus *bell. Iud.* l. 4. in fine sacerdotes Iudaicos vocat, *τῆς κοσμικῆς θρησκείας κατάρχοντας, προσκυνεμένες τε τοῖς ἐκ τῆς οἰκεμένης παραβάλλεσιν εἰς τὴν πόλιν*, *cultus sacri mundani antistites, viros hominibus ex toto orbe in vrbem confluentibus venerabiles.* Et Philo *legat. ad Caium* p. 1019. templum Hierosolymitanum *τὸ πανιερὸν sanctuarium vniuersale* vocat, et *proseuchis* opponit; paulo post templum vocat, *τὸν ἐπισημότατον καὶ ἐπιφανέστατον νεὼν, εἰς ὃν ἀνατολαὶ καὶ δύσεις ἀποβλέπεσιν ἡλίε τρόπον πανταχόσε λάμποντα, templum celeberrimum et illustrissimum, quod oriens occidensque tanquam solem religiose veneratur.* Iosephus *bell. Iud.* l. 6. c. 1. p. 905. *templum* vocat, *τὸν διώνυμον καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις χῶρον ἅγιον*, et *altare* appellat, *τὸν Ἕλλησι πᾶσι καὶ βαρβάροις σεβάσμιον βωμόν.* 2 Maccab. 2, 22. *templum* vocatur: *τὸ περιβόητον καθ' ὅλην τὴν οἰκεμένην ἱερόν.* Ibid. c. 3. v. 12. Non multum diuersa est explicatio patrum, quam vide in *thesauro* Suiceri voce *κοσμικός.*

v. 8.

Ἔτι τῆς πρώτης σκηνῆς ἐχέσης στάσιν.

Στάσιν ἔχειν est, *exsistere, subsistere, locum* aliquem *occupare.* Polybius l. 5. c. 5. p. 493. *τῶν Ἐτησίων ἤδη στάσιν ἐχόντων, cum iam vigeat Etesiarum flatus.* Plutarchus *sympos.* l. 8. qu. 9. p. 731. *εἰ νέα πάθη τότε πρῶτον ἔσχεν ἐν τῇ φύσει γένεσιν καὶ στάσιν, si noui morbi tunc primum in natura orti essent et exstitissent.* Dionysius Hal. *ant.* l. 6. p. 415. *μέχρις ἂν ὐρανός τε καὶ γῆ τὴν αὐτὴν στάσιν ἔχωσι, quamdiu eundem coelum et terra tenent locum.* Ibid. l. 6. p. 344. *τὴν δὲ κατὰ μέσον στάσιν ἔχειν,*

ἔχεν, *medium locum tenebat, alter filius Tarquinii.* Ibid. l. 3. p. 155. l. 4. p. 222. l. 5. p. 289. bis. Polybius l. 2. c. 28. p. 161. τὴν ἐναντίαν μὲν στάσιν ἔχοντας τοῖς προειρημένοις, *contrariam prioribus stationem tenentes,*

V. 12.

Αἰωνίαν λύτρωσιν εὑράμενος.

Εὑρίσκειν *impetrare, obtinere* tam pro seipso, quam pro aliis. Prioris vsus aliquot adscripsi exempla ad Rom. 4, 1. Hic vox notat *acquirere, promereri* pro aliis. Dionysius Hal. *ant.* l. 5. p. 293. οὔτε διαλλαγὰς εὕρατο τοῖς ἀνδράσι καὶ κάθοδον, *neque reconciliationem his viris et reditum impetrauerat.* Nicolaus Damasc. *excerpt. Valef.* p. 418. εὑρίσκεται αὐτοῖς τὴν ἄφεσιν τῆς ζημίας, *veniam mulctae illis acquisiuit.* Lysias *orat.* 12. p. 193. καὶ ἄλλο τι ἀγαθὸν παρὰ Λακεδαιμονίων τῇ πόλει εὑρήσεσθαι, *quod et aliud quippiam salutare a Lacedaemoniis pro vrbe impetraturus esset.* Plutarchus de *amore prol.* in fine hunc adfert versum Euripidis, τὰ χρήματ' ἀνθρώποισιν εὑρίσκειν φίλους, *pecuniam hominibus amicos acquirere.* Isocrates in *Panegyr.* p. 70. τροφὴν τοῖς δεομένοις εὑρεῖν, *vt victum curaret indigentibus.*

V. 15. 16.

Ἵνα - - τὴν ἐπαγγελίαν λάβωσιν οἱ κεκλημένοι τῆς αἰωνίου κληρονομίας. ὅπου γὰρ διαθήκη, θάνατον ἀνάγκη φέρεσθαι τοῦ διαθεμένου.

Cel. Elsnerus post Hammondum verbum φέρεσθαι h. l. sensu forensi putat accipiendum esse, *in medium nempe afferri et probari coram iudicibus necesse esse mortem testatoris, alioqui minime ratum fore testamentum.* Quoniam vero v. 15. mors Christi eum in finem facta dicitur, *vt homines vocati, annunciationem* (vide 1 Ioh. 1, 5.) *siue promissionem aeternae haereditatis acciperent:* malim φέρεσθαι hic vertere: *annunciari, indicari,* eo sensu, *vt mors testatoris scriptis haeredibus nuncianda significetur.* Vsurpant verbum illud hoc sensu Euripides *Heraclid.* v. 637.

v. 637. ἥκω γε μέντοι χάρμα σοι φέρων μέγα, *venio magnum tibi gaudium annuncians.* Idem *Iphig. in Aul.* v. 1536. μή μοι τιν' ἄλλην συμφορὰν ἥκοις φέρων, *ne venias nuncians mihi nouam aliquam calamitatem.* Idem in *Rheso* v. 265. et v. 272. et in *Phoeniss.* v. 1079. Philo *legat. ad Caium* p. 1019. τὰς αὐτὰς φέροντες ὠδῖνας, *eiusdem doloris nuncii.* Iosephus *ant.* l. 7. c. 10. p. 235. τινῶν εὐκταίων αὐτῷ φέρειν ἀπὸ τῆς μάχης, *adferre ipsi optatum nuncium ex praelio.* Dionysius Hal. *ant.* l. 6. p. 347. πολὺ ἔργον ἂν εἴη παραδείγματα φέρειν, *longum esset commemorare exempla.* Ibid. l. 5. p. 314. et l. 8. p. 546. Cornelius Nepos in *Miltiade* c. 3. *Cum crebri afferrent nuncii, male rem gerere Darium.*

v. 17.

Ἐπεὶ μήποτε ἰσχύει ὅτε ζῇ ὁ διαθέμενος.

Voculam μήποτε per *nondum* multi hic transferunt; at vereor, vt haec significatio τοῦ μήποτε pro μήπω, probari possit. Verte: *nunquam.* Sic Dio Cassius *excerpt. Vales.* p. 721. ὀνόματί τινι ἰδιωτάτῳ καὶ μήποτε ἀκουσθέντι, *nomine quodam proprio et nunquam audito.* Euripides in *Hippolyt.* v. 823. ὥστε μήποτ' ἐκνεῦσαι πάλιν, *vt nunquam possim emergere rursus.* Ibid. v. 1026. Homerus *Iliad.* Υ. v. 315. μήποτ' ἐπὶ Τρώεσσιν ἀλεξήσειν κακὸν ἦμαρ, *nunquam nos a Troianis auersuras esse malum diem.*

v. 27.

Καὶ καθ' ὅσον ἀπόκειται τοῖς ἀνθρώποις ἅπαξ ἀποθανεῖν μετὰ δὲ τοῦτο κρίσις.

Καθ' ὅσον h. l. ponitur pro καθὼς, *quemadmodum*, quod ex vocibus οὕτω καὶ v. 28. patet.

Ἀπόκειται τοῖς ἀνθρώποις, *manet homines, iis reseruatum est, imminet.* Dionysius Longinus περὶ ὕψους, *sect.* 9. p. 60. ἀλλ' ἡμῖν μὲν δυσδαιμονοῦσιν ἀπόκειται λιμὴν κακῶν ὁ θάνατος, *nobis quidem infelicibus mors reposita est vt portus ac perfugium malorum.* Liber de

Macca-

Maccabaeis quem Iofepho tribuunt, c. 8. v. 10. ὅτι ἐδὲν ὑμῖν ἀπειθήσασιν, πλὴν τῦ μετὰ ϛρεβλῶν ἀποθανεῖν ἀπόκειται, *quod nihil vobis morem gerere recufantibus, nifi mors truculenta immineat.* Iofephus *bell. Iud.* l. 6. c. 27. p. 927. ἀποκειμένε δὲ τῦ μετὰ κολάσεως εἰ παύσαιντο, πολὺ κρείττονα τὸν ἐν πολέμῳ θάνατον ἡγῦντο, *imminente autem, fi deftitiffent, morte fupplicii, bello mori praeftabilius effe ducebant.* Dionyfius Hal. *ant.* l. 5. p. 283. ὅσα τοῖς κακέργοις ἀπόκειται παθεῖν, *fupplicia, quibus malefici adfici folent.*

CAP. X. v. 24.

Εἰς παροξυσμὸν ἀγάπης καὶ καλῶν ἔργων.

Παροξυσμὸς *incitamentum* notat h. l. Quum παροξύνειν frequentius *exafperare, infenfum reddere* notet, hunc vocis vfum ἀκυρολογίαν vocat Ioh. Cappellus. At παροξύνειν eft verbum μέσον, quo in bonam partem vtitur Xenophon *Cyrop.* l. 6. p. 108. vbi de Cyro duces fuos ad rei bellicae ftudium incitante dicitur, καὶ τέτες ἐπαινῶν τε, παρώξυνε, καὶ χαριζόμενος αὐτοῖς ὅ, τι δύναιτο, *hos laudans et muneribus donans, quibus poterat, incitabat.* Plutarchus de *fui laude* p. 546. οἱ πεινῶντες ἑτέρων ἐσθιόντων ἐν ὄψει, μᾶλλον ἐρεθίζονται καὶ παροξύνονται τὴν ὄρεξιν, *efurientium appetitus aliis coram edentibus magis acuitur et irritatur.*

v. 33.

Τῦτο μὲν ὀνειδισμοῖς τε καὶ θλίψεσι θεατριζόμενοι τῦτο δὲ κοινωνοὶ τῶν ὅτως ἀναςρεφομένων γενηθέντες.

Voculae τῦτο μὲν - τῦτο δὲ vertendae funt, *cum, tum* fiue, *partim quidem, partim vero.* Plutarchus *Cicerone* p. 863. τῦτο μὲν Ῥωσκίῳ τῷ κωμῳδῷ, τῦτο δ' Αἰσώπῳ τῷ τραγῳδῷ προσέχειν ἐπιμελῶς, *quod cum Rofcio comoedo, tum Aefopo tragoedo fedulo operam dederit.* Idem *Arato* p. 1050. τῦτο μὲν χερσαῖοι τῦτο δ' ἔναλοι τόποι, *loca partim terreftria, partim maritima.* Libanius *epift.* 1054. *Ego vero condemnor*, τῦτο μὲν εἰ μηδὲν τέτων ᾔσθόμην, τῦτο

τῦτο δὲ εἰ λαβὼν αἴσθησιν ἀφῆκα τὸ πρᾶγμα χωρεῖν, *hinc quod nihil huiusmodi sensi, hinc, quod si senserim, rem omnem semper ita agi permiserim.* Adde Iosephum *ant.* l. 18. c. 11. p. 641. Antiphontem *orat.* 1. sub init. et Andocidem *orat.* 3. p. 287.

Οὕτως ἀναστρεφομένων plerique passiue vertunt: *qui ita agitantur*, s. *cum quibus sic agitur.* At nondum mihi obuiam factum est alibi huius notionis exemplum. Hinc verto: *Ita conuersantium* s. *viuentium* notione in libris sacris sat frequenti. Infra c. 13, 18. καλῶς ἀναστρέφεσθαι. Plutarchus de *fluuiis* de Hydaspe, τὰς ἀσεβῶς ἀναστρεφομένας παρθένυς, *virgines, quae non caste viuunt.* Adeoque locutione hac non innuuntur, *qui eodem modo affliguntur*, sed respicitur ad πολλὴν ἄθλησιν v. 32. et ii significantur, *qui eodem modo calamitatibus strenue renituntur, nec iis se subducunt, aut per eas a Christo auelli sinunt.* Horum κοινωνοὶ erant Hebraei fideles, partim συμπαθήσαντες v. 34. partim precibus suis, partim re ipsa iis suppetias ferentes. 2 Cor. 1, 7. ὥσπερ κοινωνοί ἐστε τῶν παθημάτων. Adde ibid. v. 11. vbi dicta vide.

v. 38.

Καὶ ἐὰν ὑποστείληται, ὐκ εὐδοκεῖ ἡ ψυχή μυ ἐν αὐτῷ.

Verbum ὑποστέλλεσθαι h. l. praegnantis est significatus. Opponitur illud τῇ πίστει h. l. et v. 39. et τῇ παῤῥησίᾳ v. 35. adeoque homines notat, *qui ex metu calamitatum et incredulitate et abiecta erga opem diuinam fiducia se subducunt et occultant, et Christi caussa porro certamen subire recusant.* De *metu* vocem vsurpat Dinarchus cont. *Demosth.* p. 11. τῆς ἐξ ἀρείυ πάγυ βυλῆς ὔτε τὴν Δημοσθένυς ὔτε Δημάδυ δύναμιν ὑποστειλαμένης, *cum senatus Areopagiticus neque Demosthenis neque Demadis vereretur potentiam.* Demosthenes adu. *Pantaenet.* p. 630. μηδὲν ὑποστελλόμενον μηδ' αἰσχυνόμενον, *nullius rei metu aut pudore adfectum.* Frequentissime vox innuit *ex metu se subducere et occultare.* Euripides *Oreste* v. 606. ἐπεὶ θρασύνη

φύνη κἐχ ὑποςέλλῃ λόγῳ, *quoniam fercior es, nec te subducis verbis.* Philo *vita Mosis* l. 1. p. 615. de Mose legationem ad Israëlitas et Pharaonem deprecante dicit, τὴν φύσιν εὐλαβὴς ὢν, ὑπεςέλλετο τοῖς ὑπερόγκοις, *cum natura timidus esset, rebus maioris molis se subtrahebat.* Plutarchus *Lucullo* p. 518. Iosephus *bell. Iud.* l. 3. c. 24. p. 850. de semetipso in spelunca latente ait: μεθ' ἡμέραν μὲν ἐν ὑπεςέλλετο, *interdiu se occultabat.* Idem *ant.* l. 19. c. 2. p. 668. ὑπεςαλκὼς τῷ κατ' αὐτὸν σκότῳ, *obscuritate illius* (sc. loci) *se occulens.* Sic verbum hoc eleganter omnes notiones hebraici עפלה Habac. 2, 4. exprimit. Notat sc. עפל apud Arabes *coniugat.* VI. non solum subduxit, sed et *occultauit se ex metu.* Vide versionem arabicam in Polyglottis Leuit. 20, 4. Deut. 22, 1. 4. vbi verbum hoc pro hebraico עלם vsurpatur. Vide dicta ad ςέλλεσθαι 2 Thess. 3, 6.

v. 39.

Ἡμεῖς δὲ ἐκ ἐσμὲν ὑποςολῆς εἰς ἀπώλειαν, ἀλλὰ πίςεως εἰς περιποίησιν ψυχῆς.

Lamb. Bos alique ad verba ὑποςολῆς et πίςεως subaudiri iubent, υἱοὶ, s. τέκνα, s. ἄνδρες, quo tamen modo vix ab *hebraismo* liberari posset haec locutio. Aptius esse puto, supplere, ἐκ ἐσμὲν (ἐξ) ὑποςολῆς, ἀλλὰ (ἐκ) πίςεως, i. e. *non sumus subterfugientes sed fideles.* Sic οἱ ἐκ πίςεως commemorantur Gal. 3, 7. τὸν ἐκ πίςεως Rom. 3, 26. οἱ ἐξ ἐριθείας Rom. 2, 8.

Ὑποςολὴ notionem verbi sui sequitur et *metum, subtractionem, cohibitionem* notat. Iosephus *ant.* l. 16. c. 8. p. 556. ἐδεμίαν ὑποςολὴν ποιῦνται κακοηθείας, *a nullo se scelere aut malignitate subducunt.* Idem *bell. Iud.* l. 2. c. 24. λάθρα τὰ πολλὰ καὶ μεθ' ὑποςολῆς ἐκακέργησε, *occulte plerumque et cum cohibitione quadam nocuerat.* Plutarchus *anim. an corp. affect. pei.* p. 501. ὅτε μάλιςα δεῖται ὑπομονῆς καὶ σιωπῆς καὶ ὑποςολῆς ὁ ἄνθρωπος, *quando maxime patientia, silentio et subductione homo indiget.*

Περι-

Περιποίησις ψυχῆς est *conseruatio vitae.* Isocrates *epistola* 2. p. 603. διὰ τὸ περιποιῆσαι τὴν αὐτῦ ψυχὴν, τήντε βασιλείαν κατέσχε, *propterea quod vitam suam conseruauerat, regnum retinuit.*

CAP. XI. v. II.

Πίστει καὶ αὐτὴ Σάῤῥα δύναμιν εἰς καταβολὴν σπέρματος ἔλαβε.

Καταβολὴν σπέρματος, *seminis emissionem* maribus proprie competere nemo negauerit. Philo *legat. ad Caium* p. 999. κἀν ταῖς πρώταις τῶν σπερμάτων καταβολαῖς εἶναί τινας δυνάμεις τῶν ἡγεμονικῶν, *inesse iam inde a primo satu principibus semina quaedam virtutum.* Paulo aliter Plutarchus de *fort. Rom.* p. 320. περὶ τὴν Ῥωμύλε σποράν καὶ καταβολὴν, *eo tempore, quo Romulus satus et procreatus est, narrant solem defecisse.*

Neque tamen ellipsin admittere opus esse puto. Nam εἰς καταβολὴν σπέρματος non solum actiue accipi potest, pro εἰς τὸ καταβάλλειν σπέρμα, sed et passiue pro, εἰς τὸ καταβάλλεσθαι σπέρμα, quod h. l. obtinet. Notes velim ex vsu hebraeorum, mulierum, quae steriles sunt, *vterum dici clausum esse*, vide 1 Sam. 1, 5. 6. Gen. 20, 18. non quod virum pati nequeant, sed quia fructu caret, haec cum viro consuetudo; *vterus* vero *aperiri* dicitur (vide Gen. 29, 31. c. 30, 22.) cum adeinta sterilitate effectum sortitur mariti cum vxore commercium. Phrases igitur sunt synonymicae: *Deus Sarae aperuit vterum* et haec: *concessit ei vim illam, vt prospero successu semen virile in illam emitteretur.*

v. 13.

Μὴ λαβόντες τὰς ἐπαγγελίας, ἀλλὰ πόῤῥωθεν αὐτὰς ἰδόντες καὶ ἀσπασάμενοι.

Ἀσπάζεσθαι *amplecti* h. l. sensu improprio notat, *magni facere, delectari, cupide et cum gaudio arripere.* Sic Euripides *Ione* v. 587. ἐγὼ δὲ τὴν μὲν συμφορὰν ἀσπάζομαι,

ζομαι, πατέρα σ' ἀνευρών, *ego certe hanc fortunam libens amplector, quod te patrem inuenerim.* Dionyfius Hal. *excerpt. legat.* p. 738. *A Nolanis populo finitimo,* καὶ σφόδρα τοὺς Ἕλληνας ἀσπαζομένων, *et Graecae gentis ftudiofiffimo.* Plutarchus *Cicerone* fub init. διὸ τὴν ἐπίκλησιν οὐκ ἀπέῤῥιψαν οἱ μετ' αὐτὸν, ἀλλ' ἠσπάσαντο, *quare non repudiauerunt pofteri eius hoc cognomentum, fed libenter id amplexi funt.* Idem Lucullo p. 501. ἠσπάζετο τήν τε ἀγχίνοιαν αὐτοῦ, *magni fecit fagacitatem eius.* Idem *apophth.* p. 205. Iofephus *ant.* l. 7. c. 8. p. 228. *Ille regem adorans,* καὶ τοὺς λόγους ἀσπασάμενος, ἐξώρμησεν, *et verba eius cupide arripiens iter fufcepit.* Ibid. l. 6. c. 6. p. 178.

v. 26.

Ἀπέβλεπε γὰρ εἰς τὴν μισθαποδοσίαν.

Oculos enim in mercedis retributionem defigebat, i. e. mercedis retributionem laetus exfpectabat, in ea fpem reponebat, ea animum, quem thefaurorum Aegypti iactura frangere potuiffet, erigebat. Herodianus l. 5. p. 220. *vt eorum beneuolentiam Alexandro, etiam pecuniae pignore,* εἰς ἃ μάλιστα ἀποβλέπουσιν, *quam illi inprimis refpiciunt, conciliaret.* Hippocrates in *praeception.* fect. 1. p. 29. ἀποβλέπειν ἔς τε περιουσίην καὶ οὐσίην, *ad opum affluentiam et facultates refpicere.* Plutarchus *Timoleont.* p. 238. *Qui in democratia vitam fuftentare non poterant,* καὶ πρὸς τοὺς δυνάστας ἀποβλέπειν εἰωθότες, *et in dominos oculos defigere folebant.* Idem *Catone Min.* p. 765. *Omnibus tunc prope mortalibus,* εἰς Πομπήϊον ἀποβλεπόντων, *in Pompeium oculos defigentibus.*

v. 29.

Ἧς πεῖραν λαβόντες οἱ Αἰγύπτιοι, κατεπόθησαν.

Phrafis πεῖραν λαμβάνειν duplici apud auctores graecos occurrit fenfu. Notat 1) *tentare, explorare, periculum facere.* Aefchines cont. *Ctefiphont.* p. 304. ἵνα καὶ πεῖραν ὑμῶν λάβω, *vt periculum veftri faciam, vtrum poffitis infignes nebulones - - dignofcere.* Xenophon *Cyrop.* l. 3. p. 56. *Haec*

Haec si feceritis, ἅμα καὶ ὑμῶν αὐτῶν πεῖραν λήψεσθε, *de vobis ipsis quoque vna periculum facietis.* Ibid. l. 5. p. 100. Lucianus *Nigrino* p. 34. πεῖραν ἀνδρὸς ὡς ἀληθῶς βεβαίου λαβεῖν, *hominis reuera constantis periculum facere.* Dionysius Hal. *ant.* l. 3. p. 173. οὐκ ἔτι πεῖραν ἐβούλοντο ἑτέρου λαβεῖν ἀγῶνος, *non libuit noui certaminis facere periculum.* Ibid. p. 152. 2) est, *experiri, experientia cognoscere.* Iosephus *ant.* l. 5. c. 2. p. 147. πρότερον οὐδενὸς τοιούτου πεῖραν εἰληφότες, *cum nihil tale antea experti essent.* Ibid. l. 2. c. 3. p. 41. οὗ πεῖραν τῆς προνοίας εὐθὺς ἐλάμβανεν, *cuius prouidentiam confestim est expertus.* Prior notio h. l. posterior infra v. 36. obtinet.

v. 32.

Ἐπιλείψει γάρ με διηγούμενον ὁ χρόνος περὶ Γεδεὼν, Βαράκ τε καὶ Σαμψὼν, cet.

Formula est trita optimis scriptoribus, quae nihil aliud h. l. sibi vult, quam: *Longum enim foret commemorare Gideonem* cet. Dionysius Hal. *ant.* l. 10. p. 662. *Ego Quirites, si singulatim res gestas meas recensere vellem*, ἐπιλείποι ἄν με ὁ τῆς ἡμέρας χρόνος, *dies me deficeret.* Demosthenes de *corona* p. 354. ἐπιλείψει με λέγοντα ἡ ἡμέρα, τὰ τῶν προδοτῶν ὀνόματα, *dies me deficiet proditorum nomina recensentem.* Vbi eandem vides verborum transiectionem. Philo *legat. ad Caium* p. 1037. *Si vellem enumerare, quae in me contulisti beneficia*, ἐπιλείψει με ἡ ἡμέρα, *dies me deficeret.* Thessalus Hippocratis filius in *orat.* sect. 8. oper. patris p. 31. ὑπολείποι δ' ἄν με ἡ ἡμέρη μακρὰ λέγοντα, *dies me deficeret longius loquentem.*

v. 37.

Περιῆλθον ἐν μηλωταῖς, ἐν αἰγείοις δέρμασιν, ὑστερούμενοι, θλιβόμενοι, κακουχούμενοι.

Verbum κακουχεῖσθαι generatim notat *male tractari.* Hinc Polybius l. 5. c. 15. p. 107. κακουχίαν vocat conuicia et lapides quibus lacessitus erat Aratus. In primis tamen verbum hoc innuit, *duris adfligi laboribus, fame et siti*

excruciari, morbisque corporis laborare. Vide infra c. 13, 3. et συγκακουχεῖσθαι supra v. 25. Diodorus Siculus *excerpt. Valeſ.* p. 273. de vxore Reguli captiuos Carthaginienſes fame excruciante aliisque modis indigne tractante dicit: ἐποίησε τοὺς υἱοὺς κακουχεῖν τοὺς αἰχμαλώτους, *perſuaſit filiis ſuis, vt in captiuos grauiter ſaeuirent.* Teles Philoſophus apud Stobaeum *ſerm.* 95. p. 522. de Laërte, qui duris laboribus et aſperiori vitae cultu ſe affligebat, dicit, εἰς ἀγρὸν ἀπελθὼν μόνος μετὰ γραϊδίου κακουχεῖ αὐτὸν, καὶ ξηραίνει, *ſolus cum vetula in agrum egreſſus ſe macerabat et exhauriebat.* Plutarchus *conſol. ad Apoll.* p. 114. de iis, qui nimia aegritudine animi luctusque intemperantia morbos mortemque contrahunt ait: ὥστε πρὶν ἀπώσασθαι τὰ πένθη, κακουχουμένους τελευτῆσαι τὸν βίον, *ita vt, luctu nondum depoſito langueſcentes vitam finiant.*

CAP. XII. v. 1.

Τοιγαροῦν καὶ ἡμεῖς τοσοῦτον ἔχοντες περικείμενον ἡμῖν νέφος μαρτύρων, ὄγκον ἀποθέμενοι πάντα, καὶ τὴν εὐπερίστατον ἁμαρτίαν, δι᾽ ὑπομονῆς τρέχωμεν τὸν προκείμενον ἡμῖν ἀγῶνα.

Nubes teſtium nonniſi *multitudinem* eorum indicat. Sic Euripides *Phoeniſſ.* v. 257. νέφος ἀσπίδων πυκνὸν, *clypeorum denſa nubes.* Philo *legat. ad Caium* p. 1025. ἡ τῶν Ἰουδαίων πληθὺς, ἐξαπιναίως ὥσπερ νέφος ἐπιστᾶσα, *multitudo Iudaeorum ceu nubes repente ſuperuenit.* Libanius *epiſt.* 1186. p. 564. νέφος κολοιῶν. Nonnus Dionyſiac. l. 22. p. 586. νέφος Ἰνδῶν. Statius *Thebaid.* l. 9. v. 120. *Iaculantum nubes.* Ibid. l. 10. v. 575. *Armatas erexit apes, fremit aſpera nubes.*

Τὴν εὐπερίστατον ἁμαρτίαν verto, *peccatum impeditiſſimum* ſiue *calamitoſiſſimum.* Explicanda videtur vox ex cognatis περίστασις, ἀπερίστατος, περιστατικός. Περιστάσεις haud raro *impedimenta* notant, *difficultates, moleſtias*, et denique *pericula* et *aduerſitates.* Maximus Tyrius *Diſſ.* 20. p. 207. de Diogene Cynico dicit: τὰς περιστάσεις πάσας ἀπε-

ἀπεδύσατο, καὶ τῶν δεσμῶν ἐξέλυσεν αὐτὸν, *omnibus se exsuit impedimentis, et vinculis se expediuit*, idque eo explicat sensu, quod Diogenes omnibus modis ἄφετος *liber* fuerit, nullis se subiiciens legibus aut imperio, nullis rei familiaris curis distentus, nullis vel agriculturae, vel militiae cet. molestiis implicitus. Ibid. p. 204. opponit ἁπλῦν βίον καὶ ἀπερίστατον καὶ ἐλευθερίας ἐπήβολον, *vitam simplicem non impeditam et libertatis participem* τῷ ὀχ ἁπλῷ ἀλλ' ἀναγκαίῳ καὶ περιστάσεων γέμοντι, *vitae non simplici, sed coactae et impedimentis et molestiis plenae.* Vitam ἀπερίστατον vocat illam *aetatis aureae*, qua homines absque arte et labore, solis terrae frugibus et bonis sponte nascentibus contenti vixerint. Praesentem vero hominum vitam tot innexam laboribus, curis et molestiis περιστάσεων γέμοντα imo p. 205. περιστατικὴν καὶ κακοδαίμονα διαγωγὴν τῦ βίυ, *impeditam et miseram vitae rationem* vocat, vitamque hanc comparat cum carcere, in quo homo catenis et vinculis in collo, manibus pedibusque onustus sit. Περιστατικὰ *calamitosa*, s. *molestiis plena* τοῖς προαιρετικοῖς *voluntariis* opponit Hierocles, *carm. aur. Pyth.* p. 109. et inter illa paupertatem, generis humilitatem et liberorum amissionem refert. Est igitur, vt puto, ἁμαρτία εὐπερίστατος idem ac περιστατικὴ, περιστάσεων γέμυσα, *cum multis impedimentis et molestiis coniuncta*; hanc igitur si homo retinere velit, non poterit expedito ad metam properare cursu. Optime igitur verti puto: *peccatum perquam impeditum* eo sensu quo *locos impeditos*, *iter impeditum* vocant, *ea quae homines impediunt*. Εὖ auget significatum, vt in εὐμεγέθης, *permagnus*, εὐμήκης, *perlongus*. Τρέχωμεν τὸν προκείμενον ἡμῖν ἀγῶνα, *decurramus proposito nobis certamine*. Euripides *Alcest.* v. 489. ὁ τὸν δ' ἀγῶνα πρῶτον ἂν δράμοιμ' ἐγώ, *non est hoc primum, quod ego curram certamen.* Idem *Iphig. in Aul.* v. 1456. δεινὸς ἀγῶνας διὰ σὲ 'κεῖνον δεῖ δραμεῖν, *oportet illum dura certamina propter te subire.* Idem in *Electra* v. 883. ἐκ ἀχρεῖον δραμὼν ἀγῶνα *non inutili certamine decurso.* Idem *Alcest.* v. 1149. προκείμενον πόνον, *propositum certamen.*

men. Iosephus *ant.* l. 19. c. 1. p. 659. *Scias velim Clunite, quod hodie* τυραννοκτονίας ἀγὼν πρόκειται, *instet certamen tyrannicidii.* Idem *bell. Iud.* l. 1. c. 12. p. 734. πρόκειτο μὲν ἂν τὸ ἀναγκαιότατον ἀγώνισμα Μασάδα, *propositum erat certamen maxime necessarium de Masada.* Per τὸν ἀγῶνα h. l. ὁ ἀγὼν τῆς πίστεως et ἄθλησις παθημάτων, s. *certamen* et *contentio* fidei inter tot adflictiones constanter retinendae intelligitur. Vide supra c. 10, 32. 1 Tim. 6, 12.

v. 2.

Ἀφορῶντες εἰς τὸν τῆς πίστεως ἀρχηγὸν καὶ τελειωτὴν Ἰησοῦν.

Phrasis *oculos in Iesum defigere* h. l. inuoluit 1) omnem in Iesu spem et fiduciam collocare vt adiutore in hoc certamine fidei. 2) Iesum in hoc certamine vt ducem et auspicem sequi, eiusque imitari exemplum. Sic a Iosepho *ant.* l. 8. c. 6. p. 282. rex Assa vocatur πρὸς τὸ θεῖον ἀφορῶν, *coelestis numinis obseruantissimus, qui nihil neque diceret neque faceret nisi pietati et legibus consonum.* Ibid. l. 12. c. 19. p. 425. *Prostrato vero Iuda* Maccabaeo, πρὸς μηδὲν τὸ λοιπὸν ἀφορᾷν ἔχοντες οἱ σὺν αὐτῷ, *cum non haberent amplius quem sequerentur, milites.* Idem *bell. Iud.* l. 2. c. 30. p. 810. μάλιστα δὲ ἀφορῶντες εἰς τὸν Ἐλεάζαρον, *summam spem in Eleazaro reponentes.* Idem in *Apion.* l. 2. p. 1071. Mosen dicit, de Deo Israëlitis persuasisse, εἰς ἐκεῖνον ἅπαντας ἀφορᾷν, *vt omnes ad illum respicerent, tanquam caussam bonorum omnium vniuersis hominibus exsistentem.* In *libro Maccab.* quem eidem tribuunt c. 17. mater Maccabaeorum et filii eius vocantur εἰς θεὸν ἀφορῶντες καὶ μέχρι θανάτου τὰς βασάνους ὑπομείναντες, *ad Deum respicientes et cruciatus vsque ad mortem sustinentes.*

v. 3.

Ἀναλογίσασθε γὰρ τὸν τοιαύτην ὑπομεμενηκότα ὑπὸ τῶν ἁμαρτωλῶν εἰς αὐτὸν ἀντιλογίαν, ἵνα μὴ κάμητε ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν ἐκλυόμενοι.

Ἀναλογίζεσθαι est, *attendere ad, considerare, reputare,* idem fere quod ἀφορᾷν εἰς. Sic Xenophon *dict. et fact.*

fact. Socr. p. 458. ἐξιςάμενοι τῦ τὰ δεινὰ ἀναλογίζεσθαι, *impediti, quo minus ad pericula attendant.* Lucianus *Toxari* p. 64. ἀναλογιζόμενοι τὰ πεπραγμένα, *quae facta erant, reputantes.* Diodorus Siculus *excerpt. Valef.* p. 229. τὸ παράδοξον τῆς πράξεως ἀναλογιζομένυς, *insperatum reputantes casum.* Idem l. 20. c. 8. p. 387. τὸ μέγεθος τῦ διείργοντος πελάγυς ἀναλογιζόμενοι, *interiecti maris latitudinem reputantes.*

Κάμνειν est, *fatiscere, animum despondere.* Iosephus *ant.* l. 10. c. 3. p. 331. κάμνων ὑπ' αὐτῆς τῆς δυσνοίας, *moerore hoc confectus.* Ἐκλύεσθαι est, *delassari, remissum, dissolutum fieri, languescere.* Diodorus Siculus l. 20. sub init. ἐκλυθέντες τὰς ψυχὰς, *animis lassati.* Vtrumque verbum agonisticum est et militare. Iosephus in *vita sua* p. 1014. se animo, inter dissensiones ciuiles iam fracto testatur, in somnio vocem audiuisse: μὴ κάμνε δὴ, μέμνησο δ' ὅτι καὶ Ῥωμαίοις δεῖ σὲ πολεμῆσαι, *ne animum despondeas, memor, quod et cum Romanis bellum te gerere oporteat.* Plutarchus de *cap. ex host. utilit.* p. 87. histriones et cantores scenicos cerni asserit, ἐκλελυμένυς καὶ ἀποθύμυς καὶ ὐκ ἀκριβῶς πολλάκις ἀγωνιζομένυς ἐν τοῖς θεάτροις, *dissolutos et animis languentes, et saepe non accurate in theatris certantes.* Idem in *Arato* p. 1049. τοῖς τε σώμασιν ἀγυμνάςυς ὄντας, καὶ ταῖς διανοίαις ἐκλελυμένυς πρὸς τὸν πόλεμον, *ad bellum corporibus non exercitatos et animis languentes.* Isocrates in *Panegyric.* p. 104. πρὸς μὲν τὸν πόλεμον ἐκλελυμένος, *ad bellum gerendum dissolutus.*

v. 7.

Ὡς υἱοῖς ὑμῖν προσφέρεται ὁ Θεός.

Vt filios vos tractat Deus, f. *vt erga filios se gerit.* Sic προσφέρεσθαι haud infrequens est profanis, in bonam aeque ac malam partem. Iosephus *bell. Iud.* l. 7. c. 30. p. 985. ὡς πολεμίοις προσεφέροντο, *tractabant eos vt hostes.* Ibid. p. 986. et *ant.* l. 15. c. 11. p. 529. ὑβριςικῶς αὐτῷ προσενέχθη, *contumeliose illum tractabat.* Mutata

 con-

constructione ibid. c. 2. p. 511. ἐπ᾽ αὐτὸν ἐπιεικέςερον προσηνέχθη, *benignius erga illum se gessit.* Plutarchus *discr. adul. et am.* p. 73. μὴ φιλικῶς ἀλλὰ παιδαγωγικῶς προσφέρεσθαι τοῖς συνήθεσι, *cum familiaribus non amici sed paedagogi instar agere.* Idem *apophth. lacon.* p. 232. τῶν δὲ Εἱλώτων τινὸς θρασύτερον αὐτῷ προσφερομένε, *cum aliquis Helotarum ferocius erga illum se gereret.* Demosthenes adu. *Aristocrat.* p. 457. τῦτον τὸν τρόπον προσεφέροντο, τηλικαῦτα αὐτὰς ἀγαθὰ εἰργασμένοις ἀνθρώποις, *hoc modo tractabant viros, de se tam bene meritos.* Cum πρὸς verbum hoc iungit idem in Olympiod. p. 693. *Qua ratione optime tutissimeque προσοισόμεθα πρὸς τὰς ἀμφισβητῦντας, cum aduersariis agendum sit.* Idem adu. *Nicostrat.* p. 726. Adde Dionysium Hal. *ant.* l. 3. p. 191.

v. 9.

Εἶτα τὰς μὲν τῆς σαρκὸς ἡμῶν πατέρας εἴχομεν παιδευτὰς καὶ ἐνετρεπόμεθα· ὐ πολλῷ μᾶλλον ὑποταγησόμεθα τῷ πατρὶ τῶν πνευμάτων καὶ ζήσομεν;

Totum comma vna quasi serie accipi iubet Cel. Alberti et vertit: *Itane vero carnis quidem nostrae patres habuimus castigatores et reueriti sumus? neque multo magis obtemperabimus patri spirituum vt viuamus?* Recte omnino se habet, quod, si εἶτα per *itane* vertas: totum comma, quasi vna tantum interrogatio accipiendum sit. Sic enim vox *itane?* castigationem et reprehensionem quandam inuoluit. Cumque patres naturales reuereri in vitio poni non possit: emphasis cadet in membrum posterius, sicque censuram incurreret denegata patri spirituum ὑποταγὴ, siue neglectus officii maioris, obseruato officio minori. Attamen hoc modo vocula quaedam alteri membro addenda fuisset. Dixisset scriptor diuinus, καὶ ὐ πολλῷ μᾶλλον aut potius τῷ πατρὶ δὲ τῶν πνευμάτων ὐ πολλῷ μᾶλλον cet. ita vt μὲν et δὲ se mutuo respiciant. Vide exempla, quae ex Arriano *annot. Polyb.* attulit Raphelius. Sic et Demosthenes *de fals. legat.* p. 239. εἶτα ὑπὲρ μὲν

συγγε-

συγγενῶν καὶ ἀναγκαίων ἀνθρώπων ἐκ ἀναβαίνεις· ὑπὲρ Αἰσχίνε δὲ ἀναβήσῃ; *itane hominibus cognatis et necessariis non patrocinaris, Aeschini vero patrocinaberis?* Εἶτα a scriptore sacro me iudice positum est pro εἰ, *si, quodsi*, quam notionem ab aliis non vidi obseruatam esse. Sic Demosthenes adu. *Leptin* sub init. τίνος ἕνεκα, εἶτα μάλιςα μή τινες ἀλλὰ πάντες ἦσαν ἀνάξιοι, τῶν αὐτῶν ἠξίωσεν ὑμᾶς τε καὶ τέτες; *si vel maxime, non pauci, sed omnes indigni essent, cur etiam vos, velut in ordinem cogendos iudicasset?* Plutarchus *orat.* 2. de *esu carn.* p. 998. εἶτα λέγει τῶν φιλοσόφων ὁ μὲν, *si iam philosophorum alius dicat, perime, brutum est animal;* vbi vide sequentia. Iosephus *bell. Iud.* l. 3. c. 25. p. 852. εἶτα ἂν μὲν ἀφανίσῃ τις ἀνθρώπε παρακαταθήκην, ἢ διάθηται κακῶς, *si quis depositum hominis subripuerit, aut male tractauerit, pessimus statim ac perfidiosus habetur.* Plutarchus de *sanit. tuend.* in fine εἶτα vsurpat pro καθὼς, *sicuti, quemadmodum*, sequitur enim ὅτως.

v. 18.

Ου γὰρ προσεληλύθατε ψηλαφωμένῳ ὄρει καὶ κεκαυμένῳ πυρὶ, καὶ γνόφῳ, καὶ σκότῳ καὶ θυέλλῃ.

Verbum ψηλαφωμένῳ construendum puto cum πυρί. *Non accessistis ad montem igne tactum et adustum.* Sic saepe latini dicunt: *fulmine tactum.* Graece Plutarchus *sympos.* l. 4. qu. 2. p. 665. de fulmine dicit: *Hominem dormientem praeteruolans, neque ipsum laesit, ὅτε τῆς ἐσθῆτος ἔθιγε, neque vestem attigit.* Idem de *sera num. vind.* p. 548. ἡ ἁψαμένη νόσος καὶ καταναμηθεῖσα τε σώματος, *morbus eum attingens et corpus eius depascens.* Non enim ψηλαφᾶν de rebus tantum dicitur, quae *manibus palpantur*, sed et de iis, quae quocunque modo *attinguntur.* Iosephus *ant.* l. 13. c. 17. p. 451. τὰ κατὰ τὸν πόλεμον ἐκεῖνον ψηλαφηθέντα ὑπ' Ἀντιόχε, *attentata per Antiochum in eo bello.* Quod mons Sinai inter fulmina et tonitrua

tonitrua igne tactus ardensque fuerit, vide Exod. 19, 16. 18. Deut. 4, 11. 15.

Γνόφος est *caligo* caelo nubibus obuoluto exorta. Hinc 70. interpr. Deut. 4, 11. et alibi vocem ענן per γνόφον transferunt, et haud raro σκότος et γνόφον coniungunt. Lucianus in *Contemplant.* p. 329. χειμῶνα καὶ γνόφον, *tempestatem et caliginem nubilosam* coniungit.

Θύελλα, *turbo, procella.* Appianus *bell. ciuil.* l. 5. p. 1147. τὸ πνεῦμα ὑπὸ τῶν περικειμένων ὀρῶν ἐς θυέλλας περικλώμενον, *ventus a circumsitis montibus in procellas refractus.* Aristophanes in *nubibus* act. 1. scen. 4. p. 145. πρημαινούσας τε θυέλλας, *saeuientes procellas*, vbi Scholiastes addit τουτέστι συστροφὰς ἀνέμου. Aliter θύελλαν definit Aristoteles de *mundo* c. 4. p. 1209. locum exscripsi ad Ioh. 4, v. 14.

v. 23.

Πανηγύρει καὶ ἐκκλησίᾳ πρωτοτόκων ἐν οὐρανοῖς ἀπογεγραμμένων καὶ κριτῇ Θεῷ πάντων· καὶ πνεύμασι δικαίων τετελειωμένων.

Multum lucis phrasibus huius versus accedit, si attendas, ecclesiam N. T. hic sisti sub imagine quadam *Ciuitatis*, nempe πόλεως Θεοῦ ζῶντος v. 22. et si obserues, hunc coetum fidelium opponi coetui Israëlitarum ad montem Sinai congregato, inprimis vti ille Exodi 24. describitur. *Myriades angelorum* h. l. v. 22. alludere videntur ad διαταγὰς ἀγγέλων, quibus administris lex data est, vide supra c. 2, 2. Act. 7, 53. Gal. 3, 19. Πρωτότοκοι ἐν οὐρανοῖς ἀπογεγραμμένοι alludunt ad *primogenitos Israëlitarum* Exod. 24, 5. c. 19, 22. *Mediator N. F. Christus* Mosi opponitur. *Sanguis adspersionis* respicit *adspersionem* a Mose factam, Exod. 24, 8.

Πανηγύρει καὶ ἐκκλησίᾳ inter se iungenda puto. Πανήγυρις proprie est *conuentus solemnis*, *vniuersalis* saepe et *festiuus*, ad quem non tantum vnius vrbis ciues, sed plurium

plurium vrbium et regionum incolae admittebantur. Apud Demofthenem de *corona* p. 325. *conuentus* ad ludos publicos Olympicos Pythios cet. πανηγυρίαι vocantur. Idem in *Midiam* p. 415. feftiuitatem Bacchanalium πανήγυριν vocat. Iofephus *bell. Iud.* l. 6. c. 15. p. 918. feftos Iudaeorum dies annos πανηγύρεις πανδήμες appellat et ludicram Siluntinorum feftiuitatem *ant.* l. 5. c. 2. p. 149. itidem πανήγυριν vocat. *Concilium Amphictyonum* ἀμφικτυονικὴ σύνοδος καὶ πανήγυρις vocatur a Dionyfio Hal. *ant.* l. 4. p. 429. Vid. ibid. p. 230. *Arborum varietatem* et multitudinem δένδρων πανήγυριν vocat Achilles Tatius l. 1. p. 51. Apoftolus voce hac innuit *congregationem* fidelium ex plurimis gentibus aeque ac Iudaeis fimul collectam, quo fenfu *ecclefiae* V. T. contradiftinguitur. Dicitur tamen hic *coetus* quoque ἐκκλησία, ob *aequalia iura ciuitatis*, quae fingulis vrbis huius ciuibus competunt, et quoniam hic coetus non eft συςροφὴ quaedam, fed ordinata, legibusque temperata iisque obtemperans ἔννομος ἐκκλησία. Confer Act. 19, 39. 40.

Πρωτότοκοι i. e. fideles, qui primis N. F. temporibus vixere, qui alias ἀπαρχὴ vocari folent, hic *in coelo defcripti* dicuntur, nempe vt *ciues in vrbe Dei* Hierofolyma coelefti, quorum πολίτευμα ἐν ὀυρανοῖς Phil. 3, 20. c. 4, 3. Apocal. 3, 5. et alibi. Nomina ciuium apud veteres *albo ciuitatis* infcripta fuiffe vulgare eft. Phrafin ἐγγράφειν εἰς τὴν πολιτείαν *albo ciuitatis infcribere* habet Plutarchus de *auditione* fub init. et in *apophth.* p. 182. Philo *quod omnis probus liber* p. 866. indignum effe iudicat, fi vt ciues fe gerant, μὴ ἐγγραφέντες τὸ παράπαν *albo plane non infcripti.* Athenis variae erant infcriptiones ciuium. Infcribebantur εἰς τὸ φρατορικὸν γραμματεῖον, *in tabulas curialium*, vti Demofthenes loquitur adu. *Leochar.* p. 675. quod et ἐγγράφεσθαι εἰς τὰς φράτορας vocat idem adu. *Boeot.* fub init. vt et εἰς τὰς δημότας *apud populares* idem ibid. quod ἐγγράφειν εἰς τὸν πίνακα τὸν ἐκκλησιαςικὸν vocat idem adu. *Leochar.* p. 674. item εἰς τὸ ληξιαρχικὸν

γραμ-

γραμματεῖον, *in album adultorum* idem ibid. Generali nomine hoc ἐγγραφὴν εἰς τὰ ἀρχαῖα τὰ δημόσια, *inscriptionem in tabulas publicas* vocat Dionysius Hal. *ant.* l. 2. p. 96.

Per δικαίους τετελειωμένους *iustos perfectos* eosdem intelligo, qui paulo ante πρωτότοκοι. Τετελειωμένοι sunt *adulti*. Sic τέλειοι supra c. 5, 14. Saepe τετελειωμένους opponit νηπίοις Hippocrates de *articulis* c. 26. p. 90. e. g. οἷσιν ἂν τετελειωμένοισιν αὕτη ἡ ξυμφορὴ γένηται, *ii, qui iam adulti hac calamitate vexantur.* Dionysius Hal. *ant.* l. 3. p. 150. de parentibus dicit τελεῖν *liberos ad adultam perducere aetatem.* Apprime vero sibi respondent ἀπογεγραμμένοι καὶ τετελειωμένοι. Sic Romae, qui togam virilem sumebant, virorum albo inscribebantur. Id erat εἰς ἄνδρας ἐγγράφεσθαι, quod habet Dionysius Hal. *ant.* l. 4. p. 220. et Nicolaus Damascenus *excerpt. Valef.* p. 477. Athenis qui εἰς τὸ ληξιαρχικὸν γραμματεῖον adscribebantur, anno aetatis vicesimo, vt testatur Iulius Pollux l. 8. p. 447. 448. Iidem quoque tunc patrimonii sui fiebant domini, vt idem ibid. testatur, et Aeschines in *Timarch.* p. 173. vbi iuuenem sub potestate aliorum e. g. ἐπιτρόπων καὶ διδασκάλων, *tutorum et doctorum* esse dicit, donec inscribatur εἰς τὸ ληξιαρχικὸν γραμματεῖον. Sic ergo h. l. fideles N. T. τετελειωμένοι *adulti*, dicuntur 1) quia non sunt νήπιοι ὑπὸ ἐπιτρόπους καὶ οἰκονόμους, neque ὑπὸ τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου δεδουλωμένοι Gal. 4. c. 1-3. 2) quia non indigent τοῖς στοιχείοις ἀρχῆς τῶν λογίων Θεοῦ, sed capaces sunt στερεᾶς τροφῆς Hebr. 5, 12-14. c. 8, 11.

Dicitur vero: προσεληλύθατε πνεύμασι, quoniam fideles N. T. non corpore et loco, sed *animo et spiritu* inter se iuncti sunt, ἐν ἑνὶ πνεύματι Eph. 2, 18. ἑνότης πνεύματος, ἓν πνεῦμα c. 4. 3. 4. μία ψυχὴ Act. 4, 32. Vide notata ibid. et ad Ioh. 11, 52.

v. 27.

v. 27.

Τὸ δὲ ἔτι ἅπαξ δηλοῖ τῶν σαλευομένων τὴν μετάθεσιν, ὡς πεποιημένων, ἵνα μείνῃ τὰ μὴ σαλευόμενα.

Σαλεύεσθαι, quod proprie de *nauibus in ſalo iactatis* vſurpatur, translate eſt, *concuti, nutare, fluctuare, in incerto et inſtabili ſtatu locoue verſari*, σείεσθαι v. 26. Herodianus l. 2. p. 79. ἥτε ἀρχὴ σαλεύουσα καὶ παρὰ μηδενὶ πω βεβαίως ἱδρυμένη, *imperium fluctuans adhuc, neque apud quenquam certa ſede reſidens.* Ioſephus *bell. Iud.* l. 5. c. 29. p. 893. ὡς ἂν σαλευομένης τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας, *quaſi nutante Romano imperio.* Dionyſius Hal. *ant.* l. 11. p. 691. ὅτι σεσάλευται καὶ νοσεῖ τὸ πάτριον ἡμῶν πολίτευμα, *quod concuſſa et aegra eſſet respublica noſtra.* Ibid. p. 692. ἐν οἵῳ κλύδωνι τὰ πράγματα σαλεύει τῆς πόλεως, *quantis procellis agitetur respublica.*

Vox πεποιημένων quae vexat interpretes, iterumque vexatur ab illis, mihi ſcripta videtur pro πεποιημένην ſc. μετάθεσιν. Emphaſin e verbis ἔτι ἅπαξ eruit ſcriptor ſacer et oſtendit, inde ſequi: *factam eſſe rerum concuſſarum mutationem, ita vt maneant non concuſſa, ſiue vt nulla amplius ſubſequatur mutatio.* Nihil tamen in textu mutandum eſt. Πεποιημένων ponitur pro πεποιημένην vti Matth. 5, 19. μίαν τῶν ἐντολῶν τῶν ἐλαχίστων pro τὴν ἐλαχίστην, vbi confer notata a me et Cel. Ioh. Alberti. Adde quoque Glaſſium *Grammat. ſac.* l. 3. *Tract.* 1. *can.* 14. Si hoc non placet, ὡς πεποιημένων accipere potes, vt *Genitiuum abſolutum*, qui magis ad ſenſum quam verba antecedentia referatur, pro ὡς πεποιημένων τούτων, *quaſi* [illegible]*ta haec res* (ſc. ὁ σεισμὸς v. 26. et ἡ μετάθεσις) *facta* [illegible], *eo fine vt maneant non concuſſa.* Quod ad conſtru[illegible]ionem, conferdicta ad Act. 27, 30. et ad Luc. 8, 20.

CAP.

CAP. XIII. v. 5.

Ἀφιλάργυρος ὁ τρόπος· ἀρκέμενοι τοῖς παρȣ̃σιν.

Per τὸν τρόπον, *ingenium*, *animi indoles*, *mores* intelliguntur. Xenophon de *laud. Agesil.* sub init. *Ex ipsis rebus gestis*, καὶ τȣ̀ς τρόπȣς αὐτȣ̃, *etiam mores eius optime puto declaratum iri.* Propius idem *Cyrop.* l. 8. p. 154. ȣ̓χ ὁ Κύρȣ τρόπος τοιȣ̃τος, *non ea est Cyri indoles, vt ditari omnino velit, sed dando magis laetatur, quam possidendo.* Demosthenes in *Euerg.* p. 683. ἡ πλεονεξία τȣ̃ τρόπȣ, *auaritia.* Idem in *Timoth.* in fine: ȣ̔́τως ἄπληςος καὶ αἰσχροκερδὴς ὁ τρόπος αὐτȣ̃ ἐςίν, *tam inexplebile et sordidum est eius ingenium.*

Ἀρκέμενοι τοῖς παρȣ̃σιν, *praesentibus contenti.* Generatim subaudiri potest πράγμασιν, *contenti praesenti rerum statu, sorte, conditione.* Aeneas in *Poliorc.* c. 10. p. 1656. μὴ ἀρεσκόμενος τȣ̀ς παρȣ̃σιν, *qui praesentem rerum statum non probat*, vbi p. 1657. suppletur πράγμασι. Apud Iosephum *ant.* l. 8. c. 1. sub init. de se dicit Adonias, ὅτι τοῖς παρȣ̃σιν ἥδεται πράγμασιν, *viuere se praesenti sorte contentum.* Idem ib. l. 11. c. 4. p. 364. ὁ λαὸς ἠγάπα τοῖς παρȣ̃σι, *populus sorte praesenti erat contentus.* Ibid. l. 1. c. 19. p. 29. θαρσῶ τοῖς παρȣ̃σι. Speciatim tamen subaudire potes ἀγαθοῖς, quod et in locis iam adductis ex parte valet. Frequens est integra phrasis apud anctores de iis, qui modico cultu contenti, ea quibus carent bona, haud magnopere desiderant, nec aliena appetunt, neque opibus et diuitiis inhiant. Phocylides sentent. sub init. ἀρκεῖσθαι παρεȣ̃σι, καὶ ἀλλοτρίων ἀπέχεσθαι, *sis contentus praesentibus et ab alienis abstineto.* Teles philosophus apud Stobaeum *serm.* 95. p. 524. *Non indigus vt antea nec inops*, ἀλλ' ἀρκέμενος τοῖς παρȣ̃σι, *sed praesentibus contentus.* Idem *serm.* 1. p. 4. ex Democrito: *Decet igitur possibilibus animum intendere*, καὶ τοῖς παρεȣ̃σιν ἀρκέεσθαι, *et praesentibus esse contentum.* Xenophon *Cyrop.* l. 8. p. 152. Ἑαυτὸν μὲν ἀεί φησι πάντα

πάντα τὰ παρόντα ἀρκεῖν, *praesentia sibi semper dicebat sufficere.*

v. 9.

Διδαχαῖς ποικίλαις καὶ ξέναις μὴ περιφέρεσθε, s. παραφέρεσθε.

Περιφέρεσθαι, *circumagi*, *iactari* de nauibus proprie vsurpatur, *quae turbine circumaguntur.* Vide Eph. 5, v. 14. Improprie vti h. l. vocem habet Iosephus *ant.* l. 19. c. 1. p. 656. *Ipse totus feror ad hoc negotium*, οὐχ ὧν ἂν αὐτὸς πάθοιμι ἐλπίδι περιφερόμενος, *non sane ob eorum, quae perpessurus sum, exspectationem fluctuans.* Ibid. p. 663. ἀγνοίᾳ συμπεριφέρεσθαι τοῦ γεγονότος, *eorum quae aguntur, ignoratione circumagi.*

Potior tamen h. l. esse videtur lectio παραφέρεσθαι, vti probatum dedit Bengelius. Raritas huius verbi ea notione, quae h. l. obtinet, et locus Eph. 5, 14. peperit forte alteram lectionem. Παραφέρεσθαι vero est, *abripi*, vel a ventis, vel a torrente, marisue fluctibus. Sic Iud. 12. νεφέλαι ἄνυδροι ὑπὸ ἀνέμων παραφερόμεναι. Lucianus in *Timone* p. 86. ἤν τινα τοῦ χειμῶνος ὁ ποταμὸς παραφέρῃ, *si quem in hyeme flumen abripiat.* Vitam humanam cum flumine comparat Antoninus l. 4. §. 13. ἅμα τε γὰρ ὤφθη ἕκαστον καὶ παρενήνεκται, καὶ ἄλλο παραφέρεται, *simulac comparuerit aliquid, abripitur, et aliud quidem abripitur, id vero denuo infertur.* Vbi vide Gatakerum. De naue ventis et fluctibus maris *abrepta* παραφέρεσθαι vsurpat Plutarchus in *Arato* p. 1032. Improprie idem in *Timoleont.* p. 238. *Decreta hominum nisi stabilitatem et neruos ex ratione et philosophia sibi adiungant, ad res agendas,* σείονται καὶ παραφέρονται ῥᾳδίως ὑπὸ τῶν τυχόντων ἐπαίνων καὶ ψόγων, *facile a quibusuis laudibus vel probris concutiuntur et abripiuntur.* Themistius *orat.* 8. p. 111. τοὺς ὑπ' ἐκείνης τῆς ζάλης παρενεχθέντας, *a turbine illo abreptos.*

v. 16.

Τοιαύταις γὰρ θυσίαις εὐαρεςεῖται ὁ Θεός.

Verte: *talibus enim sacrificiis delectatur Deus*, siue, *talia sacrificia placent Deo.* Sic Diogenes Laërtius l. 4. c. 6. §. 18. καὶ τινος Χίȣ νεανίσκȣ μὴ εὐαρεςȣμένȣ τῇ διατριβῇ αὐτȣ̃, *cum adolescenti cuidam Chio schola ipsius non placeret.* Diodorus Siculus l. 20. c. 80. p. 450. τῇ δὲ ἡγεμονίᾳ τῇ τελέση περὶ αὐτὸν εὐαρεςεῖτο, *magistratus vero, quem tunc gerebat, ipsi placebat.* Videtur εὐαρεςεῖται *vocis mediae* esse. Quippe actiuum eodem sensu et eadem constructione vsurpant auctores. Dionysius Hal. *ant.* l. 11. p. 735. *Cum ergo tumultum excitasset ea sententia*, διὰ τὸ μὴ πᾶσι τοῖς μέρεσιν αὐτῆς εὐαρεςεῖν ἀμφοτέρȣς, *quod non omni ex parte vtrisque ea probaretur.* Plutarchus *Consol. ad Apoll.* p. 121. *Ita ne nunc quidem - - -* εὐαρεςήσειεν ἂν τῇ τοιαύτῃ ὑμῶν διαγωγῇ, *probare posset vestram viuendi rationem.*

Vti h. l. v. 15. habes θυσίαν αἰνέσεως, ita τῶν λόγων τὰς θυσίας, *sacrificia verborum* commemorat Lucianus in *amoribus* sub init.

EPI-

EPISTOLA IACOBI.

CAP. I. v. 4.

Ἡ δὲ ὑπομονὴ ἔργον τέλειον ἐχέτω.

Verto: *patientia vero fructum habeat perfectum.* Ita vt Iacobus exoptet: *ex patientia hunc sequi fructum et veluti mercedem, vt per eandem* τέλειοι καὶ ὁλόκληροι *redderentur fideles.* Ἔργον est, *fructus, lucrum, praemium* atque *merces laboris.* Sic hebraeis פעל *mercedem* et *fructum* laboris notat Ier. 22, 13. et פעלה eodem occurrit sensu Ies. 40, 10. c. 62. 11. Graeci ἔργον vocant *fructum* s. *vsuram* pecuniae. Demosthenes *or.* I. *in Aphob.* p. 548. τὸ δὲ ἔργον αὐτῶν πεντήκοντα μνᾶι, *vsura quinquaginta minae.* Ibid. p. 551. τὸ ἔργον *vsuram,* τῷ ἀρχαίῳ *sorti* opponit et ibid. vt et p. 550. ἔργον aliquoties pro quolibet *lucro* siue *quaestu* vsurpat. Generatim de *fructu* siue *effectu* Libanius *epist.* 1062. p. 505. *Iam senectus me opprimit,* λύπης ἔργον μᾶλλον ἢ πλήθους ἐτῶν, *quae ex moerore potius, quam annorum multitudine nata est; Epist.* 983. p. 461. de λύπη *moerore* dicit, ἡ δ' ἔργον ἦν ὕβρεως, *ille vero fructus erat illatae iniuriae. Epist.* 1039. p. 486. *Exiguum illud, quod Aristophani datum fuit,* ἔργον ἦν λόγου τινος, *fructus erat orationis cuiusdam.* H. l. ἔργον vsurpari videtur petita *a fructibus terrae* translatione. Nata quippe hinc sunt vocabula ἐνεργὸς et ἀργὸς, quae de terra vel *frugifera* vel *sterili* vsurpantur. Vide notata ad Matth. 12, 36. Sic ἔργον τέλειον esset, *fructus perfectus, maturus,* ad maturitatem perductus, τελεσφορηθὲν, πλήρης σῖτος Marc. 4, 26. 28. Adde τελεσφορεῖν Luc. 8, 14. et καρποφορεῖν ἐν ὑπομονῇ ibid. v. 15.

v. 14.

Ἕκαστος δὲ πειράζεται, ὑπὸ τῆς ἰδίας ἐπιθυμίας, ἐξελκόμενος καὶ δελεαζόμενος.

Eleganter notarunt alii τὴν ἐπιθυμίαν h. l. vt meretricem quandam repraesentari *allicientem*, *trahentem*, *inescantem*, ita tamen, vt non negetur ἐξελκόμενος καὶ δελεαζόμενος vocabula esse proprie ex re piscatoria siue venatica petita. *Imaginem* meretricis suppeditant et firmant v. 15. voces συλλαβεῖν, τίκτειν, ἀποκύειν; imo et ἕλκειν et ἑλκύειν cum compositis vt et δελεάζειν frequentissime de mulieribus, meretricibus, et voluptatibus vsurpantur. Aristoteles *Politic.* l. 5. c. 10. p. 508. *Smerdis Penthilum, verberibus caesus*, καὶ παρὰ τῆς γυναικὸς ἐξελκυσθεὶς, *et ab vxore ad id sollicitatus occidit*. Athenaeus l. 13. c. 8. p. 600. de Megalostrata dicit, eam aptam fuisse, διὰ τὴν ὁμιλίαν τοὺς ἐραστὰς προσελκύσασθαι, *vt colloquio suo facile attraheret amatores*. In *testam.* 12 *patriarch.* p. 702. de vxore Potipharis dicit Iosephus, εἰς πορνείαν με ἐφελκύσατο, *ad scortationem me trahebat*. Quoniam vero ἐξέλκειν antecedit δελεάζειν, suadente id quoque vocula ἐξ, optime id verteres, *abstrahere*. Est enim, *abstrahere* a tramite veri rectique, δελεάζειν vero est, ad mala *allicere*, *inescare*, *esca quadam et illecebra corrumpere*. Xenophon *Cyrop.* l. 8. p. 141. εἰ αὐτὸς ἐπιδεικνύει ἑαυτὸν, μὴ ὑπὸ τῶν παραυτίκα ἡδονῶν ἑλκόμενον ἀπὸ τῶν ἀγαθῶν, *si sese ipse ostenderet, minime per voluptates praesentes a bonis actionibus abstrahi*.

Δελεαζούσας ἡδονὰς, *voluptates inescantes* commemorat Philo de *migrat. Abrah.* p. 392. Maximus Tyrius *Diss.* 21. p. 206. πικραῖς καὶ ἐλεειναῖς ἡδοναῖς δελεασθέντες, *acerbis et miseris capti voluptatibus*. Antoninus l. 2. §. 12. τὰ ἡδονῇ δελεάζοντα, *ea quae voluptate alliciunt*. Demosthenes de *corona* p. 319. ῥαστώνῃ καὶ σχολῇ δελεάζεσθαι, *indulgentia et otio inescari*. Iosephus *bell. Iud.* l. 2. c. 39. p. 819. χρήμασιν ὑπὸ Φλώρου δελεασθέντες, *pecunia*

pecunia a Floro corrupti. Dionysius Hal. *ant.* l. 9. p. 578. ταῖς συνεχέσιν ὠφελείαις δελεάσαντες, *perpetuo lucro eos inescantes.* Haud raro vti et in l. c. quibusdam vox notat, illecebra non solum *allicere*, sed et actu *capere* et *irretire.* Hinc synonymica locutione Aristophanes in *equit.* act. 2. sc. 3. p. 335. αὐτὸν πολὺ μικροτέροις τέτων δελεάσμασιν εἷλες, *cepisti illum escis, quae his multo minores sunt.* Confer omnino Cel. Henr. Heisenium ad h. l.

v. 26.

Μὴ χαλιναγωγῶν γλῶσσαν αὐτȣ̃.

Χαλιναγωγεῖν, *refrenare* habet Lucianus in *tyrannic.* p. 786. τὰς τῶν ἡδονῶν ὀρέξεις χαλιναγωγεῖν, *voluptatum cupiditates refrenare.* Idem de *saltat.* p. 943.

Frequens est profanis metaphora de *freno linguae.* Ἀχαλίνων ςομάτων ἀνόμȣ τ' ἀφροσύνας, τὸ τέλος δυστυχία, *effrenati oris et enormis amentiae finis est infortunium,* Euripides dicit in *Bacchis* v. 385. Plutarchus *sympos.* l. 1. qu. 1. p. 613. de Baccho, qui Λύσιος, vocatur, dicit, quod τῆς γλώττης ἀφαιρεῖται τὰ χαλινὰ καὶ πλείστην ἐλευθερίαν τῇ φωνῇ δίδωσιν, *linguam frenis exsoluat, et libertatem voci plurimam concedat.* Philo *legat. ad Caium* p. 1015. ἀνειμένοις δὲ ςόμασι καὶ ἀχαλίνοις πάντα φύροντες, *laxato et effreni ore omnia turbantes.*

CAP. II. v. 8.

Εἰ μέν τοι νόμον τελεῖτε βασιλικόν.

Multa hic interpretes tenet disceptatio, quid per *legem regiam* intelligendum sit. Mihi apostolus consulto voce βασιλικὸς vsus esse videtur, eo fine, vt plures eadem simul insinuaret notiones. Vocatur lex de amore proximi βασιλικὴ 1) quia Deum summum regem agnoscit auctorem, quo sensu ςάσις βασιλικὴ *decretum regium* Dan. 6, 7. et ἐντολαὶ βασιλικαὶ 2 Macc. 3, 13. comparent. 2) quia est *vtilissima*, et *omnium hominum commodis ex aequo inseruiens et prospiciens, et ab auctore profecta, qui optime nouit, quid singulis conducat.* Hoc sensu Plato in *Minoe* citante Stobaeo, *serm.* 42. p. 278.

In constitutionibus, inquit, *de iustis atque iniustis, deque ciuitatis ordine et gubernandi ratione*, τὸ μὲν ὀρθὸν, νόμος ἐςὶ βασιλικὸς, *quicquid rectum est, illud est lex regia.* Paulo post docet, *leges pastoris gregibus et leges agricolae, terrae* optimas esse et addit, οἱ δὲ τίνος νόμοι ἄριςοι ταῖς ψυχαῖς τῶν ἀνθρώπων, ἐχ οἱ τȣ̃ βασιλέως; *Cuius vero leges animis hominum sunt optimae? nonne leges regis? omnino.* Confer locum, quem ex Xenophonte attulit Raphelius. 3) quia est *praestantissima* et Deo auctore dignissima. Sic Philo *quod omnis probus liber* p. 888. βασιλικώτερον ȣ̓δὲν ἀρετῆς, *nihil aeque regium ac virtus.* Maximus Tyrius *Diss.* 10. sub init. κάλλος βασιλικὸν, *pulchritudo regia.*

v. 16.

Τὰ ἐπιτήδεια τȣ̃ σώματος.

Nimis significatum τῶν ἐπιτηδείων restringit Suidas dicens ἐπιτήδεια τὰ πρὸς τροφὴν ἁρμόδια. Saepe vtique vox occurrit, ita vt ea, quae ad cibum potumque spectant, vel tantum vel potissimum innuat. Sic Xenophon *Cyrop.* l. 4. p. 66. τὰ ἐπιτήδεια παρεσκευασμένα τοῖς ςρατιώταις, *commeatus militibus paratus;* vbi ἐπιτήδεια paulo ante per. σῖτα καὶ ποτὰ explicatur. Demosthenes in *Neaer.* p. 523. τὰ δ' ἐπιτήδεια τῇ ἀνθρώπῳ τὸν ἔχοντα ἀεὶ παρέχειν, *victum mulieri ab eo suppeditandum esse, qui illam quoque tempore haberet.* At latior per se est vocis significatus omniaque ea notat *accommoda, apta, necessaria.* Xenophon *Cyrop.* l. 3. p. 52. *Cum Cyrus castellum muniuisset et praesidio sufficienti*, καὶ ἐπιτηδείοις πᾶσι, *et rebus necessariis omnibus.* Arrianus *Diss. Epict.* l. 3. c. 26. p. 364. οἰκήσεις καὶ τὰ ἐπιτήδεια *habitationes et necessaria* i. e. victum et vestimenta ea esse dicit, quibus indigeant homines. Hinc ab ἐπισιτισμῷ *commeatu*, τὰ ἄλλα ἐπιτήδεια, *reliqua necessaria* distinguit Dionysius Hal. *ant.* l. 8. p. 555. Et Thucydides l. 2. p. 46. σπάνιν τῶν ἐπιτηδείων, *inopiam necessariorum* commemorans, de iis loquitur, quae ad sepulturam mortuorum pertinebant. Sanctus Iacobus per ἐπιτήδεια τȣ̃ σώματος,

ματος, *vestimenta et alimenta* potissimum intelligit, vti patet coll. v. 15. 16.

CAP. III. v. 6.

Ουτως ἡ γλῶσσα καθίσαται ἐν τοῖς μέλεσιν ἡμῶν, ἡ σπιλῦσα ὅλον τὸ σῶμα, καὶ φλογίζυσα τὸν τροχὸν τῆς γενέσεως, φλογιζομένη ὑπὸ τῆς γεέννης.

Cum magno eruditionis apparatu versum hunc et inprimis τὸν τροχὸν τῆς γενέσεως explicauit Doctiss. Heisenius *Dissert.* 25. in Iacobum. Neque tamen dubito tot interpretationibus ab illo partim collectis et exornatis, partim excogitatis nouam quandam adiicere. Τροχὸς Graecis quoque *rotam* denotat *poenalem*, cuius radiis illigabantur rei, vel poenae loco, vel ad extorquendam confessionem scelerum et veritatis. Hinc τροχῶν ἄξια, *quae rota digna sunt* vocat Aeschines *epist.* 10. p. 126. Demosthenes in *Aphob. or.* 3. p. 564. ἐπὶ τῦ τροχῦ στρεβλῦσθαι. Antiphon *or.* 14, 15. p. 108. ἐπὶ τὸν τροχὸν ἀναβῆναι. Nec ignotum erat Iudaeis hoc supplicii genus. Διὰ ῥαδιυργίαν ἐπὶ τροχῦ κατατείνασθαι dicit Philo de *Cherub.* p. 121. Nonnulli quoque huc trahunt vocem אופן Prouerb. 20, 26. Luculentissime tamen hoc supplicii genus patere potest ex libro de Maccabaeis, qui Iosepho adscribitur. *Ignes* quoque subiici solebant rotae, in qua reus extensus torrebatur. Ibid. de primo ex Maccabaeis c. 9, 12. dicitur, ἀνέβαλον αὐτὸν ἐπὶ τὸν τροχὸν, et v. 19. additur: ταῦτα λέγοντι πῦρ ὑπέστρωσαν καὶ διηρέθησαν τὸν τροχὸν προσεπικατατείνοντες, *Haec illo loquente, subiectis prunis igneque exsuscitato, longe abunde rotam distendunt*; adde v. 20. vbi distinctius σωρὸν τῆς ἀνθρακιᾶς, *cumulum prunarum* rotae subiectum fuisse narratur. De Maccabaeo sexto c. 11. v. 17, 18. dicitur: ταῦτα αὐτὸν εἰπόντα παρῆγον ἐπὶ τὸν τροχὸν, ἐφ᾽ ὃ κατατεινόμενος ἐκμελῶς καὶ ἐκσφονδυλιζόμενος ὑπεκαίετο, *haec vbi locutus est, ad rotam eum ducunt, in qua temere distentus artubusque ac compagibus disiectis, subiecto igne torrebatur.* Adde ibid. c. 5, 32. *Ignis* quoque et *rota* iunguntur

apud Achillem Tatium l. 7. p. 449. *Iamque detractis indumentis in sublime raptus pendebam*, τῶν μὲν μάστιγας κομιζόντων τῶν δὲ πῦρ καὶ τροχὸν, *aliis lora*, *nonnullis ignem et rotam afferentibus*. Adde ibid. l. 6. p. 407. et 409.

His notionibus nostro loco applicatis, si per γένεσιν *vitam* intelligas, quem vocis significatum multis docuit Cel. Heisenius l. c. §. 20-24. *Rota vitae* denotabit *cruciatus vitae atque miserias*. Eadem translatione vtitur Plautus *Cistellar. act.* 2. *sc.* 1. v. 4. de *carnificina* siue *cruciabilitatibus animi* ex amore ortis dicens: *Iactor*, *crucior*, *agitor*, *stimulor*, *versor in amoris rota miser*. Sic inflammare et *vrere rotam vitae* esset *augere vitae huius cruciatus*. Et *inflammari* et *vri a gehenna*, ad *poenam spectare* potest, quam cum toto homine, lingua apud inferos sentiet. Vide Luc. 16, 24.

Commendat hoc interpretamentum elegans nexus, qui hoc modo inter vers. 5. et 6. enascitur. *Sicuti exiguus ignis magnam incendit syluam: ita lingua flammae instar corpus totum polluit, et omni hominum vitae damna infert, eosque tot iam aliis vitae incommodis obnoxios, lento veluti igne depascit.* Quanta saepe mala homini adferat linguae intemperantia, haud est in obscuro. Vide dicta ad c. 1, 26. Historiam de homine ob intempestiuam garrulitatem proprio sensu in rota excruciato narrat Plutarchus de *garrulit.* p. 509.

Haud diffiteor tamen permultum inesse probabilitatis, Heinsianae horum verborum interpretationi, vt illam l. c. §. 31. seq. exornauit Cel. Heisenius, qua per γένεσιν *natura* ipsius *linguae* intelligitur, quae τροχὸν *cursum* suum (i. e. naturalem suam *velocitatem* et volubilitatem, *inflammat*, *ignitum reddit*, *acuit* et *praecipitat*. Vti c. 1, 23. τὸ πρόσωπον τῆς γενέσεως, *naturalis vultus*: Sic τροχὸς γενέσεως *naturalis cursus* s. *velocitas*. Haud parum iuuat hunc sensum vox φύσις v. 7. quae per τὸ γὰρ coniungitur, ita vt φύσις θηρίων cet. opponi videatur τῇ φύσει s. γενέσει τῆς γλώσσης. Frequens quoque est in hac epistola comparatio linguae cum equo *currente* c. 1, 26.

et

et h. l. v. 7. 8. vbi δαμάσαι et ἀκατάσχετον ad equum respicere videntur, cuius τροχὸς *curſus* frenis inhiberi et coërceri nequit. Confer Heiſenium l. c.

v. 8.

Ἀκατάσχετον κακὸν, μεστὴ ἰȣ̃ θανατηφόρȣ.

Ἀκατάσχετον κακὸν, *malum quod coërceri nequit, indomitum, effrenatum.* Sic Ioſephus *bell. Iud.* l. 2. c. 20. p. 794. φόβος ἀκατάσχετος, *metus indomitus*, et c. 29. p. 809. ὁρμὴ ἀκατάσχετος, *impetus irreuocabilis.* Ibid. l. 7. c. 16. p. 952. θυμοῖς ἀκατασχέτοις, *effrenatis animis.* Diodorus Siculus l. 17. c. 38. p. 125. ἀκατάσχετα δάκρυα, *lacrymae vberrimae.* Plutarchus de *curioſit.* p. 522. ἀκατάσχετος γαργαλισμὸς, *pruritus indomitus.* Idem *praecept. reip. ger.* p. 820. φιλοτιμία ἀκατάσχετος.

Quod ad rem attinet, idem de *garrulit.* p. 509. dicit: ȣ̓κ ἔστι γλώσσης ῥεȣ́σης ἐπίσχεσις, ȣ̓δὲ κολασμὸς, *lingua fluens, neque inhiberi neque coërceri poteſt.* Menander apud Stobaeum *ſerm.* 36. p. 217. ȣ̓́τ' ἐκ χειρὸς μεθέντα καρτερὸν λίθον, ῥᾷον κατασχεῖν ȣ̓́τ' ἀπὸ γλώσσης λόγον, *neque ex manu dimittentem ponderoſum lapidem, facile eſt cohibere, neque ex lingua ſermonem.*

Vocem θανατηφόρος, quam pro poetica habuit Eraſ. Schmidius, vſurpant haud pauci ſolutae orationis ſcriptores. Diodorus Siculus l. 20. c. 43. p. 418. ſerpentibus δήγματα θανατηφόρα *morſus mortiferos* tribuit. Dionyſius Hal. *ant.* l. 3. p. 155. πληγὴν θανατηφόρον ἔχων, *letali ſauciatus vulnere.* Plutarchus de *Iſid. et Oſir.* p. 381. τὰ θανατηφόρα τῶν ἑρπετῶν *reptilia mortifera.* Idem de *oracul. def.* p. 432. Adde Ioſephum de *Maccabaeis* c. 8. 25. et. c. 15, 26.

Videtur apoſtolus linguam cum animantibus reliquis comparare, ob feruidam ipſius velocitatem v. 7. cum τοῖς ἑρπετοῖς vero *ob venenatos ictus.* Simile eſt Rom. 3, 13. ἰὸς ἀσπίδων ὑπὸ τὰ χείλη αὐτῶν. Lucianus in *fugitiu.* p. 798. de philoſophis bile efferueſcentibus ait: καὶ ἀφρȣ̃, μᾶλλον δὲ ἰȣ̃ μεστὸν αὐτοῖς ἧ τὸ στόμα, *os illis ſpuma, vel veneno potius eſt refertum.* Philo *legat. ad Caium* p. 1021.

de Helicone, qui pestiferis consiliis et obtrectationibus Iudaeis nocebat, dicit: ὁ μὲν ὖν Ἑλικων σκορπιῶδες ἀνδράποδον τὸν αἰγυπτιακὸν ἰὸν εἰς Ἰυδαίυς ἤφιεν, *Helicon mancipium scorpioni simile venenum aegyptiacum in Iudaeos emittebat.*

CAP. V. v. 3.

Ὁ χρυσὸς ὑμῶν καὶ ὁ ἄργυρος κατίωται.

Ἰὸς *rubigo* ferro praesertim atque aeri inest, de quo vide multa docentem Dioscoridem l. 5. c. 47. 48. De auro vero multis locis testantur veteres illud ἰῷ non posse corrumpi. Theognis in *sentent.* p. 188. de auro, τῦ χροιῆς καθύπερθε μέλας ὖχ ἅπτεται ἰὸς, ὐδ' εὐρὼς, αἰεὶ δ' ἄνθος ἔχει καθαρὸν, *cuius colorem desuper non attingit rubigo neque caries, semper vero colorem retinet purum,* Hierocle auctore *carm. aur. Pyth.* p. 9. principatum inter metalla tenet, ὁ χρυσὸς μόνος τῶν ἄλλων ἰὸν ὖ ποιῶν, *aurum quod solum nunquam vt cetera rubiginem contrahit, cum reliqua singula illam eatenus patiantur, quatenus terram participant.* Adde Iamblichum *protrept.* c. 2. p. 4. Nihilo tamen minus κατιῦσθαι h. l. de auro et argento proprie accipiendum videtur; quum et v. 2. vitia recenseantur, quae in alias diuitias sensu proprio cadere possunt. Latior tamen τῷ ἰῷ et τῷ κατιῦσθαι tribuendus erit significatus, ita vt non tantum *rubigine corrumpi*, sed et *fuligine vitiari* alioue modo in superficie vitium aliquod capere, et nitorem perdere denotet. Strabo l. 16. p. 1107. e lacu Sirbonide aut potius mari mortuo testatur fumosam emitti fuliginem, ὑφ' ἧς κατιῦται καὶ χαλκὸς καὶ ἄργυρος καὶ πᾶν τὸ στιλπνὸν, μέχρι καὶ χρυσῦ, *per quam aeri et argento et nitidis ac tersis omnibus, ne auro quidem excepto, rubigo inducitur.* Explicat id Diodorus Siculus l. 2. c. 48. metalla vna cum auro narrans, ibidem ex halitu bituminis, ἀποβάλλειν τὴν ἰδιότητα τῦ χρώματος, *natiuum perdere colorem.* Auro et argento etiam ἰὸς tribuitur in *epist. Ieremiae* v. 11. et 23. vbi v. 23. occurrit ἐκμάσσειν τὸν ἰὸν, *rubiginem abstergere.*

V. II.

v. 11.

Τὴν ὑπομονὴν Ἰὼβ ἠκέσατε.

Ἀκέειν tam generali ab auctoribus vsurpatur notione, vt et *legere* notet et quocunque modo aliquid *e libris scriptis cognoscere*. Polybius l. 9. c. 1. p. 752. se velle dicit, ὑπομνῆσαι τὲς ἀκέοντας, *monere lectores*, cur ipse in libris suis non nisi res gestas narrauerit. Vbi paulo ante ἀκροαταὶ vocantur *lectores*, iisque ἀνάγνωσις *lectio* tribuitur. Sic supra c. 1, 22. 23. ἀκροαταὶ λόγε, possunt esse *lectores verbi*. Plutarchus librum inscripsit, *quomodo adolescens debeat*, ποιημάτων ἀκέειν, *audire poëtas*, vbi in initio ad τὸ ἀκέειν refert ἀκροάσεις καὶ ἀναγνώσεις et p. 35. dicit, τοῖς τῶν ποιητῶν ἐθιζομένοις ἀκέειν, *qui poëtas versare solent*. Idem de *sera numin. vind.* p. 553. Ὁμήρε δὲ πε λέγοντος ἀκέετε, *audiuistis Homerum alicubi dicentem*. Themistius *orat.* 11. p. 148. ταῦτα Ὁμήρε πάλαι ἀκέοντες, *haec quum dudum in Homero legissemus*. Lucianus de *conscrib. histor.* p. 694. historicum iubet respicere, μὴ εἰς τὲς νῦν ἀκέοντας, *non ad praesentes auditores, sed ad eos, qui in posterum in legendis scriptis illis versabuntur*. Idem in *imagin.* p. 11. πολλάκις ἀκέσας Ξενοφῶντος, *saepe lecto Xenophonte*. Dionysius Hal. *ant.* l. 11. sub init. *Etiam loca, in quibus res illae gestae sunt, ex historia perdiscere cupiunt*, καὶ τὰς αἰτίας ἀκέσαι *et caussas cognoscere*, cet. Ortus videtur tam late patens significatus e more veterum, quo non solum auctor libri scripta sua recitans a pluribus *audiri* solebat, sed et doctores iunioribus scripta veterum praelegere et explicare in more habebant. Solemnem etiam Iudaeis fuisse librorum sacrorum praelectionem publicam vulgare est. Adeoque verba nostra intelligenda sunt, de patientia Iobi cognita vel ex propria libri Iobi lectione, vel ex facta ab aliis praelectione siue enarratione.

EPI-

EPISTOLA PETRI I.

CAP. I. v. 9.

Κομιζόμενοι τὸ τέλος τῆς πίστεως ὑμῶν σωτηρίαν ψυχῶν.

Τέλος τῆς πίστεως alii vertunt *finem fidei*, alii *mercedem fidei* f. *lucrum*, quae notio vltima *hebraifmi* poftulatur a nonnullis. Per *finem fidei fcopum ipfius* ad quem finis tendat, intelligi nolim. *Salus* enim *animae* non tam eft *fidei fcopus*, quam potius *obiectum*. Salus aeterna ob meritum Chrifti obtinenda, eft id, *quod creditur*, non *cur creditur*. Ab hoc fi difcedas, rectius erit vertere: *finem* f. *exitum fidei*, quum *bonus rei exitus* omnino pro *mercede* habendus et in *lucro* ponendus fit. Ex vfu nempe auctorum, τέλος notat id, *quod rem aliquam confequitur*, adeoque modo *mercedem* ac *lucrum*, modo *poenam* atque *damnum* inuoluit. Plutarchus in *Romulo* p. 36. animam hominis pii afferit, τὸ κάλλιστον καὶ μακαριώτατον τέλος ἀπολαμβάνειν, *optimum et beatiffimum obtinere finem*, fi poft mortem in Deorum numerum referatur. Idem de *gloria Athen.* p. 349. de lauto tragoedorum victu dicit: τοιαῦτα γὰρ τὰ ποιητικῆς τέλη, *hoc enim eft lucrum poëtices*, *nihilque ex ea fplendidius exfpectandum.* Iofephus *ant.* l. 5. c. 2. p. 146. τέλος οὐδὲν ἄξιον τοῦ χρόνου καὶ τῶν πόνων ηὕρισκε τῆς πολιορκίας, *non confequebatur dignum temporis mora et laboribus obfidionis exitum.* De *poena* vox vfurpatur infra c. 4, 17. et apud Iofephum *bell. Iud.* l. 7. c. 30. p. 986. προσῆκον ἕκαστοι τὸ τέλος εὕραντο, *conuenientem finguli habuerunt exitum*, vbi τέλος paulo poft per τιμωρίαν explicatur. Sic et *ant.* l. 6. c. 15. p. 204. τέλος μεταβολῆς de *exitu* et *poena mutationis* dici videtur.

v. 20.

v. 20.

Προεγνωσμένε μὲν πρὸ καταβολῆς κόσμε.

Verte: *qui ante decretus* f. *praedestinatus est*, *ante fundationem mundi.* Γινώσκειν sensu iudiciali notat *decernere*, *statuere.* Iosephus *ant.* l. 1. c. 12. p. 20. de Deo Sodomitas exusturo: ἔγνω τιμωρήσασθαι τῆς ὑπερηφανίας αὐτῶν, *decreuit superbiae ab illis poenas exigere.* Demosthenes adu. *Timocrat.* p. 469. ἃ μὲν ἔγνω τὸ δικαστήριον, *ea quae a iudicio decreta sunt*; ibid. p. 471. περὶ ὧν δικαστήριον ἔγνωκε; et *adu. Pantaenet.* p. 626. περὶ ὧν ἔγνω τὸ δικαστήριον, *ea de quibus sententiam tulerunt iudices.* Nec mirum, quod προεγνωσμένος h. l. referatur *ad personam.* Sic sane etiam in Latio loquuntur. Cicero *ad familiares epist.* 1. l. 1. *Crassus tres legatos decernit*, *nec excludit Pompeium*; et ibid. *epist.* 7. *Nam et stipendium Caesari decretum est et decem legati.* In hoc enim loquendi genere suppleri debet: *vt daretur*, *vt mitteretur* et similia.

CAP. II. v. 6.

Διότι περιέχει ἐν τῇ γραφῇ.

Recte vt puto vertunt; *continetur in scriptura*, ita vt περιέχει positum sit pro: περιέχεται. Similis esse videtur locus Iosephi *ant.* l. 11. c. 4. p. 366. *Mitto ad vos exemplar epistolae Cyri*, *quam in ipsius Commentariis inveni*, καὶ βέλομαι γίνεσθαι πάντα, καθὼς ἐν αὐτῷ περιέχει, *et volo*, *vt omnia fiant*, *quemadmodum in eo continetur.*

v. 8.

Οἳ προσκόπτεσι τῷ λόγῳ ἀπειθῦντες, εἰς ὃ καὶ ἐτέθησαν.

In phrasi postrema haesitant et in diuersa tendunt interpretes. Ego verto: *Quod etiam illis tributum*, f. *de illis dictum est.* Locutio: τιθέναι τινὰ εἰς τὶ notat, *alicui aliquid tribuere*, *adscribere*, *asserere aliquid de aliquo.* Plutarchus de *malignit. Herodot.* p. 868. τὰς τὰ ἔσχατα παθεῖν ἐπὶ τῷ μὴ προέσθαι τὸ καλὸν ὑπομείναντας εἰς

τὴν

τὴν αὐτὴν ἔθετο κακίαν τοῖς προθυμότατα Μηδίσασι, *iis, qui ne honestatem proderent, extrema sustinuerunt, eandem adscribit malitiam, ac iis, qui promtissime Medum secuti sunt.* Idem adu. *Colot.* p. 1114. de Parmenide dicit: εἰς μὲν τὴν τοῦ ἑνὸς καὶ ὄντος ἰδέαν τίθεται τὸ νοητὸν - - εἰς δὲ τὴν ἄτακτον καὶ Φερομένην τὸ αἰσθητὸν, *intelligibilibus tribuit formam vnius et exsistentis - - sensibilibus vero formam inordinatam et mutabilem.* Mens igitur Petri est: *Hoc infidelium praesertim Iudaeorum scandalum et* πρόσκομμα, *ad Christum lapidem angularem dudum a prophetis, Christo, aliisque assertum et praedictum esse.* Confer Ies. 8, 14. 15. Matth. 21, 42. 44. Luc. 2, 34. Rom. 9, 32. 33.

v. 15.

Ἀγαθοποιοῦντας Φιμοῦν τὴν τῶν ἀφρόνων ἀνθρώπων ἀγνωσίαν.

Verbum Φιμοῦν h. l. vertere potes: *coërcere, cohibere, reprimere.* Sic Iosephus *bell. Iud.* l. 6. c. 4. p. 906. Φιμούμενοι δὲ τά γε πάθη τῷ φόβῳ, *quum timor adfectus eorum reprimeret.* Idem de *Maccabaeis* c. 1. v. 35. Φιμοῦται πάντα τὰ τοῦ σώματος κινήματα, ὑπὸ τοῦ λογισμοῦ, *omnes corporis motus a ratione cohibentur.* Vide obseruata ad Matth. 22, 12.

Per ἀγνωσίαν *ignorationem* insipientium significatur, quod his hominibus neque Christiani quod ad indolem eorum et vitae rationes attinet, satis noti fuerint, neque illi sancta christianae religionis praecepta perspexerint. Ἀγνωσίαν de *ignoratione personarum* vsurpat Thucydides l. 8. p. 213. Athenienses narrans, non potuisse accurate computare et aestimare coniuratorum numerum, διὰ τὸ μέγεθος τῆς πόλεως, καὶ τὴν ἀλλήλων ἀγνωσίαν, *tum ob vrbis magnitudinem, tum quia ignoti inuicem erant.* Debebant pii *bene agendo ignorantiam reprimere et tollere, ne illi amplius possint* καταλαλεῖν αὐτῶν ὡς κακοποιῶν c. 3, 16.

v. 16.

Καὶ μὴ ὡς ἐπικάλυμμα ἔχοντες τῆς κακίας τὴν ἐλευθερίαν.

Ἐπικάλυμμα κακίας, *velamentum nequitiae* notat, non solum id, *quo nequitia tegitur* et *occultatur*, sed et quo *defenditur* et *excusatur*, ita vt idem sit ac πρόφασις *praetextus*, *obtentus*. Posteriori notione Lucianus de *merc. cond.* p. 461. *Plerique paupertatem et rerum necessariarum inopiam caussantes*, ἱκανὸν τοῦτο προκάλυμμα οἴονται προβεβλῆσθαι, τῆς πρὸς τὸν βίον τοῦτον αὐτομολίας, *satis idoneum hunc praetextum se obtendisse putant, quo suum ad vitam hanc transfugium excusent.* Iosephus *ant.* l. 7. c. 10. p. 241. Ioabum affirmat, pro caede Abneri habuisse πρόφασιν εὐπρεπῆ *honestum praetextum* fraternae vltionis, et subiicit: τοῦ δὲ Ἀμεσσᾶ φόνου, οὐδὲν τοιοῦτον ἔσχε παρακάλυμμα, *in Amasae vero caede nihil tale habuit, quod praetenderet.* Idem *bell. Iud.* l. 7. c. 30. p. 985. ἦν δ᾽ ἄρα τοῦτο πρόφασις εἰς παρακάλυμμα τῆς ὠμότητος, *erat hoc praetextus ad velandam crudelitatem.* Notione altera ibid. l. 6. c. 11. p. 910. προκάλυμμα τῆς ἐπιβουλῆς ποιησάμενος τὴν ἑορτὴν, *die festo ad occultandas insidias vtens.* Item *ant.* l. 16. c. 11. p. 567. Plutarchus de *audiend. poët.* p. 27. ἐχρήσατο τῆς ἀπορίας παρακαλύμματι, κοιμωμένῳ ποιήσας ὅμοιον ἑαυτὸν, *somno simulato vtebatur vt egestatis velamento.* Idem in *Galba* p. 1061. *Prouinciam sciens sibi datam esse*, φυγῆς ὑποκόρισμα καὶ παρακάλυμμα, *vt exsilii delinimentum et velamentum.* Dionysius Hal. *ant.* l. 6. p. 400. προκάλυμμα τῆς ἀπάτης *tegumentum fraudis.* Adde Philonem in *Flaccum* p. 971.

v. 23.

Παρεδίδου δὲ τῷ κρίνοντι δικαίως.

Controuersiam memini ante aliquot annos agitatam esse a viris duobus eruditis in *relation. litterar. Hamburgens.* quae iam ad manus non sunt, vtrum h. l. ad vocem παρεδίδου subaudiri debeat ἑαυτὸν, an vero τοῦτο siue τὴν κρίσιν. Ego

Ego ad componendes has lites, appositum esse iudico, vt vtrumque simul subintelligatur. Παρεδίδε ἑαυτὸν καὶ τὴν κρίσιν. Tuebor, quod asserui, exemplis similibus. Thucydides l. 4. p. 98. ἀπιϛεῦντές τε μὴ εἶναι τὲς παραδόντας τοῖς τεθνεῶσιν ὁμοίες, *quum non crederent, eos, qui se dedidissent, mortuis similes esse*; vbi Scholiastes p. 71. supplet: παραδόντας ἑαυτὲς καὶ τὰ ὅπλα; paulo ante enim dicitur: τὰ ὅπλα παραδεῦναι. Xenophon *Cyrop.* l. 4. p. 70. τὲς δὲ παραδιδόντας αἰχμαλώτες ἐλάβετε, *eo autem, qui sese tradiderunt egistis captiuos*; hic itidem supplere potes ἑαυτὲς καὶ τὰ ὅπλα. Iosephus *ant.* l. 10. c. 10. p. 340. ἐδενὸς γὰρ κακῦ πειραθήσεσθαι, παραδόντα τοῖς Βαβυλωνίοις, *nihil enim mali illi euenturum esse, si Babyloniis se dederet.* Hic subaudire potes, ἑαυτὸν καὶ τὲς ἑαυτῦ καὶ τὴν πόλιν; nam proxime antecedit παραδῦναι τὴν πόλιν. Dionysius Hal. *ant.* l. 7. p. 459. τῇ συνήθει πρᾳότητι παραδόντες, *ad consuetam nos recipientes lenitatem*; vbi suppleri debet ἑαυτές. Adde Marc. 4, 29.

CAP. III. v. 3.

Ὧν ἔςω ἐχ ὁ ἔξωθεν ἐμπλοκῆς τριχῶν καὶ περιθέσεως χρυσίων, ἢ ἐνδύσεως ἱματίων κόσμος.

De ἐμπλοκῇ τριχῶν, *crinium texturis* et *crispaturis* mulierum fusius loquitur Lucianus in *amorib.* p. 1057. τὸ δὲ πλεῖϛον ἀναλίσκει μέρος ἡ πλοκὴ τῶν τριχῶν, *maximam autem partem textura capillorum absumit*; vbi vide plura in sequentibus.

Τὰ χρυσία, *ornamenta aurea* generatim de omnibus, quae in mundo muliebri ex auro facta erant, intelligi possent. Lucianus l. c. p. 1058. de mulieribus luxui deditis dicit: ἄχρι τῶν ποδῶν ἐσχάτων καταβέβηκεν ὁ ἄθλιος χρυσὸς, *vsque ad extremos pedes miserum illud descendit aurum.* Demosthenes in *Olympiod.* in fine aurum cum vestibus coniungit, et meretricem nominat, χρυσία καλὰ ἔχεσαν καὶ ἱμάτια καλά. Idem in *Spudiam* in

in fine. Mulieres χρυσὸν φορέσας καὶ πορφύραν, *aurum et purpuram gestantes*, impensius ornatui studere quam par est, asserit Plutarchus *sympos.* l. 6. qu. 7. p. 693. et χρυσὸν καὶ πορφύραν in luctu ob necessarios deponebant matronae Romanae teste Dionysio Hal. *ant.* l. 8. p. 530. Vox tamen περίθεσις, quum ad τριχῶν referenda videatur, suadet τὰ χρυσία capitis praesertim ornamenta aurea notare. Totus quippe apparatus, qui ad ornandum caput muliebre spectabat, aureus esse solebat, de quo vide Iul. Pollucem l. 5. c. 16. Nicolaus Damasc. *excerpt. Vales.* p. 450. Iuuenem quendam muliebriter comtum, comam habuisse dicit, χρυσῷ ςρόφῳ κεκορυμβωμένην, *aureo strophiolo in altum collectam.* Κρωβύλȣς τε χρυσȣ̃ς, *cincinnos aureos* inter superuacanea refert Plutarchus de *Pythiae orac.* p. 406. Solebant quoque veteres ramenta aurea capillis inspergere. Iosephus *ant.* l. 8. c. 2. p. 271. de equitibus Salomonis stipatoribus dicit: ψῆγμα δὲ χρυσίȣ, καθ' ἡμέραν αὐτῶν ἐπέσηθον ταῖς κόμαις, *ramentis aureis capillum quotidie spargebant, vt a radiis Solaribus fulgor a capitibus eorum reflecteretur.* Tibullus l. 1. *eleg.* 8. *Quid tibi nunc molles prodest coluisse capillos, saepeque mutatas disposuisse comas? Quid fuco splendente comas ornare? quid vngues Artificis docta subsecuisse manu?* Vbi tamen etiam per *fucum splendentem* intelligere potes pharmacum illud, ᾧ τὴν κόμην αἱ γυναῖκες ἐναλειφόμεναι ποιȣ̃σι χρυσοειδῆ καὶ πυῤῥὰν, *quo mulieres comam inungentes, illam auri more rutilam et fuluam faciunt*, teste Plutarcho in *amator.* in fine; adde Lucianum l. c. p. 1078.

Similis est sententia in hoc Plutarchi *coniug. praec.* p. 141. κόσμος ἐςὶν (ὡς ἔλεγε Κράτης) τὸ κοσμȣ̃ν. Κοσμεῖ δὲ τὸ κοσμιωτέραν γυναῖκα ποιȣ̃ν· ποιεῖ δὲ ταύτην ȣ̓ χρυσὸς ȣ̓́τε σμάραγδος ȣ̓́τε κόκκος, ἀλλ' ὅσα σεμνότητος, εὐταξίας, αἰδȣ̃ς ἔμφασιν περιτίθησιν, *ornatus vt dicebat Crates, est id, quod ornat. Ornat vero, id quod decentiorem reddit mulierem, non autem id aurum potest, aut smaragdus aut tinctura coccinea, sed quicquid grauitatis,*

modestiae ac verecundiae praebet indicium. Idem in *Phocione* p. 750. de vxore huius ducis haec habet: *Cum hospita quaedam Ionica*, χρυσῦν καὶ λιθοκόλλητον κόσμον, *mundum aureum gemmisque distinctum ex crinium ornamentis et monilibus constantem illi ostenderet, mihi inquit* κόσμος ἐστὶ, *mundus est Phocion vigesimum iam annum dux Atheniensis.* Vide eandem historiam apud Stobaeum *serm.* 5. p. 66. et narrationem similem de vxore Philonis ibid. *serm.* 72, p. 443.

v. 7.

Οἱ ἄνδρες ὁμοίως συνοικῦντες κατὰ γνῶσιν, ὡς ἀσθενεστέρῳ σκεύει τῷ γυναικείῳ ἀπονέμοντες τιμήν.

Συνοικῦντες, *connubio iuncti viuant* ad totum respicit vitae consortium, in quo iusto copulati matrimonio vitam transigunt. Est haec frequentior vocis notio, quae apud Graecos antiquiores, ni fallor, sola occurrit. Demosthenes in *Neaeram* p. 534. scopum τῦ συνοικεῖν esse dicit, vt liberi gignantur legitimi et ingenui et ab hoc distinguit τὸ ἑταίρας καὶ παλλακὰς ἔχειν, quod vel voluptatis caussa, vel ob quotidianam corporis curam fieri soleat. Plura dabunt alii. Scriptores recentiores quodammodo, interdum verbum hoc *de sola veneris consuetudine* vsurpant. Plutarchus de *liber. educ.* sub init. συνοικεῖν ἑταίραις ἢ παλλακαῖς. Diogenes Laërtius l. 4. c. 6. §. 16. ἑταίραις συνῴκει φανερῶς. Athenaeus l. 13. p. 588. ὦ Ἀρίστιππε κοινῇ συνοικεῖς πόρνῃ.

Mulierum Romanarum Marcio obuiam euntium coetum, τὸ ἀσθενὲς τῆς πόλεως μέρος, *partem vrbis debiliorem* vocat Dionysius Hal. *ant.* l. 8. p. 515.

Τιμὴν ἀπονέμειν *honorem tribuere, exhibere*, idem est, ac τιμὴν περιτιθέναι, s. δῦναι 1 Cor. 12, 23. 24. quod ibid. etiam τοῖς ἀσθενεστέροις fieri dicitur v. 22. Lucianus *Prometh.* p. 116. *Quomodo aut victimas diis immolassent*, ἢ τὰς ἄλλας ὑμῖν τιμὰς ἀπένειμαν, *aut reliquos vobis honores tribuissent.* Aristoteles *politic.* l. 5. c. 11. p. 515. sibi opponit τιμὰς ἀπονέμειν *honores conferre* et κολάσεις

poenas

poenas infligere. Lycurgus in *Leocrat.* p. 133. similiter *μεγίςας τιμὰς ἀπονέμειν* opponit *τῷ κολάζειν.* De honore quem superior inferiori exhibet, phrasin aliquoties habet Iosephus, vti *in vita sua* p. 1031. Vbi narrat se in comitatu Titi Romam nauigasse. *Σύμπλουν ἐδέξατό με πᾶσαν τιμὴν ἀπονέμων, nauigationis me assumsit socium, omnem mihi honorem tribuens.* Idem *ant.* l. 20. c. 2. p. 687. *τιμὴν ἀπονέμων ταυτηνὶ ὡς ἂν μείζονι βασιλεῖ, hunc illi vt regi maiori honorem tribuens.* Vid. ibid. paulo post. item *ant.* l. 14. c. 27. p. 504. vbi Antonius Herodi *τιμὴν ἀπονεῖμαι, honorem exhibuisse* dicitur. Adde ibid. l. 1. c. 8. p. 16. et l. 20. c. 8. p. 701. *Τιμὴν νέμειν* habes ibid. l. 4. c. 8. p. 126. et l. 6. c. 5. p. 176. *τιμὴν προσνέμειν* vero l. 19. c. 5. p. 675.

CAP. IV. v. 1.

Χριςοῦ οὖν παθόντος ὑπὲρ ἡμῶν σαρκὶ, καὶ ὑμεῖς τὴν αὐτὴν ἔννοιαν ὁπλίσασθε· ὅτι ὁ παθὼν ἐν σαρκὶ, πέπαυται ἁμαρτίας.

Emphatica est locutio: *eadem vos armate mente.* Hostes contra quos animum Christi induendo, se munire debent pii, sunt adflictiones et persecutiones ob Christum sustinendae. Arma vero quibus instructus perpessiones subibat Christus erant, *animi alacritas, preces* et *lacrymae, patientia* et in Deum patrem *fiducia.* Similiter loquuntur profani. Apud Iosephum de *Maccab.* c. 13. fratres Maccabaei contra imminentes cruciatus his se firmant verbis: *καθωπλισώμεθα τοιγαροῦν τὴν τοῦ θείου λογισμοῦ ἐγκράτειαν, armemus nos diuinae rationis continentia.* Idem *bell. Iud.* l. 3. c. 14. p. 843. *τὴν κοινὴν τῆς πόλεως ἀπόγνωσιν ὁπλισάμενος, communi desperatione ciuitatis armatus.* Ibid. *ant.* l. 6. c. 10. p. 189. Dauid ad Goliathum dicit: *Ego te inuadens, τὸν Θεὸν ὥπλισμαι, Deo armatus sum.* Idem *bell. Iud.* l. 1. c. 20. p. 767. A Diodoro Siculo *excerpt. Vales.* p. 234. Harmodius et Aristogiton *τῇ τοῦ Σόλωνος νομοθεσίᾳ καθωπλισθέντες τὰς ψυχὰς,*

per Solonis leges ac disciplinam armati esse dicuntur ad exstinguendam Pisistratidarum tyrannidem. Libanius *epist.* 551. p. 268. ἐπειδὴ καλῶς εὕρισκεν ὡπλισμένην τῇ σωφροσύνῃ, *quoniam pudicitia illam probe munitam offendit.* Adde Dionysium Hal. *ant.* l. 10. p. 639. et Luciani *Ocypum* p. 1072.

Πεπαῦσθαι ἁμαρτίας vertunt vulgo, *desistere, desinere a peccato.* Haud plane id quidem reiiciendum est. Sic Isocrates cont. *Lochitem* in fine, παύσασθαι τῆς παρούσης ἀσελγείας, *a praesenti desistere petulantia.* Idem *epist.* 3. p. 610. παυσαμένους τῆς μανίας καὶ τῆς πλεονεξίας, *omissa insania et auaritia.* Sed foecundior et nitidior enascitur sensus, si vertas: *liberatur, s. immunitatem nanciscitur a peccato.* Vidit hoc vir acutissimus I. A. Bengelius, qui in *Gnomone* vertit: *pausam, immunitatem nactus est.* Quum calamitates et adflictiones hominem pium hostis instar excruciant, sedatior in eo fit hostis alter, peccatum inhabitans, nec eum aeque ac in rebus prosperis stimulat, pungit, trahit et allicit. Saepe παύεσθαι est, *liberari* et *expediri* iis, quae non prorsus nostri sunt arbitrii. Lysias *orat.* 18. p. 297. πεπαυμένοι τῆς ὀργῆς, *quorum ira iam sedata est.* Diodorus Sic. l. 17. c. 56. p. 142. παύσασθαι πόνων καὶ πολυχρονίων κινδύνων, *se a laboribus et diuturnis periculis quietem habiturum.* Plutarchus de *genio Socr.* p. 593. πεπαυμένοι τῶν περὶ τῶν βίον ἀγώνων, *vitae aerumnis liberati.* *Diogenes* Laërt. l. 6. c. 2. §. 6. τοῦ λιμοῦ παύσασθαι *fame liberari.* Hippocrates *morb. vulgar.* sect. 7. p. 235. τοῦ μὲν κνησμοῦ ἐπαύσατο καὶ τῆς παχυδερμίης, *prurigine et cutis crassitudine liberatus est.* Aristoteles de *mirabil. ausc.* p. 1094. παύσασθαι τῆς ἀλγηδόνος. Euripides in *Hippolyt.* v. 512. παύειν νόσου. Genitiuus pendet a vocula ἐκ supplenda. Plene idem in *Electra* v. 1108. ἐκ τόκων πεπαυμένη, *partu liberata.*

v. 4.

Ἐν ᾧ ξενίζονται, μὴ συντρεχόντων ὑμῶν εἰς τὴν αὐτὴν τῆς ἀσωτίας ἀνάχυσιν.

Ξενίζεσθαι est *mirari* aliquid, ob aliquid ceu nouum et inexspectatum *obstupescere*. Iosephus *ant.* l. 1. c. 2. p. 5. ξενιζόμενον δὲ ἐπὶ τοῖς ἄλλοις ζώοις οὕτως ἔχουσιν, *mirantem*, *quod reliquae animantes ita se haberent*. Ibid. τὸν δὲ Θεὸν ἐξένιζεν τὸ πραττόμενον, *Deus vero rem factam mirabatur*. Ibid. p. 6. Polybius *excerpt. Vales.* p. 149. ξενισθεὶς τῇ τοῦ μειρακίου καταρχῇ τῶν λόγων, *oratione adolescentis obstupefactus*. Adde Antoninum de *reb. suis* l. 7. §. 58.

Ἀνάχυσις *exundationem*, *effusionem*, *diffusionem* proprie notat. Aelianus *hist. anim.* l. 16. c. 15. p. 924. ὑπὲρ τοῦ τὰς ἐκ τῶν ποταμῶν ἀναχύσεις τε καὶ ἐπικλύσεις διαδιδράσκειν, *vt fluminum exundationes et alluuiones effugiant*. Strabo l. 3. p. 211. αἱ δὲ ἀμπώτεις ἐν ταῖς ἀναχύσεσιν εἰσὶ βλαβεραί, *defluxus maris in effusionibus istis sunt damnosi*. Paulo post: πρὸ τῶν ἀναχύσεων, *ante exundationes*, vbi paulo ante vox alio sensu posita videtur. Philo de *mundo corrupt.* p. 956. narrat, Stoicos mundi olim exurendi χύσιν siue ἀνάχυσιν ἀπέραντον, *diffusionem infinitam* statuere. Hinc improprie *effusio* ἀσωτίας *intemperantiae* s. *perditi vitae generis* idem erit ac *effusissima intemperantia*. Ἐκκεχυμένας ἡδονὰς *voluptates effusas* habet Themistius *orat.* 23. p. 295. *Effundi* siue *effusi esse* dicuntur in peccata τῆς ἀσωτίας, quae v. 3. panduntur latius, ob animi impetum et impotentiam, quo in ista ruunt et feruntur. Vide dicta ad στέγειν 1 Cor. 13, 7. et ad ἐξεχύθησαν Iud. 11. Idem puto innuisse Svidam, dum ἀνάχυσιν explicat per βλακείαν, ἔκλυσιν.

EPISTOLA PETRI II.

CAP. I. v. 4.

Ἵνα διὰ τέτων γένησθε θείας κοινωνοὶ φύσεως.

Phrasis haec notare posset 1) Deificationem s. transmutationem essentialem. Sic impius homo Caligula apud Philonem *legat. ad Caium* p. 1042. se dicit: Θεὸς κεκληρῶσθαι φύσιν, i. e. *se Deum esse*. Vbi tamen phrasis non est prorsus eadem. Vt vero h. l. hanc admittamus interpretationem, neque res ipsa patitur, neque nexus sermonis. 2) *Participatio diuinae naturae*, in communione quadam diuinae indolis s. imitatione attributorum eius moralium consistere posset, Saepe Graeci φύσιν vsurpant pro *indole*. Iosephus *ant.* l. 10. c. 6. p. 336. de Ioakimo dicit: ἐτύγχανε ὢν τὴν φύσιν ἄδικος καὶ κακὲργος, *impiae erat et malignae indolis*. Ibid. l. 14. c. 2. p. 469. τῆς δ' ἐναντίας φύσεως ἦν Ἀριςόβελος, *contrariae indolis erat Aristobulus, industrius simul et magnanimus*. Adde *bell. Iud.* l. 4. c. 16. p. 878. Non excludenda erit h. l. haec notio, quamuis illa phraseos sensum et vim non satis exhauriat. Oritur nempe κοινωνία θείας φύσεως ex θείᾳ δυνάμει v. 3. quae vires largitur ad vitam spiritualem et pietatem pertinentes. Adeoque in eo praecipue consistit *diuinae naturae communio*, quod perpetuo gaudeant fideles virium diuinarum influxu, et perfectionibus omnes humanae naturae dotes exsuperantibus; hanc vero sibi inesse vim diuinam, eo ipso pii ostendunt, *dum quae in mundo est in concupiscentia corruptionem effugiunt*. Proxime huic sensui accedit locutio Iosephi l. 1. *cont. Apion.* p. 1052. vbi sacerdos quidam Aegyptius dicitur, θείας δοκῶν μετεσχηκέναι φύσεως κατά τε σοφίαν καὶ πρόγνωσιν τῶν ἐσομένων, *diuinae naturae particeps visus esse, ob sapientiam et praescientiam futurorum*. Nec adeo dissimile est, quod de Hannibale

nibale in Gallia per fraudem nunc iuuenis nunc ſenis, nunc mediae aetatis viri ſpeciem praebente, narrat Appianus de *bell. Hannib.* p. 548. Dicit de Gallis: *θαυμάζοντες ἐδόκουν, θειοτέρας φύσεως λαχεῖν, mirabundi iudicabant, diuiniorem illi ineſſe naturam.*

v. 5.

Καὶ αὐτὸ τοῦτο δὲ σπουδὴν πᾶσαν παρεισενέγκαντες, ἐπιχορηγήσατε.

Durior videtur ellipſis, qua αὐτὸ τοῦτο, dictum putant, pro εἰς αὐτὸ τοῦτο, vt non deſint exempla, in quibus εἰσφέρειν σπουδὴν cum εἰς iungitur. Omiſſum cenſeo κατὰ, et κατ' αὐτὸ τοῦτο poſitum eſt, pro ἐν αὐτῷ τούτῳ. Reſpicit locutio ad τὴν εὐσέβειαν v. 3. et ad τὸ ἀποφυγεῖν φθορὰν v. 4. In pietate colenda et fugiendis prauis cupiditatibus omnis induſtria collocanda eſt. Ellipſin eandem ſiſtit Euripides in *Andromach.* v. 906. τοῦτ' αὐτὸ καὶ νοσοῦμεν, *hac ipſa in re languemus.* Adde dicta ad τὸ δ' αὐτὸ Matth. 27, 44.

Haud infrequens eſt phraſis σπουδὴν εἰσφέρειν veteribus. Ioſephus *ant. Iud.* l. 11. c. 8. p. 385. πᾶσαν εἰσενεγκάμενος σπουδὴν, ᾠκοδόμησεν ὁ Σαναβαλλέτης τὸν ναὸν, *Saneballat omni ope adnitens templum aedificauit.* Ibid. l. 20. c. 8. p. 698. πᾶσαν εἰσενέγκατο σπουδὴν καὶ πρόνοιαν, *omnem curam et diligentiam adhibuit, vt pacaret prouinciam.* Diodorus Siculus l. 17. c. 39. p. 126. τοσαύτην εἰσενέγκατο σπουδὴν, εἰς τὴν κατασκευὴν τῆς δυνάμεως, *tantum ad redintegrationem exercitus ſtudii impendit.* Idem *excerpt. Valeſ.* p. 242. πᾶσαν εἰσενέγκατο σπουδὴν, *omnem adhibuit induſtriam, vt ſenem morbo liberaret.* Ibid. p. 342. μεγάλην εἰσφέρεσθαι σπουδὴν; et p. 393. μεγίστην εἰσενέγκατο σπουδήν. Dionyſius Hal. *ant.* l. 1. p. 565. εἰς ἓν τοῦτο πᾶσαν εἰσφερόμενοι βουλήν τε καὶ πρόνοιαν, *id vnum omni conſilio et cura agentes.*

v. 9.

Λήθην λαβὼν τοῦ καθαρισμοῦ τῶν πάλαι αὐτοῦ ἁμαρτιῶν.

Λήθην λαμβάνειν eſt, *obliuiſci, obliuione capi.* Athenaeus l. 12. c. 5. p. 523. λήθην λαβόντες τῆς Κρητῶν περὶ τὸν

βίον εὐκοσμίας, Cretensium in victu frugalitatis et temperantiae obliti. Tritum est hoc loquendi genus. Iosepho, e. g. *ant.* l. 2. c. 3. p. 50. *Vos quoque ipsos iubeo*, λήθην ἐκείνων λαβόντας, *temporis huius immemores*, *bono animo esse.* Ibid. c. 5. p. 54. *Beneficiorum Iosephi*, διὰ χρόνε μῆκος λήθην λαβόντες, *ob temporis longitudinem obliti.* Ibid. l. 4. c. 8. p. 130. μὴ λήθην λαβεῖν τῆς Ἀμαληκιτῶν ὕβρεως, *ne obliuiscerentur iniuriae ab Amalekitis acceptae.* Ibid. l. 5. c. 1. p. 144. l. 10. c. 12. p. 351. et l. 14. c. 27. p. 504.

v. 19.

Ὦ καλῶς ποιεῖτε προσέχοντες, ὡς λύχνῳ φαίνοντι ἐν αὐχμηρῷ τόπῳ.

Quod αὐχμηρὸς sit: *obscurus*, vereor vt ex auctoribus Graecis probare possis, si ab antiquis h. l. versionibus, Svida et similibus auctoritatibus discesseris. Αὐχμηρὸς τόπος est, *locus siccus*, *siticulosus*, *desertus*; ἐν αὐχμηρῷ τόπῳ idem est ac במדבר, ἐν ἐρήμῳ. Plutarchus de *Isid. et Osir.* p. 364. coniungit: τὸ αὐχμηρὸν καὶ πυρῶδες καὶ ξηραντικὸν, *siccum et igneum et exsiccandi vim habens*; et iterum p. 365, τὸ αὐχμηρὸν καὶ πυρῶδες. Propius nostrae locutioni accedit Lucianus in *Prometh.* p. 113. εἰ ἐπιβλέψειας τὴν γῆν ἐκέτι αὐχμηρὰν καὶ ἀκαλλῆ ἔσαν, ἀλλὰ πόλεσι καὶ γεωργίαις καὶ φυτοῖς ἡμέροις διακεκοσμημένην, *si terram adspicias non amplius desertam et informem, sed vrbibus agricultura et mitibus plantis exornatam.* Sic et Plutarchus in *Lucullo* p. 516. τὲ γε Πομπηΐε μακρὰν ὁδὸν διὰ τόπων ἀνύδρων καὶ αὐχμηρῶν ὁδεύσαντος, *quum Pompeius longa via per loca siticulosa et arida venisset.* Ἄνυδροι τόποι Matth. 12, 43. sunt *loca deserta.* Graeci 1 Sam. 23, 14. pro בהר במדבר זיף ponunt: ἐν τῇ ἐρήμῳ Ζεὶφ, εἰς ὄρος τὸ αὐχμῶδες ἐν γῇ αὐχμώδει; et v. 15. pro במדבר זיף habent, ἐν τῷ ὄρει τῷ αὐχμώδει Ζεὶφ. Viator in desertis nocte oppressus, eminus fulgentem auide sectatur lucernam. Piis vero ad Canaanem coelestem per deserta migrantibus verbum Domini est λύχνος τοῖς ποσὶ καὶ φῶς ταῖς τρίβοις, Psalm. 119, 105.

CAP.

CAP. II. v. 3.

Καὶ ἐν πλεονεξίᾳ πλαστοῖς λόγοις ὑμᾶς ἐμπορεύσονται· οἷς τὸ κρίμα ἔκπαλαι οὐκ ἀργεῖ, καὶ ἡ ἀπώλεια αὐτῶν οὐ νυστάζει.

Ἐμπορεύεσθαι accusatiuo iunctum, est *quaestum ex aliqua re facere, negotiari, nundinari.* Vertere igitur posses: *effictis verbis quaestum ex vobis facient;* aut etiam: *effictis verbis quaestus gratia vos decipient:* Iosephus *ant.* l. 4. c. 6. p. 115. ἐμπορευσάμεναι τὴν ὥραν τὴν τοῦ σώματος, *forma corporis ad quaestum vsurae.* Philo in *Flaccum* p. 984. ἐνεπορεύετο τὴν λήθην τῶν δικαστῶν, *quaestum faciebat ex obliuione iudicum, parti quae vicisse debuerat, adscribens litem perditam.* Ἐμπορεύεσθαι τὴν σοφίαν *sapientiam venalem habere* dicit Themistius *orat.* 23. p. 298. Dicitur hoc ἐν λόγοις ἐμπορεύεσθαι, καθάπερ οἱ λεγόμενοι λογέμποροι καὶ μὴ κατὰ φύσιν φιλοσοφοῦντες, ἀλλ' οἱ τοὺς λόγους καπηλεύοντες, quae verba vide in Scholiis ad Euripidis *Hippolyt.* v. 953. Eadem notione ἐμπολᾶν reperitur in Sophoclis *Antigon.* p. 229. vbi cum Creon Tiresiam vatem hortatus esset, ne falsi quid ἐπὶ κέρδεσιν *lucri gratia* ad eum diceret, addit: ὡς μὴ 'μπολήσων ἴσθι τὴν ἐμὴν φρένα, *ne quaestus gratia animum meum decipias.*

Ἔκπαλαι, *iamdudum, iampridem* tuetur se auctoritate Iosephi *bell. Iud.* l. 7. c. 19. p. 980. τοῖς ἔκπαλαι καθωρθωμένοις γραφῆς τε καὶ πλαστικοῖς ἔργοις et Plutarchi de *sera num. vind.* sub init. ἔκπαλαι δὲ ἠγανάκτουν; Idem *an seni ger. reip.* p. 792. ἔκπαλαι κατειργασμένον αὐταῖς. Idem in *Eumene* p. 592. ᾐσθημένους ἔκπαλαι τοὺς πολεμίους ἀπαντᾶν. Ibid. p. 595. ἔκπαλαι Ῥωμαίοις ἐθέλευον. Idem in *Demetrio* p. 914. τὸν βίον ὃν ἔκπαλαι ποθῶν καὶ διώκων.

Verba ἀργεῖ et νυστάζει notionem hic habent rariorem et emphaticam. Τῷ κρίματι καὶ τῇ ἀπωλείᾳ tribuuntur praedicata, quae Deo iudici proprie competunt. Sensus enim est: Perniciem his hominibus non solum dudum ac certo a Deo destinatam esse, sed et prope iam imminere, et Deum eandem dudum molitum et in inferenda illa ve-

luti occupatum fuisse. Sic Polybius l. 3. c. 5. p. 224. de labore suo historico dicit: οὐκ ἀργήσειν τὴν ὑπόθεσιν, *non neglectum iri hoc argumentum*, etiamsi ipse morte praepeditus illud absoluere nequeat. Plutarchus in *Numa* p. 63. *Qui excitat, neque obsolescere patitur*, καὶ ἀργεῖν τὴν ἐν σοὶ τοσαύτην δικαιοσύνην, *neque otiosam esse, tantam tuam iustitiam*. Phrasi posteriori ἀντίτυπον est hoc Euripidis in *Hecuba* v. 662. ὡς οὔποθ' εὕδει λυπρά σου κηρύγματα, *vt nunquam dormiunt tristia tua praeconia*. Aelianus *excerpt. ex Suida* voce βραγχίδαι p. 790. οὐ μὴν ἐκάθευδεν ἡ τοῦ Θεοῦ πρόνοια, *non tamen dormiebat diuina prouidentia*.

v. 5.

Ἀλλ' ὄγδοον Νῶε δικαιοσύνης κήρυκα ἐφύλαξε.

Ὄγδοος Νῶε i. e. *Noah cum septem aliis*; quod genus loquendi haud quaquam rarum est aut inusitatum. Appianus *bell. Pun.* p. 12. τρίτος δὲ ποτὲ ἐν σπηλαίῳ κρυπτόμενος ἔλαθε, *interdum cum duobus comitibus in spelunca latebat*. Multo tamen frequentius est, vt numerali addatur vox αὐτός. Andocides *orat.* 4. p. 295. αἱρεθεὶς ἐπὶ τούτῳ δέκατος αὐτὸς, *ipse cum nouem aliis ad hoc electus*. Aeschines de *fals. legat.* p. 271. δέκατος δ' αὐτὸς πρεσβεύσας, μόνος τὰς εὐθύνας δίδωμι, *cum decimus ipse legatus fuerim, solus rationes reddo*. Demosthenes adu. *Midiam*. p. 401. αἱρεθέντα ἐξ Ἀθηναίων ἁπάντων τρίτον αὐτόν. Idem *or.* 2. *in Aphob.* p. 558. μνῶν οὐδ' ἑβδομήκοντα ἄξια τρίτος αὐτὸς ἀποδεδωκώς. Lucianus *Ver. hist.* l. 1. p. 719. *Praeerat illis Nycterion Eudianactis filius*, τρίτος αὐτὸς, *cum duobus aliis*. Saepe sic loquitur Thucydides; e. g. l. 1. p. 11. *Corinthiorum dux erat Zenoclides Euthyclis* πέμπτος αὐτὸς *cum quatuor aliis*; l. 2. p. 37. *Pericles Xanthippi dux Atheniensium* δέκατος αὐτὸς, *cum nouem aliis*; l. 2. p. 53. *Dux erat Xenophon Euripidis fil.* τρίτος αὐτὸς; l. 3. sub init. *Dux erat Cleippides Diniae* τρίτος αὐτὸς; l. 4. p. 98. *Dux erat NiciasNcerati* τρίτος αὐτὸς; l. 5. sub init. *Phaeax Erasistrati* τρίτος αὐτός.

v. 6.

Καὶ πόλεις Σοδόμων καὶ Γομόῤῥας τεφρώσας καταστροφῇ κατέκρινεν, ὑπόδειγμα μελλόντων ἀσεβεῖν τεθεικώς.

B. Bengelius vocem *καταστροφῇ* cum *τεφρώσας* construere videtur in *Gnomone*. Alii plerique eam cum *κατέκρινε* iungunt et auferendi casu vertunt: *subuersione* s. *excidio damnauit* i. e. *puniuit*. At perquam insolens videtur haec constructio. Ego verto: *In cineres redigens damnavit ad euersionem*. Sic Marc. 10, 33. *κατακρινοῦσιν αὐτὸν θανάτῳ*. Arrianus *Dissert. Epict.* l. 1. c. 1. ἐλθ' ὅτι κατακέκρισαι· φυγῇ φησιν ἢ θανάτῳ; φυγῇ, *veni, nam damnatus es. Num capitis inquit, an exsilio? exsilio. Condemnatio* vero saepe simul includit sententiae *exsecutionem*; vide Marc. 16, 16. Rom. 8, 3.

Ὑπόδειγμα, *exemplar* perperam damnatur a Phrynicho. Cum genitiuo vti h. l. connectitur apud Iosephum *bell. Iud.* l. 2. c. 28. p. 808. ἀλλ' οὐκ εἰς ὑπόδειγμα τῶν ἄλλων ἐθνῶν καταφλέξειν μὲν τὴν ἱερὰν πόλιν, *quod non in exemplum aliarum gentium, vrbem hanc combusturi sint*. Phrasis nostrae similis est ibid. l. 7. c. 8. p. 948. καλὸν ὑπόδειγμα βουλομένῳ σώζειν τὴν πατρίδα σοι πρόκειται βασιλεὺς Ἰουδαίων Ἰεχονίας, *bonum tibi exemplum patriam seruare cupienti propositum est Iudaeorum rex Iechonias*. Vid. ibid. paulo post. Πρόκεινται δεῖγμα Iud. 7. Ὑπόδειγμα habent praeterea Iosephus *bell. Iud.* l. 1. c. 14. p. 743. et c. 17. p. 757. Demosthenes *orat.* 3. *in Philip.* p. 49. vbi ὑποδείγματα καὶ παραδείγματα iunguntur, dum sana est lectio. Polybius l. 8. c. 18. p. 736. l. 9. c. 15. p. 772. et c. 24. p. 783. Hippocrates *epist. ad Damaget. sect.* 8. p. 16. Plutarchus *apophth.* p. 183. et de *placit. philos.* l. 1. c. 7. p. 881. Appianus *bell. Pun.* p. 87. Phurnutus de *natur. Deor.* c. 14. p. 158. et c. 27. p. 206.

v. 7.

Καταπονούμενον ὑπὸ τῆς τῶν ἀθέσμων ἐν ἀσελγείᾳ ἀναστροφῆς.

Καταπονεῖσθαι est, *vexari, adfligi, premi, excruciari*, et h. l. idem fere est ac *βασανίζεσθαι* v. 8. quippe v. 8. distinctius

stinctius docet, in quanam re hi *cruciatus* fuerint siti. Iosephus *ant.* l. 7. c. 7. p. 224. ἂν ὑπὸ τῶν Ἀμμανιτῶν αὐτὸν καταπονέμενον θεάσηται, *si ipsum premi ab Ammonitis videret* Ibid. l. 3. c. 2. p. 75. Ibid. l. 17. c. 12. p. 605. *Sabinus Caesaris procurator ibi remanens*, μεγάλως τὲς Ἰεδαίες κατεπόνει, *pessime Iudaeos vexabat*. Ibid. l. 19. c. 7. p. 679. ταῦτα λέγων ἐπιτάσει τῆς ὀδύνης κατεπονεῖτο, *haec locutus crescente dolore discruciabatur*. Adde *bell. Iud.* l. 1. c. 2. p. 711. lib. 2. c. 5. p. 779. c. 26. p. 801. c. 27. p. 802. Theophrastus *char. eth.* c. 9. p. 585. *Auditores* - - καταπονῦντες ταῖς ψευδολογίαις, *falsis narrationibus taedio adficientes*. Aeschines de *fals. legat.* p. 251. τὸν δῆμον καταπεπονημένον, καὶ σφόδρα ἐπιθυμῦντα τῆς εἰρήνης, *populum bello vexatum et pacis perquam cupidum.*

Ἄθεσμος, *exlex, legum contemtor, legibus repugnans.* Vox haec *de personis* rarius occurrit. Habes tamen eam infra c. 3, 17. et apud Plutarchum *orat.* 1. p. 328. de *fort. Alex.* p. 328. ὐδὲ ἄθεσμα καὶ ἀνήκοα φῦλα νόμες διδάσκοντες καὶ εἰρήνην ἐπῄεσαν, *neque exleges et contumaces gentes pacem legesque docendo terras peragrabant.*

v. 8.

Ἡμέραν ἐξ ἡμέρας ψυχὴν δικαίαν ἀνόμοις ἔργοις ἐβασάνιζεν.

Verba ἡμέραν ἐξ ἡμέρας, *in dies* cum hebraicis יום יום confert Grotius, quasi subesset *hebraismus*. Imo vtique pro מיום ליום Esth. 3, 7. Graeci habent ἡμέραν ἐξ ἡμέρας. Similiter tamen auctores. Euripides in *Rheso* v. 445. ἡμέραν δ' ἐξ ἡμέρας πίπτεις, *diem de die labi finis.* Propius accedit hoc Heniochi apud Stobaeum *serm.* 39. p. 241. αὐτὰς ξενίζεσ' ἡμέραν ἐξ ἡμέρας, ἀβελία, *ipsas indies hospitio excipiens imprudentia.* Recte obseruarunt alii ἡμέραν poni elliptice pro εἰς ἡμέραν. Sic enim plene Theocritus *idyll.* 18. v. 15. *Nam et vespere et mane*, κεἰς ἔτος ἐξ ἔτεος Μενέλαε τεὰ νυὸς ἥδε, *et de anno in annum, haec tua Menelae sponsa erit.* Sic Aeschines in *Timarch.* p. 179. χρόνες ἐκ χρόνων Demosthenes de *fals. legat.*

gat. p. 202. ἐλπίσιν ἐξ ἐλπίδων. Idem de *corona* p. 357. λόγον ἐκ λόγε λέγων. Aeschines de *fals. legat.* p. 271. πόλεμον ἐκ πολέμε πολιτευόμενοι. Polybius l. 15. c. 32. p. 1002. βασιλεῖς ἐκ βασιλέων, vbi verba iterata rei iterationem et repetitionem significant.

Βασανίζειν *excruciare* de *cruciatibus* hic ponitur ex animi moerore et indignatione ortis, vt in hoc Luciani in *Tyrannic.* p. 797. λύπῃ προβασανίσας πολλῇ, *multo illum antea moerore excrucians.*

v. 14.

Ὀφθαλμὲς ἔχοντες μεςὲς μοιχαλίδος καὶ ἀκαταπαύςες ἁμαρτίας.

Elegans et neruosa est locutio *oculos* sistens *plenos adultera.* Notat illa impuros homines 1) ex adulterae praesentis *intuitu oculos pascentes et exsatiantes*, 2) absentis *imaginem* quasi viuam et nunquam euanescentem *in oculis ferentes*, adeoque feruore quodam atque furore libidinis correptos. Sic Achilles Tatius l. 1. p. 21. *Reliqui coenae voluptatem ventri largiti erant*, ἐγὼ δὲ εὐωχίαν ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς φέρων, τῶν τε τῆς κόρης προσώπων γεμισθεὶς, *ego vero epulas in oculis ferens, puellae imagine exsatiabar.* Adde l. 7. p. 423. Themistius *orat.* 3. p. 47. *Prius voluptas erat amatoris festinantis*, καὶ ἀποπλῆσαι τὴν ὄψιν ἐπτοημένε, *et visum implere intemperanter ardentis.* Achilles Tatius l. 6. p. 367. *Cum Sosthenes - - Leucippes formam laudibus in coelum tolleret*, μεςὸς γενόμενος ἐκ τῶν εἰρημένων, ὡσεὶ κάλλες φαντάσματος, *ille* (Thersander) *ex eo sermone plenus factus erat imagine quadam pulchritudinis.* Idem l. 1. in fine, de Leucippe absento dicit: *Mihi nihilominus adesse videbatur*, ἀπελθῦσα γὰρ τὴν μορφὴν ἐπαφῆκέ με τοῖς ὀφθαλμοῖς, *discedens enim in oculis meis imaginem suam reliquerat.* Apud Lucianum in *amorib.* p. 1020. Theomnestus, se nimio amoris oestro percitum esse conquerens, dicit: ὅτω τις ὑγρὸς τοῖς ὄμμασιν ἐνοικεῖ μύωψ, ὃς ἅπαν κάλλος εἰς αὐτὸν ἁρπάζων, ἐπ' ὁδενὶ κόρῳ παύεται, *ita humidus quidam asilus meis oculis inhabitat, qui omnem pulchritudinem*

ad

ad sese rapiens, nulla satietate expletur. Dionysius Longinus περὶ ὕψους *sect.* 4. p. 34. narrat, Timaeum de Agathocle, qui consobrinam suam marito nuptam, postridie nuptiarum per vim abduxerat, scripsisse: ὃ τίς ἂν ἐποίησεν, ἐν ὀφθαλμοῖς κόρας μὴ πόρνας ἔχων; *quod nemo sane fecerit, puellas* (siue *pupillas*) *non autem meretrices in oculis habens.* Id eum dicit fecisse ad imitationem Xenophontis, qui frigide τὰς κόρας *pupillas* vocauerit τὰς ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς παρθένους. Mireris merito, quod hunc locum Longini ignorauerint tres insignes in hac palaestra Viri Gatakerus, Hammondus, Elsnerus; alioqui enim, quae ex Plutarcho adferunt verba rhetoris cuiusdam, vero suo auctori Timaeo reddere potuissent.

Ἀκαταπαύστους ἁμαρτίας vertere potes: *non desinentes a peccato.* Sic Plutarchus in *Arato* p. 1039. ἀκατάπαυστον ἀρχὴν, *imperium perpetuum.* Idem *Consol. ad Apoll.* p. 114. ἀκατάπαυστος συμφορὰ, *calamitas non desitura.* Maiorem tamen vim habet, si vertas: *Non reprimendos* f. *coërcendos a peccato.* Sic Iosephus *bell. Iud.* l. 7. c. 37. p. 995. ἀκατάπαυστον νεωτεροποιΐαν, *non coërcendam rerum nouandarum cupiditatem.*

v. 18.

Ὑπέρογκα τῆς ματαιότητος φθεγγόμενοι.

Praetumidam vanitatem loquentes f. *loquendo*, verba haec vertunt Beza et Er. Schmidius. At Iudas v. 16. ὑπέρογκα memorans, voce ματαιότητος praeterita, suadet hanc potius in nomen adiectiuum mutandam esse. Verto: *Vanas granditates sonantes*, f. *crepantes.* Ὑπέρογκα sunt *res magnae molis, grandia, sublimia* non semper *tumida* et *superba.* Vide 70. interp. Exod. 18, 22. 26. 2 Sam. 13. 2. Plutarchus de *liber. educ.* p. 7. opponit τὴν λέξιν ὑπέρογκον, *grande et sublime orationis genus*, et τὴν ἰσχνὴν, *sermonem tenuem.* Lucianus in *Demonact.* p. 1012. Cynicum sistit: ὑπέρογκον κεκραγότα, *grandia crepantem, et dicentem, se Antisthenis, Cratetis et Diogenis esse aemulum.*

lum. Philo de *vita Mosis* l. 1. p. 615. τὰ ὑπέρογκα explicat per τὰ λίαν μεγάλα.

Φθέγγεσθαι plus est, quam λαλεῖν nempe, *sonare, crepare, iactare.* Demosthenes adu. *Midiam.* p. 413. θρασὺς, μέγα φρονῶν, μέγα φθεγγόμενος, *audax, inflatus, magniloquus.* Idem adu. *Pantaenet.* p. 630. καὶ ταχέως βαδίζει, καὶ μέγα φθέγγεται, *celeriter ambulat et magna crepat.* Archytas ap. Stobaeum *serm.* 1. p. 13. μηδὲ μέζον φύσιος τὰς ἀμετέρας φθεγγόμεθα, *ne maiora, quam pro natura nostra, iactemus.* Plutarchus *quaest. graec.* p. 303.

Per *vanas granditates grandia* et *inania promissa* intelligo, ab his impiis hominibus aliis facta, quos in easdem vitiorum sordes pertrahere nitebantur; id enim suadent verba δελεάζειν et ἐλευθερίαν ἐπαγγέλλεσθαι v. 19.

v. 19.

Ὧ γάρ τις ἥττηται τούτῳ καὶ δεδούλωται.

Rarior est constructio ἡττᾶσθαί τινι, *vinci ab aliquo;* addam ergo aliquot exempla. Iosephus *ant.* l. 13. c. 15. p. 448. ἡττᾶτο δὲ μόνῳ τῷ πρὸς τὴν μητέρα καὶ τοὺς ἀδελφοὺς οἴκτῳ, *vincebatur sola erga matrem et fratres misericordia.* Ibid. l. 3. c. 13. p. 99. item l. 1. c. 19. p. 29. vbi Iacobus ἔρωτι τῆς παιδὸς ἡττηθεὶς, *amore puellae* (Rachelis) *victus* dicitur; et l. 19. c. 2. p. 667. ἡδονῇ τε ἡσσώμενος, *voluptatibus deditus;* adde *bell. Iud.* l. 5. c. 41. p. 901. In *testamento 12. patriarch.* p. 529. Ruben dicit, sibi reuelatum esse: ὅτι αἱ γυναῖκες ἡττῶνται τῷ πνεύματι τῆς πορνείας, ὑπὲρ τὸν ἄνθρωπον, *quod spiritus scortationis magis mulieres teneat, quam viros.*

v. 22.

Συμβέβηκε δὲ αὐτοῖς, τὸ τῆς ἀληθοῦς παροιμίας.

Τὸ τῆς παροιμίας, *quod est in prouerbio.* Sic Lucianus *dial. mort. Cnem. et Dam.* p. 232. τοῦτο ἐκεῖνο τὸ τῆς παροιμίας, *hoc illud est, quod in prouerbio est; Hinnulus*

nulus leonem; et *dial. Terpf. et Plut.* p. 228. νῦν δὲ τὸ τῆς παροιμίας, *iam vero, vt eſt in prouerbio: Currus ſaepe bouem ducit.*

Arrianus *Diſſert. Epict.* l. 4. c. 11. p. 423. ἄπελθε καὶ χοίρῳ διαλέγε, ἵν' ἐν βορβόρῳ μὴ κυλίηται, *abi cum porco diſputa, ne in coeno volutetur.*

CAP. III. v. 5.

Καὶ γῆ ἐξ ὕδατος καὶ δι' ὕδατος συνεςῶσα, τῷ τοῦ Θεοῦ λόγῳ.

Et terra, quae ex aquis et inter aquas exſtitit f. *condita eſt per verbum Dei.* Notionem hanc verbi συνίςημι iam probauit Cel. Elsnerus ad Col. 1, 17. Addam vnicum locum Maximi Tyrii huic argumento perquam accommodatum, *Diſſ.* 25. p. 253. ὁμοῦ δὲ τῷ Διὸς νεύματι γῆ ξυνέςη, καὶ ὅσα γῆς θρέμματα, καὶ θάλαττα ξυνέςη καὶ ὅσα θαλάττης γεννήματα, καὶ ἀὴρ ξυνέςη καὶ ὅσα ἀέρος φορήματα, καὶ ὀυρανὸς ξυνέςη, καὶ ὅσα ἐν ὀυρανῷ κινήματα. ταῦτα ἔργα τῶν Διὸς νευμάτων, *vna cum nutu Iouis terra exſtitit, et quicquid terra educat; et mare exſtitit, et quicquid mare producit; aër exſtitit, et quicquid aër fert; coelum exſtitit, et quicquid in coelo mouetur. Omnia haec opera Iouis nutus perfecit.*

v. 8.

Ὅτι μία ἡμέρα παρὰ κυρίῳ ὡς χίλια ἔτη.

Plutarchus *conſol. ad Apoll.* p. 111. *Si cum aeternitate compares vitae tempus, nihil inter breue et longum inuenies diſcriminis.* τὰ γὰρ χίλια καὶ τὰ μύρια (κατὰ Σιμωνίδην) ἔτη, ςιγμή τις ἐςὶν ἀόριςος, μᾶλλον δὲ μόριόν τι βραχύτατον ςιγμῆς, *nam ex Simonidis ſententia mille aut decies mille anni, ſunt punctum aliquod indefinitum aut minima potius puncti portio.*

v. 9.

Ἀλλὰ πάντας εἰς μετάνοιαν χωρῆσαι.

Phrasis εἰς μετάνοιαν χωρῆσαι vel idem est, ac *μετανοεῖν*, *poenitere*, *animum mutare*, aut etiam maiori cum emphasi verti potest: *ad poenitentiam confugere*, Sensu priore Plutarchus de *flumin.* de Maeandro, *εἰς μετάνοιαν ἐπὶ τοῖς πραχθεῖσι χωρήσας*, *poenitens facti*; Philemon apud Stobaeum *serm.* 66. p. 421. *γαμεῖν ὃς ἐθέλει, εἰς μετάνοιαν ἔρχεται*, *qui uxorem ducere vult, eum facti poenitet.* Notione posteriori Diodorus Siculus l. 20. c. 68. p. 441. *εἰς ὅπλα χωρεῖν*, *ad arma confugere.* Euripides in *Danaë* v. 30. *εἰς μηχανὴν τοιάνδ᾽ ἐχώρησ᾽* *ad hunc dolum confugit.* Idem in *Phoeniss.* v. 446. *Atqui Eteocles*, *εἰς διαλλαγὰς ὅδε χωρεῖ*, *ad reconciliationem ipse accedit.*

v. 12.

Σπεύδοντας τὴν παρουσίαν τῆς τοῦ Θεοῦ ἡμέρας.

Non satis accommodatum est rei ipsi, ut *σπεύδειν* h. l. vertas: *accelerare*, cum potius notet, *cupidum esse*, *affectare*, *auide desiderare.* Ita Euripides in *Hecuba* v. 1175. *σπεύδων χάριν τὴν σὴν*, *fauoris tui cupidus* et v. 1201. *τίνα δὲ καὶ σπεύδων χάριν*, *quam vero captans gratiam?* Idem in *Ione* v. 448. *τὰς ἡδονὰς γὰρ τῆς προμηθίας πάρος*, *σπεύδοντες*, *magis voluptatum quam modestiae studiosi.* Idem *Hercul. fur.* v. 1409. et in *Melanippe* v. 41. *γάμους σπεύδειν*, *nuptias appetere.* Pindarus *Isthm.* v. 22. *σπεύδειν ἀρετὰν*, *affectare virtutem.* Thessalus filius Hippocratis in *orat.* patris operibus inserta *sect.* 8. p. 28. *ἔσπευδε τὰ τῶν Ἑλλήνων καλὰ*, *Graecorum studebat commodis.* Dionysius Hal. *ant.* l. 6. p. 390. *ταυτὶ γὰρ ἴσως πάλαι γνῶναι σπεύδετε*, *hoc enim forte iamdudum audire cupitis.*

EPISTOLA IOHANNIS I.

CAP. IV. v. 18.

Ὅτι ὁ φόβος κόλασιν ἔχει· ὁ δὲ φοβούμενος ὀ τετελείωται ἐν τῇ ἀγάπῃ.

Κόλασις descendit ex verbo κολάζειν quod etiam notat, *coërcere*, *cohibere*, *reprimere*, *cogere*. Plutarchus de *genio Socr.* p. 584. Malas cupiditates dicit amputandas esse, ἀνείργεσθαι καὶ κατοχαῖς ὑπὸ τοῦ λόγου κολαζομένας, *ita vt refrenando et cohibendo a ratione coërceantur.* Inde κολασμὸς est, *coërcitio, coactio.* Idem de *garrulit.* p. 509. οὐκ ἔστι γλώσσης ῥεούσης ἐπίσχεσις οὐδὲ κολασμὸς, *nulla est linguae fluentis inhibitio nulla coërcitio.* Hinc ἀκόλαστοι *incontinentes.* Ipsam vocem κόλασις pro *coërcitione* habet Dionysius Hal. *ant.* l. 11. p. 719. loco iam aliis notato, vbi perinde est siue *coërcitionem* s. *coactionem* vertas. Nostro igitur loco verto: *timor cum coërcitione* s. *coactione coniunctus est.* Sensus est: *qui cum metu Deum amat, is non ex mero amore, sed cum coërcitione et coactione quadam a peccatis abstinet. Quicquid vero ex animo amantis proficiscitur, id sponte fieri debet.* Ὁ δὲ φοβούμενος positum est, pro ὁ ὢν φοβούμενος; sic δὲ occurrit Luc. 15, 3. Act. 6, 2. c. 9, 8. χειραγωγοῦντες δὲ pro ὄν.

Frequenter ἔχειν ponitur pro *continere*, *coniunctum esse* cum accusat. Demosthenes *or.* 1. in *Stephan.* p. 613. πράγματα αἰσχύνην καὶ ὕβριν τοσαύτην ἔχοντα, *res cum tanto dedecore et iniuria coniunctae.* Idem in *Androtion.* p. 428. Euripides in *Helena* v. 92. τὸ γάρ τοι πρᾶγμα συμφορὰν ἔχει, *haec enim res habet calamitatem.* Plutarchus de *vitand. aer. alien.* p. 829. ὅσην ἔχει τὸ πρᾶγμα αἰσχύνην καὶ ἀνελευθερίαν, *quantum ea res turpitudinis habeat et illiberalitatis.* Idem *reip. ger. praec.* p. 810. ψόγος οὐκ ἔχων ὕβριν, *reprehensio non contumeliosa.*

EPISTOLA IOHANNIS III.

v. 5.

Πιςὸν ποιεῖς, ὃ ἐὰν ἐργάσῃ εἰς τὰς ἀδελφὰς.

Varie explicant verba πιςὸν ποιεῖς. Meo quidem iudicio πιςὸν h. l. ponitur pro πίςιν. Vti frequens est Graecis locutio πίςιν διδόναι καὶ λαμβάνειν, *fidem dare et accipere*: ita et in eadem phrasi non minus adiectiuo πιςὸς vtuntur. Xenophon *exped. Cyri* l. 1. p. 178. πιςὰ πάλιν ἔδωκάς μοι, καὶ ἔλαβες παρ' ἐμᾶ, *fidem mihi iterum dedisti et a me accepisti*. Idem *Cyrop.* l. 3. p. 51. ἐπὶ τάτοις ἔδοσαν καὶ ἔλαβον πάντες τὰ πιςὰ, *huius rei omnes fidem et dederunt et acceperunt*. Adde Polybium l. 2. c. 22. p. 153. Hinc πιςὸν ποιεῖν est *praestare fidem, seruare fidem*. Theognis in *sent.* p. 178. Improbo praecipit non credendum esse, etiamsi Iouem praebeat sponsorem, πιςὰ τιθεὶν ἐθέλων, *fidem praestare volens*; vel vti Neander explicat: *fideliter volens stare promissis*. Iosephus *bell. Iud.* l. 2. c. 12. p. 786. τὸ πιςὸν ἀεὶ παρέξειν πᾶσι, μάλιςα δὲ τοῖς κρατᾶσιν, *se fidem omnibus, maxime vero principibus seruare velle*. Prouerb. 12, 22. χείλη ψευδῆ *labia dolosa* et ὁ ποιῶν πίςεις, *homo fidem seruans* opponuntur inuicem. *Praestare fidem* h. l. est, *amorem, benignitatem et beneficentiam erga alios Christianos exercere*. Hoc agens Gaius *fidem praestabat* 1) quia, dum nomen Christo dederat, eo ipso ad amorem fratrum aeque ac Dei fidem suam veluti sacramento obstrinxerat. 2) Quoniam forte vt diaconus ecclesiae peculiaribus amoris officiis se addixerat. Suadet hoc mentio τῶν ξένων. Confer τὴν πίςιν ἀθετεῖν, 1 Tim. 5, 12. Similis est phrasis hebraica עשות חסד ואמת Genes. 47, 29. Ios. 2, 12. 14. Ὃ ἐὰν ἐργάσῃ positum est pro, καθ' ὃ ἐργάσῃ.

EPI-

EPISTOLA IVDAE.

v. 3.

Ἀγαπητοὶ πᾶσαν σπουδὴν ποιούμενος γράφειν ὑμῖν περὶ τῆς κοινῆς σωτηρίας· ἀνάγκην ἔσχον γράψαι ὑμῖν, παρακαλῶν ἐπαγωνίζεσθαι, τῇ ἅπαξ παραδοθείσῃ τοῖς ἁγίοις πίστει.

Σπουδὴν ποιεῖσθαι 1) idem eſt ac σπεύδειν *feſtinare*; vide Polybium l. 17. c. 3. p. 1037. et Ioſephum l. 12. c. 18. p. 424. quae notio huc non pertinet. 2) notat: *cum ſtudio in aliquid incumbere*, *ſerio rei operam dare*. Opponitur hoc modo σπουδὴ, *conatus ſerius* τῇ παιδιᾷ *ioco*. Germanice verteres verba noſtra: Da es mir ein rechter Ernſt geweſen, an euch zu ſchreiben. Sic Demoſthenes de *Megalopol.* p. 86. οὐχ ἵνα Θεσπιαὶ κατοικισθῶσι ποιούμενοι τὴν σπουδὴν, *non de eo, vt Theſpiae inſtaurentur*, *ſerio ſoliciti*. Idem *exord. concion.* 52. p. 147. ὅσην μὲν πεποίηνται σπουδὴν οἱ πρέσβεις κατηγορῆσαι τῆς πόλεως ἡμῶν, *quanto legati cum ſtudio ciuitatem noſtram accuſauerint*. Idem de *corona* p. 337. Polybius l. 5. c. 71. p. 578. πολλὴν δὲ ποιουμένων σπουδὴν τῶν περὶ τὸν Θεόδοτον καὶ Νίκαρχον, *cum ſerio, omnique conatu rem agerent Theodotus et Nicarchus*. Dionyſius Hal. *ant.* l. 6. p. 374. μεγάλην μὲν ἐποιούμην σπουδὴν, ἀμείψασθαι ὑμᾶς, *gratiam vobis referre maximopere ſtudui*. Idem l. 1. p. 15. et p. 65.

Sic ſane ceſſat tautologia. Senſus eſt: *Cum ad vos ſcripturus de communi ſalute, non luſu aut ioco vti voluerim, ſed ſerio animi ſtudio et conatu rem aggreſſus ſim: non potui ſane* ἄλλον θεμέλιον θεῖναι 1 Cor. 3, 11. *ſiue aliud euangelium praedicare* Gal. 1, 8. 9. *ſed neceſſe habui, ita ad vos ſcribere, vt vos hortarer, vt in fide vnica ſanctis ſemel tradita firmiter tenenda elaboretis atque contendatis.*

v. 4.

v. 4.

Παρεισέδυσαν γάρ τινες ἄνθρωποι οἱ πάλαι προγεγραμμένοι εἰς τοῦτο τὸ κρίμα, ἀσεβεῖς, τὴν τοῦ Θεοῦ ἡμῶν χάριν μετατιθέντες εἰς ἀσέλγειαν.

Παρεισέδυσαν, *irrepserunt*, *subrepserunt*. Diogenes Laërt. l. 2. c. 18. §. 17. λαθραίως παρεισδὺς εἰς τὴν πατρίδα, *in patriam clanculum ingressus*. Iosephus *bell. Iud.* l. 5. c. 34. p. 897. νύκτωρ ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ παρεισδύντες, *noctu ex templo subrepentes*. Adde Callimachum *epigr.* 46. p. 218.

Προγράφειν est *palam scribere*, *proscribere*. Haud ad h. l. multum facit phrasis: προγράφειν τινὶ κρίσιν, *in iudicium aliquem vocare*, cuius exempla attulit Cel. Elsnerus, quibus addere possem Demosthenem in *Euerg.* p. 684. Alia enim h. l. est constructio. Simillime Appianus *bell. ciu.* l. 4. sub init. *Temporibus Syllae*, τοῦ πρώτου τοὺς ἐχθροὺς ἐς θάνατον προγράψαντος, *qui primus ad mortem inimicos proscripserat*. Ibid. p. 1033. γυναῖκες - αἱ ἐς φορὰς προγεγραμμέναι, *mulieres - quarum bona proscripta sunt*. Vbi vide Tollium. Paulo aliter p. 1008. ἐπὶ θανάτῳ καὶ δημεύσει προγραφομένους, *ad mortem bonorumque publicationem proscriptos*. Plutarchus *Cicerone* p. 874. πολλοὺς ἐπὶ θανάτῳ προγράψαντος.

Respicit omnino phrasis ad *libros publicos diuinos iudiciales*, in quibus hominum impiorum aeque ac piorum facta et fata, praemia et poenae tam ex scripturae S. quam Iudaeorum loquendi more descriptae sunt. Vide Dan. 7, 10. et confer Hacspanium in *Sylloge Disput.* p. 310. seq. Similis fuit gentilium opinio. Euripides in *Melanippe*. v. 19. seq. δοκεῖτε πηδᾶν τἀδικήματ' εἰς θεοὺς, πτεροῖσι, κἄπειτ' ἐν Διὸς δέλτου πτυχαῖς, γράφειν τιν' αὐτὰ, Ζῆνα δ' εἰσορῶντά νιν θνητοῖς δικάζειν. *Volare pennis ad aetherias domos scelera putatis; illic in Iouis tabularia scripto referri; tum Iouem, illis lectis mortalibus ius dicere.*

Ἀσέλγεια h. l. est *petulantia*. Vide vocem eo sensu apud Demosthenem *orat. in Midiam* in init. vbi ἀσέλγεια

 et

et ὕβρις coniunguntur, et adu. *Pantaenet.* p. 629. Integrae locutioni similis est locus Hieroclis *carm. aur. Pyth.* p. 118. *μετατιθέντας εἰς ὠφέλειαν τὰ δοκοῦντα βλαβερὰ, ea, quae noxia esse videntur, ad vtilitatem transferentes.*

v. 7.

Καὶ ἀπελθοῦσαι ὀπίσω σαρκὸς ἑτέρας, πρόκεινται δεῖγμα πυρὸς αἰωνίου δίκην ὑπέχουσαι.

Prioribus verbis conueniunt haec Maximi Tyrii *Diss.* 10. in fine: *οὐ γὰρ ἂν ἔτλης θίγειν σαρκὸς ἄῤῥενος, ἀθίκτου χρήματος σαρκὶ ἄῤῥενι, neque enim aliter corpus viri tangere auderes, quod a viro tangi nefas est.*

Πρόκεινται δεῖγμα, propositae sunt vt exemplum. *Δεῖγμα* h. l. idem est ac *παράδειγμα* s. *ὑπόδειγμα.* *Προκεῖσθαι*, dicitur proprie quidem de rebus publice propositis; sed non opus est tamen, vt tam presse notioni primae semper inhaereamus. *Exempla proposita*, sunt etiam ea, quae ex historiarum monumentis, omnibus aut nota sunt aut innotescere possunt. Vide locum ex Iosepho ad 2 Petr. 2, 6. adscriptum. Addo hic alterum eiusdem *bell. Iud.* l. 2. c. 18. p. 792. *ἱκανὸν ὑπόδειγμα σωφροσύνης αὐτῷ προκεῖσθαι τὸν Γαΐου θάνατον, locuples illi moderationis exemplum Caii morte esse propositum.* De Sodomitis etiam 3 Maccab. 2, 5. dicitur, quod Deus illos *παράδειγμα τοῖς ἐπιγινομένοις κατέστησε, exemplum posteris fecerit.*

Δίκην ὑπέχειν notat 1) *Iudicium subire, in iudicio rationem reddere.* Sic Demosthenes adu. *Aristocrat.* p. 432. *ἀλλ' ἀνελὼν τὸ δίκην ὑπέχειν ἀγώγιμον εὐθὺς ἐποίησε, sed sublata clausula de iudicio subeundo statim licere in vincula abripi scripsit.* Ibid. p. 439. et de *fals. legat.* p. 224. Thucydides l. 3. p. 79. 2) est, *poenas dare, puniri, δίκην δοῦναι.* Sic Demosthenes *orat.* 3. in *Philip.* in fine: *Neminem velim, etsi exitio dignus sit, cum omnium periculo et damno, δίκην ὑποσχεῖν, dare poenas.* Idem de *fals. legat.* p. 238. *τούτους μὲν πάντας τὴν ἐκ τῶν νόμων δίκην ὑποσχηκέναι, hos omnes poenas legibus praescriptas subiisse.* Apud Iosephum *ant.* l. 1. c. 4. p. 10. de hominibus diluuio interemtis

eintis dicitur: *κακίας τὴν οἰκείαν ταύτην αὐτὲς ὑποσχεῖν τὴν δίκην*, *ipsos sibi suapte malitia debitam hanc acciuisse poenam.* Ibid. l. 7. c. 7. p. 227. ad Dauidem Nathan ait: *Ipsum, quum peccatum, illud clam perpetrauerit, φανερὰν τὴν ἐπ' αὐτῷ δίκην ὑφέξειν poenas ipsius in propatulo persoluturum esse.* Ibid. l. 8. c. 5. p. 282. et l. 9. c. 14. p. 325. Euripides in *Electra* v. 698.

V. II.

Καὶ τῇ πλάνῃ τῦ Βαλαὰμ μισθῦ ἐξεχύθησαν.

Recte *ἐξεχύθησαν effuse ruerunt* vertit Cel. Elsnerus, ita vt respondeat vox *ἐπλανήθησαν* in loco parallelo 2 Petr. 2, 15. Frequenter verbum hoc occurrit, de *cursu effuso et festinato.* Dionysius Hal. *ant.* l. 3. p. 156. *ὄχλον ὁρᾷ παντοδαπὸν ἐκχεόμενον τῆς πόλεως*, *turbam vidit cuiusuis generis ex vrbe effusam.* Ibid. l. 5. p. 296. *καὶ πᾶς ὁ κατοικίδιος ὄχλος ἐξεχεῖτο*, *tota e domibus multitudo effuse properabat.* Iosephus *bell. Iud.* l. 2. c. 10. p. 783. *Omnis Romae degens gens Iudaica*, *ἐξεχύθη πρὸς τὴν θέαν αὐτῦ*, *ad illum visendum effuse properabat.*

Hinc translate vsurpatur de omnibus hominum cupiditatibus, et actionibus, quibus imperare sibi et continere se nequeunt, et ad quas impotenti quodam et praecipiti animi impetu feruntur. Lucianus de *saltat.* p. 950. *τότε γὰρ ἐδὲ κατέχειν ἑαυτὲς οἱ ἄνθρωποι ὑφ' ἡδονῆς δύνανται, ἀλλ' ἀθρόοι πρὸς τὸν ἔπαινον ἐκχέονται*, *tunc enim homines prae voluptate continere se nequeunt, quin ad effundendas laudes confertim proruant.* Plutarchus in *Arato* p. 1037. *τῶν ἀνθρώπων ἅμα τῷ προελθεῖν αὐτὸν ἐκχυθέντων ταῖς φιλοφροσύναις*, *cum homines, simulac ille prodiret, in gratulationes essent effusi.* Idem *consol. ad vxor.* p. 609. *ἐκχεομένας εἰς κενὸν καὶ ἀχάριστον πένθος in vanum ingratumque luctum effusas.* In primis de *voluptariis, luxuosis et prodigalibus* vox occurrit. Themistius *orat.* 22. p. 270. *ὁ περὶ τὰς δαπάνας ἐκκεχυμένος*, *in sumtus effusus.* Diodorus Siculus *excerpt. Vales.* p. 329. *Alii in pueros delicatos, alii in meretrices, alii in acroamata et compo-*

 tationes

tationes, καὶ καθόλε τὴν ἐπὶ τέτοις πολυτέλειαν, ἐξεκέχυντο, *et omnes harum rerum sumtus effusi erant.* Ibid. p. 242. p. 353. 362. Aristophanes in *Vesp.* p. 535. Lucianus de *sacrific.* p. 352. Etiam Rabbini in *scelera effusos* vocant שטופי זמה. Vide *Lexicon* Buxtorfii voce שטף.

v. 16.

Οὗτοί εἰσι γογγυσαὶ, μεμψίμοιροι, κατὰ τὰς ἐπιθυμίας αὐτῶν πορευόμενοι, καὶ τὸ σόμα αὐτῶν λαλεῖ ὑπέρογκα, θαυμάζοντες πρόσωπα ὠφελείας χάριν.

Μεμψίμοιροι, *queruli*, h. l. homines esse videntur, qui nunquam forte sua contenti viuunt. Plutarchus de *animi tranquill.* p. 471. hunc animi morbum vocat, τὸ πρὸς τὴν τύχην μεμψίμοιρον, καὶ διὰ τὸ θαυμάζειν τὰ τῶν πλησίον, ἐκταπεινῦν τὰ οἰκεῖα καὶ καταβάλλειν, *habitum de fortuna conquerendi, et ob vicinorum admirationem res suas extenuandi et humiliandi.* Vide et Lucianum *dialog. Deor.* p. 163.

Καὶ τὸ σόμα αὐτῶν positum est, pro ἂν τὸ σόμα. Sic Arrianus *rer. Indic.* p. 559. *In Syene Aegyptia tempore solstitii aestiui puteus quidam ostenditur*, καὶ τῦτο ἄσκιον ἐν μεσημβρίῃ φαίνεται, *qui meridie nullam vmbram facit.* Plura id genus exempla dabit Elsnerus ad Luc. 15, 15.

Θαυμάζειν *suspicere*, *colore* notat interdum, de quo vide notata ad 2 Thess. 1, 10. H. l. in deteriorem sumitur partem, vt sit: *nimis indulgere*, *adulari*, *assentari*. Lysias *orat.* 31. p. 522. mortem omnibus hominibus communem esse asserens addit: ὔτε γὰρ τὺς πονηρὺς ὑπερορᾷ ὔτε τὺς ἀγαθὺς θαυμάζει, ἀλλ' ἴσον ἑαυτὸν παρέχει πᾶσιν, *neque enim malos negligit*, *neque bonis nimium indulget*, *sed aequum se omnibus praebet.*

Ὠφελείας χάριν *lucri caussa*; αἰσχρῦ κέρδυς χάριν Tit. 1, 11. Polybius l. 3. c. 82. p. 324. τὺς ἐκτὸς παρεπομένυς τῆς ὠφελείας χάριν, *qui praedae auidi extra agmen sequebantur.*

❖ ❖ ❖

APO-

APOCALYPSIS IOHANNIS.

CAP. II. v. 5.

Μνημόνευε οὖν πόθεν ἐκπέπτωκας.

Memento igitur, quantam feceris iacturam. Vt ita vertam, me mouet scriptoris sacri mos, in his epistolis dona spiritualia, animique virtutes, vt *opes* et *diuitias* repraesentandi. Sic v. 9. πλούσιος εἶ, c. 3. v. 11. κράτει ὃ ἔχεις et v. 17. vbi τῷ πλούσιός εἰμι, πεπλούτηκα opponitur ταλαίπωρος et πτωχός. Et hoc sensu ἐκπίπτειν frequentant Graeci. Lysias *orat.* 17. p. 288. *Si alii aliena concupiscant, alii vero* ἐκ τῶν ὄντων ἐκπίπτωσι, *perdant quod suum est.* Isocrates adu. *Callimach.* p. 566. ἐμὲ δ' ἐξ ὧν ὑπέλιπον λειτουργῶν καὶ τούτων ἐκπεπτωκότα, *me bonis exutum, quae post obita munera publica reliqua mihi feci.* Athenaeus l. 13. c. 1. p. 560. *Aprias* ἐκπεπτώκει τῆς Αἰγυπτίων βασιλείας, *Aegypti regnum perdidit.* Arrianus *Diss. Epict.* l. 1. c. 9. p. 110. πρότερον μὲν ἐπιφανὴς ὢν καὶ πλούσιος, ὕστερον δὲ ἐκπεπτωκὼς ἁπάντων, *illustris antea et diues, post vero his omnibus excidens.* Adde Iosephum *ant.* l. 15. c. 10. p. 526. Respicitur h. l. inprimis ad languescentem pietatis feruorem et candorem, ἀφιέναι τὴν ἀγάπην τὴν πρώτην, v. 4. Sic ἐκπίπτειν ad *animum* transfertur apud Plutarchum *Cicerone* p. 778. ἐξέπεσον ὑπὸ θυμοῦ καὶ λύσσης τῶν ἀνθρωπίνων λογισμῶν, *ira et rabies omnem iis humanam excussit mentem.* Idem de *solert. animal.* p. 963. ἐκπεπτωκέναι τῶν λογισμῶν, *sana mente excidisse.*

CAP. VII. v. 3.

Μὴ ἀδικήσητε τὴν γῆν, μήτε τὴν θάλασσαν, μήτε τὰ δένδρα, ἄχρι σφραγίσωμεν τοὺς δούλους τοῦ θεοῦ ἡμῶν ἐπὶ τῶν μετώπων αὐτῶν.

Ἀδικεῖν, *laedere*, *damno adficere*, rebus non minus tribuitur, quam perſonis, vti v. 2. et ſupra c. 6, 6. Ariſtoteles de *mirabil. auſcult.* in fine: ὀφίδια, ἃ τοὺς ἐγχωρίους οὐ δάκνει, τοὺς ξένους δὲ καὶ ἀδικεῖ σφόδρα, *ſerpentes, qui indigenas non mordeant, aduenas vero admodum laedant.* Ibid. p. 1099. Apollodorus *biblioth. Deor. lib.* 1. p. 50. μήτ' ἂν ὑπὸ πυρὸς ἀδικηθήσεσθαι, μήτε ὑπὸ σιδήρου, *neque igne neque ferro laeſum iri.* Ibid. l. 2. p. 90. de apro Erymanthio dicitur: τοῦτο τὸ θηρίον ἠδίκει τὴν Ψωφίδα, *fera haec Pſophidem infeſtabat.* Plutarchus *ſympoſ.* l. 4. qu. 2. p. 665. de fulmine dormientem praeteruolante ait: οὔτε αὐτὸν ἠδίκησεν, οὔτε τῆς ἐσθῆτος ἔθιγε, *neque ipſum laeſit, neque veſtem tetigit.*

Σφραγίζειν h. l. eſt, *ſignare, ſigno quolibet notare.* Apud Euripidem *Iphig. in Taur.* v. 1372. vibicibus ex pugnorum ictibus ortis, notati vocantur, δεινοῖς σημάντροισιν ἐσφραγισμένοι, *malis ſignati notis.* H. l. per *ſignaturam* hanc *ſtigmata* fronti inuſta intelligenda eſſe, qualia nempe apud veteres ſeruis et idolorum cultoribus, fronti praeſertim inuri ſolebant, notum eſt. *Stigmata* eiusmodi Graecis σφραγίδες audiunt. Vide dicta ad 2 Tim. 2, 19. Prudentius *ſtigmata* ſacerdotibus Cybeles inuſta *ſphragitidas* vocat. Dicit, περὶ στεφ. *hym.* 14. v. 1076. *Quid cum ſacrandus accipit ſphragitidas? Acus minutas ingerunt fornacibus. His membra pergunt, vrere, vt igniuerint; Quamcunque partem corporis feruens nota, ſtigmarit, hanc ſic conſecratam praedicant.* Confer. Lomeieri *Dier. genial.* Dec. 2. *Diſſ.* 8. quae de *notis* et *ſtigmatibus* agit; ex qua alii ſua hauſerunt et adde interpretes ad Gal. 6, 17. et Apocal. 13, 16. c. 14, 1.

CAP.

CAP. XIV. v. 4.

Οὗτοί εἰσιν οἳ μετὰ γυναικῶν οὐκ ἐμολύνθησαν, παρθένοι γάρ εἰσιν.

Παρθένοι dicuntur etiam viri matrimonii et *mulierum expertes*. Addam aliquot notionis huius exempla; praesertim cum non satis antiqua sint, quae protulit Cel. Elsnerus. Nonnus ad Ioh. 19, 26. hanc habet metaphrasin: *γύναι φιλοπάρθενε μῆτερ ἠνίδε παρθένον υἷα*, *Mulier virginitate gaudens mater, ecce virginem filium.* In Euripidis *Hippolyt.* v. 1006. Hippolytus animum suum a rebus venereis alienum *παρθένον ψυχὴν* vocat. Apud Achillem Tatium l. 5. p. 331. Clitophon ad Leucippen scribit: *μαθήσῃ τὴν σὴν με παρθενίαν μεμιμημένον, εἴ τις ἐστὶ καὶ ἐν τοῖς ἀνδράσι παρθενία*, *cognosces, me tuam virginitatem imitatum esse, si qua est, etiam virorum virginitas.*

v. 8.

Ἔπεσεν ἔπεσε Βαβυλὼν ἡ μεγάλη.

Vti *ἵστημι* de *statu incolumi* (vide Act. 26, 22.): ita *πίπτειν* de *ruina*, *statu miserrimo*, *interitu* et *pernicie* vsurpant auctores. Non ergo phrasis ex Ies. 21, 9. Ier. 51, 7. desumta in *hebraismis* censenda est. Euripides in *Troad.* v. 1160. *μὴ Τροίαν ποτὲ πεσοῦσαν ὀρθώσειεν*, *ne videlicet aliquando Troiam collapsam erigeret.* Demosthenes de *Megalopolit.* in fine: *Sin Thebani forte emerserint*, *καὶ σωθῶσι, καὶ μὴ πέσωσιν*, *et incolumes manserint et non ceciderint.* Plutarchus de *glor. Athen.* p. 346. Epaminondam narrat, post pugnam Leuctricam voluisse *ἐπεμβῆναι τῇ Σπάρτῃ πεσούσῃ*, *insultare Spartae ruenti.* Apud Appianum *bell. Pun.* p. 52. Carthaginienses vocantur, *ἐξ ἀσεβείας ἐς γόνυ πεσόντες*, *contemtu religionis pessumdati.* Dionysius Hal. *ant.* l. 8. p. 514. *ἄφετε τὰς ἐλεεινὰς, ὡς πεπτώκαμεν ὑπὸ τῆς τύχης κεῖσθαι ταπεινὰς*, *sinite iacere miseras sicuti afflictae sumus a fortuna.* Iosephus *ant.*

ant. l. 19. c. 5. p. 675. *Vt documento esset*, καὶ τȣ τὰ μεγάλα δύνασθαι ποτὲ πεσεῖν, καὶ τȣ τὸν Θεὸν ἐγείρειν τὰ πεπτωκότα, *sublimia corruere, et Deum collapsa denuo erigere posse.*

v. 10.

Τȣ κεκερασμένȣ ἀκράτȣ ἐν τῷ ποτηρίῳ τῆς ὀργῆς αὐτȣ.

Vt contradictio apparens tollatur: per κεκερασμένον non *mixtum* f. *temperatum*, sed *infusum* f. *propinatum* merum intelligendum est, vti iam monuerunt alii. Integram phrasin habet Aristophanes in *concionatr.* p. 757. κέρασον ἄκρατον, εὐφρανεῖ τὴν νύχθ᾽ ὅλην, Ἐκλεγομένας, ὅτι ἂν μάλιςʹ ὀσμὴν ἔχῃ, *infunde merum, laetificabit noctem totam electas, vbi maxime habet odorem.*

Haud raro ὀργὴν ἄκρατον, *iram non temperatam, impotentem, vehementem* vocant veteres. Probra δὲ ὀργῆς ἀκράτȣ, *ex impotenti ira* effusa commemorat Dionysius Hal. *ant.* l. 9. p. 576. Iosephus *ant.* l. 18. c. 11. p. 644. διὰ τὸ εἰς ἐκείνȣς ἀκράτῳ τῇ ὀργῇ χρῆσθαι τὸν Γάϊον, *quod Caius intemperanti in illos ira debacchatus esset.* Ibid. l. 5. c. 2. p. 147. ὑπ᾽ ὀργῆς ἀκράτȣ καὶ δικαίας. Plutarchus in *Pericle* p. 155. Platoni tribuit phrasin: πολλὴν καὶ ἄκρατον τοῖς πολίταις ἐλευθερίαν οἰνοχοεῖν, *multam et non temperatam ciuibus propinare libertatem.*

CAP. XVII. v. 17.

Ὁ γὰρ Θεὸς ἔδωκεν εἰς τὰς καρδίας αὐτῶν, ποιῆσαι τὴν γνώμην αὐτȣ καὶ ποιῆσαι μίαν γνώμην, καὶ δȣ̃ναι βασιλείαν αὐτῶν τῷ θηρίῳ.

Γνώμην ποιῆσαι hic primo loco notat *decretum exsequi;* posteriori loco vertendum videtur: *Decretum vnum facere, vnam inire sententiam.* Suadet id 1) vox μίαν. 2) v. 14. vbi simillime dicitur: μίαν γνώμην ἔχȣσι - - καὶ διδόασι. Non infrequens est haec significatio. Iosephus *ant.*

ant. l. 18. c. 8. p. 630. *γνώμην ἐποιεῖτο ἐπὶ τῆς Ἰταλίας πλεῖν*, *decreuit nauigare in Italiam.* Dionyſius Hal. *ant.* l. 1. p. 46. *γνώμην ἐποιεῖτο, ἀρχομένης ἕω συμφέρεσθαι τοῖς πολεμίοις*, *cum hoſte ſub auroram confligere decreuit.* Appianus *bell. ciuil.* l. 5. p. 1179. *γνώμην ὁ Πομπήιος ἐποιεῖτο ἑαυτὸν ἐπανελθόντι ἐπιτρέψαι*, *ſtatuerat Pompeius reverſo* (Antonio) *in fidem ſe committere.* Thucydides *lib.* 2. ſub. init. *γνώμην δ' ἐποιοῦντο*, *conſilium ceperunt, idoneis vti praeconibus.* Idem l. 3. p. 68. *περὶ δὲ τῶν ἀνδρῶν γνώμας ἐποιοῦντο*, *de viris illis ſuffragia tulere.*

CAP. XVIII. v. 12.

Καὶ πᾶν σκεῦος ἐλεφάντινον.

Magno in pretio apud veteres vaſa erant *eburnea*, de quibus, cum praeſertim id etiam ad iluſtrandos aliquos V. T. locos faciat, pauca poſt Bochartum in *Hierozoico* Tom. I. l. 2. c. 24. dicere animus eſt. 1) *Eburneis* Graeci praeſertim vtebantur Deorum ſimulacris. Docent illud Pauſanias *Eliac. prior.* ſ. l. 5. p. 308. 309. In *Arcad.* ſ. l. 8. p. 530. In *Achaic.* l. 7. p. 453. Lucianus in *Ioue Tragoed.* p. 194. Theocritus *idyll.* 17. v. 124. Cicero *orat.* 4. in *Verrem*, vbi generatim *ſigna eburnea* et ſpeciatim p. 247. *eburneas Victorias* nominat. 2) *Domos* habebant *eburneas* i. e. ebore ornatas. Pſalm. 45, 9. 1 Reg. 22, 39. Amos 3, 15. Homerus *Odyſſ.* δ. v. 72. 73. In domo Neronis teſte Svetonio in *Nerone* c. 31. erant: *Coenationes laqueatae tabulis eburneis verſatilibus.* Valuas templi Mineruae Syracuſani magnifice auro et ebore ornatas fuiſſe auctor eſt Cicero *or.* 3. *in Verrem* p. 252. 3) *Lectos eburneos.* Vide de illis Amos 6, 4. Eorum iam mentio occurrit apud Homerum teſte Pauſania in *Attic.* ſ. l. 1. p. 22. De lectis tricliniaribus eburneis vide Philonem de *vita contempl.* p. 896. Lectum eburneum feralem habet Svetonius in *Iulio Caeſare* c. 84. et Herodianus l. 4. ſub init. Officinam horum lectorum Athenis obuiam deſcribit De-

Demosthenes *or.* I. *in Aphob.* p. 551. Erant verò vel pedes tantum eburnei, vel integri lecti. De his vide Aelianum *Var. Hist.* l. 12. c. 29. de illis vero, qui *ἐλεφαντόποδες* vocantur, Philonem de *Somniis* p. 1115. et Athenaeum l. 2. c. 9. p. 48. vbi et p. 49. *τράπεζαι ἐλεφαντόποδες* commemorantur. Adde locos de *lectis eburneis* quos citauit Grotius ad h. l. et Bynaeus de *morte Iesu Christi* l. I. c. 3. p. 210. 4) *Thronos* et *sellas*. Probat hoc thronus Salomonis 1 Reg. 10, 18. et *θρόνος ἐλεφάντινος* siue *sella curulis* magistratuum Romanorum, cuius originem describit Dionysius Hal. *ant.* l. 3. p. 195. 196. 5) Clypeos ebore ornatos habet Plutarchus *Timoleonte* p. 251. capulos gladiorum Aelianus *Var. Hist.* l. 3. c. 45. frenos equorum et viriolas Homerus *Iliad.* δ. v. 141. et ε. v. 583. et Strabo l. 4. p. 307. et sexcenta alia.

v. 16.

Ἡ πόλις ἡ μεγάλη, ἡ περιβεβλημένη βύσσινον, καὶ πορφυροῦν, καὶ κόκκινον.

Non opus est, vt vertas: *Induta byssinis purpureis et coccineis*, ita vt vestes subaudiantur. Transferre potes: *onusta* s. *abundans byssinis* cet. Locutio enim haec ad denotandas vrbis diuitias, *τοσοῦτον πλοῦτον* vsurpatur, adeoque quaelibet merces byssinae, purpureae, coccineae intelliguntur, quibus non solum vrbs ipsa in vestes et aedium exornationem, sed et ad mercaturam vtebatur v. 12. *Περιβάλλεσθαι* improprie notat, *abundare*, *locupletem*, *instructum esse re aliqua.* Dionysius Hal. *ant.* l. 3. p. 184. *μεγάλα κέρδη περιβαλόμενος ἐκεῖθεν*, *magno ex ea re lucro ditatus.* Polybius l. 2. c. 19. p. 149. *καὶ περιβαλόμενοι λείας πλῆθος*, *et magna onusti praeda*, *finibus Romanorum sine periculo excesserunt.* Idem l. 4. c. 83. p. 481. *πολλὴν περιβαλόμενος λείαν*, *magna onustus praeda.* Plutarchus de *sera num. vindict.* p. 554. *οἰκίας περιβεβλημένοι μεγάλας, καὶ ἀρχὰς καὶ δυνάμεις περιφανεῖς*, *magnis familiis circumdati*, *magistratibusque gestis et potentia* illu-

illustres. Apud Lucianum *dial. Deor. Apoll. et Bacch.* p. 177. Cupido vocatur, δύναμιν ȣ̓ μικρὰν περιβεβλημένος, *potentia non exigua praeditus.*

v. 17.

Καὶ ναῦται, καὶ ὅσοι τὴν θάλασσαν ἐργάζονται, ἀπὸ μακρόθεν ἔστησαν.

Phrasis elegans τὴν θάλασσαν ἐργάζεσθαι, *mare colere, exercere* notat quocunque modo ex mari victum quaerere. Apud Appianum *bell. Punic.* p. 81. Carthaginienses vocantur θαλασσοβίωτοι, ὧν ἄπειρον πλῆθος ἐργάζεται τὴν θάλασσαν, *e mari viuere adsueti, quorum infinita multitudo mare exercet.* Plutarchus de *solert. animal.* p. 975. ἃ πανταχȣ͂ μάρτυρας ἔχει τȣ̀ς ἐργαζομένȣς τὴν θάλατταν, *quae vbique testes habent eos, qui mare colunt.* Dionysius Hal. *ant.* l. 3. p. 184. τὴν αὐτὴν εἰργάζετο συνεχῶς θάλασσαν, *idem perpetuo frequentabat mare.* Diodorus Siculus *excerpt. Vales.* p. 350. θαλαττουργός τις - - τὸν αὐλῶνα τὸν περὶ ἐκείνȣς τȣ̀ς τόπȣς ἐργαζόμενος, *quidam maris cultor, qui fretum vicinum exercere solebat.*

Posses ellipsin statuere, vt θάλασσαν positum sit, pro: κατὰ θάλασσαν. Sic plene Demosthenes in *Dionysiod.* in fine, πολλοὶ τῶν κατὰ θάλατταν ἐργάζεσθαι προαιρȣμένων, *multi eorum, qui in mari negotiari decreuere: hoc modo* ἐργάζεσθαι absolute positum notaret: *quaestum facere,* vti apud eundem adu. *Pantaenet.* p. 630. ὅστις δὲ εἴργασται μὲν ὥσπερ ἐγὼ πλέων καὶ κινδυνεύων, *qui quaestum facit, vti ego nauigando et periclitando.* Sed prius tamen simplicius mihi videtur.

Ἀπὸ μακρόθεν vti in his libris et apud LXX. interp. frequens est: ita vix reperias apud profanos antiquiores. Occurrit vero pleonasmus hic in Constantini Porphyrogen. *Tacticis* p. 3. 4. 6. bis, 16. 17.

CAP.

CAP. XIX. v. 10.

Ὅρα μή· σύνδουλός σου εἰμί.

Elumbis fit oratio, si cum Cel. Oedero interrogatiue vertas: *Annon conseruus tuus sum?* Non dubitabat sane angelus, vtrum ipse σύνδουλος Iohannis esset, sed argumento hoc cauere volebat, ne cultus soli Deo proprius sibi tribueretur. Recte igitur vulgo subauditur ποιῆς s. ποιήσῃς, *Noli facere, caue facias.* Similis ellipsis inest his: μὴ ἐν τῇ ἑορτῇ Matth. 26, 5. μηδὲν κατὰ ἐριθείαν Phil. 2, 3. Sic et Dinarchus in *Demosth.* p. 48. *Quid facietis? Prodetisne pietatem erga Deos et commune ius gentium?* μὴ ὦ Ἀθηναῖοι μή, *nequaquam, Athenienses, nequaquam.* Euripides saepius dicit μὴ σύ γ' *ne facias*, e. g. in *Phoeniss.* v. 535. et *Iphig. in Aul.* v. 1460. Posses tamen eodem iure supplere vocem προσκυνήσῃς ex antecedentibus repetitam. Sic sane Plutarchus *Cicerone* p. 873. *Cum Crassus decretum Stoicorum: Virum bonum diuitem esse, sibi placere diceret: subiecit* (Cicero) ὅρα μὴ μᾶλλον, ὅτι πάντα τοῦ σοφοῦ λέγουσιν εἶναι, *caue ne magis* sc. tibi placeat, *quod contendant omnia esse sapientis.*

SOLI DEO GLORIA.

IN-

INDEX

VOCVM ET PHRASIVM BIBLICARVM QVARVM PARTIM SIGNIFICATIO PARTIM EMPHASIS

TOMO II.

TRADITVR.

A.

'Απο-

E.

Εὐκαι-

K.

Κατα

Ὀρθο-

Π.

Πάροινος,

Πράσσειν

P.

Σ.

Στέγειν,

T.

Τὶ

Φιλο-

INDEX

RERVM PRAECIPVARVM TOMO II. OBVIARVM.

Necessa-

ERRATA POTIORA TOMI SECVNDI.

Pag. 4. lin. 24. lege: πολὺ τῆς duabus vocibus. p. 9. l. 1. pro *illa* lege: *illo*. l. 5. pro: *siue* lege: *sine*. p. 10. l. 11. pro: ἡγεμονίας lege: ἡγεμονίας. p. 12. l. 14. lege: ἀποφθέγξασθαι. p. 16. l. 15. pro: *ne* lege *me*. p. 17. l. 11. pro: *Genitiuus* lege: *Datiuus* et pro: *Datiuo* lege: *Genitiuo*. p. 18. l. penult. pro: *coniunctione* lege: *conuictione*. p. 19. l. 24. pro: *Idem* lege: item. p. 20. l. 5. post: *iuuarentur* punctum dele. l. 8. post: *sermo est* adde, *idem est*. p. 21. l. 8. pro: *delatas* lege: *delatos*. p. 23. l. 11. pro: *Aulis* lege: *Aul.* p. 35. l. 31. pro: *est* lege: *et*. p. 27. l. 14. pro: ὑγιαίνων lege: ὑγιαῖνον. p. 34. l. 1. pro: *mertem* lege: *mortem*. l. 20. pro: *ob* lege *ab*. p. 35. l. 13. pro μαρίας lege: μυρίας. p. 41. l. 5. pro: *quum* lege: *quam*. p. 52. l. vlt. post: *conuertantur* punctum pone. p. 54. l. 16. pro: *foedus* lege: *foetus*. p. 55. l. 7. a fine, post: *dicitur* punctum pone. p. 65. lin. penult. lege: ὑψόθεν. p. 70. l. antepen. pro: *abituriens* lege: *abiturus*. p. 73. l. penult. lege: *nominatiuum*. p. 78. l. 6. lege: *fuisse*: p. 80. l. 6. lege: *Lucianus*. p. 86. l. 19. pro: *vbi* lege: *vti*. p. 90 l. 3. lege: ἀλλότριον. p. 92. l. 2. lege: ἑλλάδος. l. 25. pro: χρυσάμενος lege: χρησάμενος. p. 93. l. 16. lege: χωρησῃ. l. 4. a fine, lege: ἀνάσχοισθε. p. 95. l. 7. lege: *Bithyniam*. p. 96. l. penult. lege: σκληρυνόμενος. l. vlt. lege: *diuino*. p. 97. l. 25. lege: Ἀθήνη sine Iota subscripto. p. 98. l. 14. pro: ἐχόντων lege: ἔχουσαν. p. 100. l. 9. pro: ἰδόντων lege: ἰδόντων. p. 111. l. 7. pro: *rectum* lege: *vectum*. p. 116. l. 6. h. l. semel expunge. p. 118. l. 9. ante: *quin* adde: *et parum abfuit*. p. 121. l. 16. pro: *is* lege: *es*. p. 122. l. penult. lege: πατρῴας. p. 124. l. 21. post: *tentasset* punctum deleatur. p. 128. l. 9. lege: *Festum*. p. 129. l. 4. pro: *vt* lege: *et*. p. 130. l. 29. pro: ἠνέγκεν lege: ἤνεγκεν. p. 131. l. vlt. lege: Σκιπίωνα. p. 138. l. 26. pro: πλοίῳ lege: πλοίῳ. p. 144. l. 4. lege: Ἐπαίρων. l. 18. lege: *appellere*. p. 145. l. vlt. post. πάθης adde: ἄτοπον. p. 148. l. 11. post: *fuisset* duo puncta pone. p. 159. l. 2. pro: *et* lege *vt*. p. 160. l. 3. lege: *maximis*. p. 167. l. 30. lege: *figuras*. p. 169. l. 5. lege: ἔπαθον. p. 176. l. 16. pro: *sine* lege: *siue*. p. 186. l. 2. lege: *filiis*. p. 189. l. 14. lege: *ducam*. p. 197. l. 30. pro: τῷ lege. τῳ et comma antecedens expunge. p. 198. l. 19. lege: εἶναι. p. 202. l. 7. a fine, lege: λοιδορῆντος. p. 205. l. 8. a fine. lege: ταληθὲς. p. 206. l. 15. pro: ἰδοῖ lege: αἰδοῖ. p. 207. l. 24. lege: *qui per portam irruebant*. p. 211. l. 18. pro: *multa* lege: *muta*. p. 215. l. 12. lege: βιβλιοθήκην. p. 216. l. 6. a fine, lege: *non exsistentes*. p. 223. l. 19. et p. 224. l. 4. pro: יקר lege: יקר. p. 224. l. 2. lege: πορισωτέρων. p. 228. l. 19. pro: μορίας lege: μυρίας. p. 235. l. 23. lege: *addixerat*. p. 237. l. 13. lege: προσώπων. l. 22. pro: *praeesset* lege: deesset. p. 240. l. 5. a fine lege *deuincit*. p. 242. l. 23. pro: *et* lege: *e*. p. 248. l. vlt. lege: *angustias*. p. 258. l. 7. pro: γράφον lege: γράφων. p. 262. l. 7. a fine, lege: ὁμοφρονέοντε vna voce. p. 263. l. 22. pro: *fastuosa* lege: *fastosa*. p. 264. lin. vlt. et penult. lege: *antecedentia*. p. 269. l. 22. pro: *possit* lege: *posset*. p. 274. l. 16. lege: ἱστορήσῃ. l. 26. pro: ὁρω lege: ὁρῶ. p. 277. l. 26.

27.

27. lege: *ζηλωτότατον*. p. 278. l. 13. post c. 13. adde: *pag. 99*. p. 280. l. 8. a fine, pro: *alio* lege: *alii*. p. 283. l. 23. pro: *est* lege: *et*. p. 284. l. 11. lege: *epist. 371. p. 183*. p. 288. lin. antepen. lege: *Gnomone*. p. 290. l. 19. pro: *εὐθὲς* lege: *εὐθύς*. l. 7. a fine, lege: *μηδέν*. p. 291. l. 4. a fine, lege: *σαρκί*. p. 295. verbum *ἀπαλλοτριῶν* semper per *ο μικρὸν* scribendum est. p. 297. l. 6. a fine, lege: *foetidus*. p. 298. l. 15. lege: *putida illa*. p. 310. l. penult. pro: *qui* lege: *quae*. et pro: *suo* lege: *eius*. p. 311. l. 16. lege: *sapienti e*, duabus vocibus. p. 313. l. 5. a fine, lege: *interrogata*. p. 315. l. 2. lege: *πλησμονή τις* duabus vocibus. l. 11. pro *suae* lege: *eius*. p. 321. l. 2. pro: *salutis* lege: *virtutis*. p. 324. l. vlt. lege: *epulas*. p. 335. l. 7. lege: *queritur*. l. 18. pro: *Ad* lege: *At*. p. 341. l. 8. a fine, lege: *δεδόξασμαι*. p. 343. l. 17. lege: *potentiam*. p. 345. l. 17. post: *λήθη* comma pone. p. 350. l. 14. lege: *τεθέντας*. p. 357. l. 6. lege: *inexplebilis*. p. 363. l. 24. pro: *verbo* lege: *verba*. p. 365. l. 6. a fine, lege: *moderatiorem*. l. 4. a fine, pro: *male* lege: *malae*. p. 376. l. 5. a fine, lege: *ἀποδεξάμενος*. p. 377. l. 18. pro: *σώσῃ* lege: *σῶσαι*. p. 379. l. 27. pro: *auus* lege: *anus*. l. 6. a fine, lege: *pro*, litteris latinis. p. 385. l. 7. lege: *earum*. p. 389. l. 11. lege: *μετριοπαθέας*, l. 25. lege: *τῳ* sine accentu. p. 402. l. 20. lege: *aliique*. p. 415. l. vlt. lege: *confer dicta* duabus vocibus. p. 416. l. 10. lege: *τρόπε*. p. 424. l. 8. a fine, post: *volubilitatem* claudatur parenthesis. p. 428. l. 8. pro: *finis* lege: *fides*. p. 432. l. 1. lege: *componendas*. l. 10. pro: *eo* lege: *eos*. p. 435. l. 27. lege: *καθοπλισώμεθα*. p. 441. l. 15. pro: *hoc* lege: *hic*. p. 443. l. 28. pro: *dum* lege: *si*.

In Praefatione p. 2. l. 3. lege: *diligenter*. p. 12. l. 2. lege: *meo labore*.